ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, [b] εὐθέως ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι τά τε πλήθη καὶ τὸ τῶν Ἐφόρων ἀρχεῖον. Καὶ κατέστησαν οἱ κοινωνοῦντες 10 Ἔφοροι τῆς αἱρέσεως τοῖς στασιώταις, οἱ καὶ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συνθέμενοι συμμαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν ἄρτι λόγον ἐποιησάμην, τὸν μὲν ἕνα νομίμως καὶ καθηκόντως,

Agesipolis.

Ἀγησίπολιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος τοῦ Κλεομβρότου. τὸν δὲ συνέβαινε 11 βεβασιλευκέναι, καθ᾽ οὓς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἔγγιστα τῆς οἰκίας ταύτης. ἐπίτροπον δὲ τοῦ παιδὸς εἵλοντο Κλεο- 12 μένην, Κλεομβρότου μὲν υἱὸν, Ἀγησιπόλιδος δ᾽ ἀδελφόν. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας, ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέ- 13

[z] Vulgo omnes οὐχ ἥκιστα δὲ διά. Delevi conjunct. quæ tamen ex δὴ corrupta videri potest. [a] Κλεομένη. [b] εὐθὺς edd. ex Bav.

in universum temerarios atque vesanos se præbuerunt, potissimum propter *Cleomenem* et singularem in eum benevolentiam; quum sperarent semper exspectarentque, salvum eum et incolumem Spartam rediturum. Usque adeo, *qui dextre sollerterque erga eos, quorum consuetudine utuntur, gerere se norunt; non solum præsentes, sed etiam longe locati, suæ benevolentiæ fomitem quemdam vehementem atque validum relinquunt.* Hi sane, ut alia taceam, quum ipsorum Respublica tertium jam fere annum a Cleomenis fuga patriis legibus administraretur, de eligendis Spartæ regibus, ne cogitarant quidem umquam: qui tamen, simulatque audita est Cleomenis mors, ad reges creandos statim se accinxerunt, tam populus, quam Ephororum Curia. Et constituerunt quidem illi ex Ephoris, qui factionis ejusdem erant cum auctoribus seditionis, (qui etiam societatem cum Ætolis sunt pacti, de qua modo diximus;) alterum regem rite et legitime, *Agesipolim*, ætate quidem puerum, sed filium Agesipolidis, cui pater fuerat Cleombrotus ille, qui olim, postquam Leonidas regno excidisset, regnaverat, quod hanc regiam domum cognatione proxime contingebat. Tutor puero datus *Cleomenes*, Cleombroti filius, Agesipolidis frater. Quod ad regem ex altera familia attinet: quum

δοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς A. U. 534.
Εὐδαμίδου· ζῶντος δὲ καὶ Ἱππομέδοντος ἀκμὴν, ὃς ἦν
υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου, καὶ ἑτέρων δὲ πλει-
όνων ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀπωτέρω μὲν τῶν
14 προειρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ γένος· τούτους μὲν
ἅπαντας ὑπερεῖδον, Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστησαν,
οὗ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας· ὃς
δοὺς ἑκάστῳ τῶν Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπό-
15 γονος καὶ βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρτης. Οὕτως
εὔωνα πανταχῆ [c] τὰ κακὰ γέγονε. Τοιγαροῦν οὐ
παῖδες παίδων, ἀλλ' αὐτοὶ πρῶτοι τῆς ἀνοίας ἀπέτισαν
τοὺς μισθοὺς οἱ καταστήσαντες.

Lycurgus regiam dignitatem emit.

XXXVI. Ὁ δὲ Μαχατᾶς, πυθόμενος τὰ γεγονότα
περὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, ἧκε πάλιν ὑποστρέψας εἰς
τὴν Σπάρτην, καὶ παρεκάλει τοὺς Ἐφόρους καὶ τοὺς
2 βασιλέας, ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. Μόνως
γὰρ οὕτως, ἔφη, λῆξαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φιλονει-
κίαν τῶν ἐκ παντὸς τρόπου διακοπτόντων τὴν πρὸς
Αἰτωλοὺς συμμαχίαν, [d] τήν τε τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ τὰ
3 παραπλήσια τούτοις πραττόντων. Πεισθέντων δὲ τῶν
Ἐφόρων καὶ τῶν βασιλέων, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἐπανῆλθε,
συντετελεσμένος τὴν πρόθεσιν διὰ τὴν [e] ἄγνοιαν τῶν
4 συμπραττόντων· ὁ δὲ Λυκοῦργος, ἀναλαβὼν τοὺς στρα-
τιώτας καί τινας τῶν πολιτικῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν

Lacedæmonii Argivis et Achæis bellum inferunt.

[c] τὰ καλὰ ex conject. edidit Casaub. quam lectionem habet et Vat. a pr. manu et ex eo Flor. [d] τῶν τε ἐν Bav. Aug. Reg. A. [e] ἄνοιαν edd. ex Bav.

essent Archidami, qui Eudamidæ filius erat, duo filii ex Hippomedontis filia; et Hippomedon etiam ipse adhuc in vivis esset, Agesilai filius, Eudamidæ nepos; essentque præterea alii plures ex eadem stirpe, qui longius quidem quam priores, sed tamen contingebant genere eam familiam regum; aspernati hosce omnes, *Lycurgo* regnum detulerunt, e cujus majoribus nemo eo honore fuerat usus. Verum hic talentum cuique Ephororum largitus, Herculis propago et rex Spartæ est factus. Adeo *ubique venalia sunt maleficia.* Itaque etiam non nati natorum, sed illi ipsi ante omnes, qui regem hunc creaverant, stultitiæ suæ pœnas luerunt.

XXXVI. *Machatas*, auditis quæ Lacedæmone facta erant, *Spartam* denuo pergit ire, hortaturque Ephoros et reges, *ut Achæis bellum inferant. Numquam enim aliter finem*, ait, *habituras eorum contentiones, vel qui Lacedæmone societatem cum Ætolis divellere omnibus modis conarentur, vel qui in Ætolia idem istis facerent.* Perductis in suam sententiam ephoris ac regibus, redit *Machatas*, confectis ex animi sententia quæ destinaverat, per stultitiam eorum qui ab illius partibus erant. *Lycurgus*, assumto milite, et parte etiam copia-

Ol. 139. 4.
Plura oppida capiunt.

'Αργείαν, ἀφυλάκτως διακειμένων εἰς τέλος τῶν 'Αρ-
γείων διὰ τὴν προϋπάρχουσαν κατάστασιν. καὶ Πο- 5
λίχναν μὲν καὶ Πρασίας καὶ Λεύκας καὶ Κύφαντα,
προσπεσὼν ἄφνω, κατέσχε· [f]Γλύμπεσι δὲ καὶ Ζάρακι
προσπεσὼν, [g]ἀπέπεσε. Τούτου δὲ ταῦτα πράξαντος, 6
ἐπεκήρυξαν τὸ λάφυρον οἱ Λακεδαιμόνιοι κατὰ τῶν
'Αχαιῶν· ἔπεισαν δὲ καὶ τοὺς [h]'Ηλείους οἱ περὶ τὸν
Μαχατᾶν, παραπλήσια λέγοντες ἅπερ καὶ πρὸς τοὺς
Λακεδαιμονίους, ἐξενεγκεῖν τοῖς 'Αχαιοῖς τὸν πόλεμον.
Παραδόξως δὲ καὶ κατὰ νοῦν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πρα- 7
γμάτων προκεχωρηκότων, οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ἐνέβαινον
εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' 'Αχαιοὶ τἀναντία. Φίλιππος 8
μὲν γὰρ, ἐφ' ᾧ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀκμὴν ἐγίγνετο περὶ
παρασκευήν· 'Ηπειρῶται δ' ἔμελλον πολεμεῖν, Μεσσή-
νιοι δ' ἡσυχίαν εἶχον. Αἰτωλοὶ δὲ, προσειληφότες τὴν 9
'Ηλείων καὶ Λακεδαιμονίων ἄγνοιαν, πανταχόθεν περι-
εἶχον αὐτοὺς τῷ πολέμῳ.

Elei etiam bellum inferunt Achæis.

Aratus, Arati fil. prætor Achæorum. Ol. 140. 1. A. U. 535. Scopas præt. Ætolorum.

XXXVII. 'Αράτῳ μὲν οὖν συνέβαινε κατὰ τὸν καιρὸν
τοῦτον ἤδη λήγειν τὴν ἀρχὴν, Ἄρατον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ,
καθεσταμένον ὑπὸ τῶν 'Αχαιῶν, παραλαμβάνειν τὴν
στρατηγίαν. Αἰτωλῶν δ' ἐστρατήγει Σκόπας· ὁ δὲ 2
χρόνος αὐτῷ τῆς ἀρχῆς μάλιστα τότε πως διῄρητο. τὰς

[f] Γλύμπεσι restitui ex vestigiis scripturæ librorum. Γλυμπεσεῖ Bav. Aug. Regii. Γλυμπεσειν (absque accentu) adfertur ex Vat. Γλύμπεσιν Flor. Γλυμπεῦσι Casaub. [g] ἀπέπεσε ex Gronovii conject. recepi. Mendose vulgo omnes ἀπίσπασι. [h] Mendose MSti πλείους.

rum urbanarum, Argivorum fines incursat, quos Argivi nullo prorsus modo custodiebant, præsenti rerum statu freti. *Polichnam* igitur, *Prasias*, *Leucas* et *Cyphantem* repentino impetu capit. *Glympes* quoque et *Zaracem* invadit; sed hoc quidem conatu excidit. Quæ postquam fecit Lycurgus, Lacedæmonii spolia capiendi de Achæis jus fasque esse præconis voce significant. *Eleis* item persuasit Machatas, iisdem verbis usus, quibus Lacedæmonios impulerat, *ut bellum Achæis inferrent*. Hoc modo rebus Ætolis ex animi sententia mirabiliter succedentibus, ipsi quidem ingenti cum spe bellum capessebant: apud Achæos vero contrario modo res se habebant. Nam *Philippus* in quo spes suas reposuerant, in apparatu belli adhuc erat occupatus: Epirotæ vero suscipere bellum cunctabantur: Messenii manebant quieti. Ætoli autem, adjuvante ipsos Eleorum et Lacedæmoniorum stultitia, omnibus ex partibus bello eos cingebant.

XXXVII. Circa id tempus magistratu exierat Aratus; in cujus locum suffragiis Achæorum succedens *Aratus*, *Arati filius*, præturam inierat. Ætolorum prætor *Scopas* erat: qui eo maxime tempore dimidium legitimi spatii

γὰρ ἀρχαιρεσίας Αἰτωλοὶ μὲν ἐποίουν μετὰ τὴν φθινο- A. U. 535.
πωρινὴν ἰσημερίαν εὐθέως· Ἀχαιοὶ δὲ τότε περὶ τὴν τῆς
3 Πλειάδος ἐπιτολήν. Ἤδη δὲ τῆς θερείας ἐνισταμένης,
καὶ μετειληφότος Ἀράτου τοῦ νεωτέρου τὴν στρατηγίαν,
ἅμα πάντα τὰ πράγματα τὰς ἐπιβολὰς ἐλάμβανε καὶ
4 τὰς ἀρχάς. Ἀννίβας μὲν γὰρ [i] ἐνεχείρει κατὰ τοὺς Synchronismus.
καιροὺς τούτους [k] Ζάκανθαν πολιορκεῖν· Ῥωμαῖοι δὲ
Λεύκιον Αἰμίλιον εἰς τὴν Ἰλλυρίδα [l] μετὰ δυνάμεως
ἐξαπέστελλον ἐπὶ Δημήτριον τὸν Φάριον. ὑπὲρ ὧν ἐν τῇ
5 προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλώκαμεν. Ἀντίοχος δὲ, Πτολε-
μαΐδα καὶ Τύρον παραδόντος αὐτῷ Θεοδότου, τοῖς
κατὰ Κοίλην Συρίαν ἐγχειρεῖν ἐπεβάλετο· Πτολεμαῖος
δὲ περὶ παρασκευὴν ἐγίγνετο τοῦ πρὸς Ἀντίοχον πο-
6 λέμου. Λυκοῦργος δ', ἀπὸ τῶν ὁμοίων βουλόμενος
ἄρχεσθαι Κλεομένει, τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον
ἐπολιόρκει προεστρατοπεδευκώς. Ἀχαιοὶ δὲ μισθοφό-
ρους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἤθροιζον εἰς τὸν περιεστῶτα
7 πόλεμον· Φίλιππος δ' ἐκ Μακεδονίας ἐκίνει μετὰ τῆς
δυνάμεως, ἔχων [m] Μακεδόνων φαλαγγίτας μὲν μυρίους,
πελταστὰς δὲ πεντακισχιλίους· ἅμα δὲ τούτοις ἱππεῖς
8 ὀκτακοσίους. Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντ' ἦν ἐν τοιαύταις
ἐπιβολαῖς καὶ παρασκευαῖς. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς
καιροὺς ἐξήνεγκαν Ῥόδιοι Βυζαντίοις πόλεμον, διά
τινας τοιαύτας αἰτίας.

[i] ἐπεχείρει edd. ex Bav. [k] Ζάκανθον h. l. Aug. Reg. A. [l] Alii vulgo μετὰ τῆς δυνάμεως. [m] Alii Μακεδόνας.

in magistratu confecerat. Ætoli namque statim ab æquinoctio autumnali comitia prætorum suorum celebrabant: Achæi vero, illis quidem temporibus, circa Pleiadum ortum. Ineunte itaque jam æstate, quum *junior Aratus* imperium suscepisset, simul omnium ubique bellorum principia inchoabantur. Quippe eo tempore *Hannibal* Sagunti obsidionem moliebatur. Romani *L. Æmilium* cum legionibus in Illyricum adversus *Demetrium Pharium* mittebant: de quibus rebus superiore libro est actum. *Antiochus*, tradente sibi Theodoto Ptolemaïdem et Tyrum, occupare Syriam Cœlen aggrediebatur. *Ptolemæus* adversus Antiochum se comparabat. *Lycurgus* autem, initio statim regiminis vestigiis Cleomenis studens insistere, positis ante Athenæum Megalopolitanorum castris, obsidione illud premebat. *Achæi* ad bellum, quod undique cooriebatur, equites peditesque mercede conducebant. *Philippus* e Macedonia movebat, habens in exercitu gravis armaturæ millia decem, cetratorum quinque millia, et cum his equites octingentos. Hæc igitur omnia illo tempore ita destinabantur parabanturque. Eodem vero tempore RHODII etiam *adversus* BYZANTIOS bellum susceperunt, ob caussas hujusmodi.

Ol. 139. 4. Bellum Rhodiorum cum Byzantiis.
Ol. 139. 4. A. U. 534.
Situs Byzantii, opportunus ad mare.

XXXVIII. Βυζάντιοι, κατὰ μὲν θάλατταν, εὐκαιρότατον οἰκοῦσι τόπον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν, πάντων τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ· κατὰ δὲ γῆν πρὸς ἀμφότερα πάντων ἀφυέστατον. κατὰ 2
μὲν γὰρ θάλατταν οὕτως ἐπίκεινται τῷ στόματι τοῦ Πόντου κυρίως, ὥστε μήτ' εἰσπλεῦσαι μήτ' ἐκπλεῦσαι δυνατὸν εἶναι τῶν ἐμπόρων τινὰ, χωρὶς τῆς ἐκείνων βουλήσεως. Ἔχοντος δὲ τοῦ Πόντου πολλὰ τῶν πρὸς 3
τὸν βίον εὐχρήστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πάντων εἰσὶ τούτων κύριοι Βυζάντιοι. πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἀναγκαίας 4
τοῦ βίου χρείας, τά τε [n] θρέμματα καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος οἱ κατὰ τὸν Πόντον ἡμῖν τόποι παρασκευάζουσι δαψιλέστατον καὶ χρησιμώτατον ὁμολογουμένως· πρὸς δὲ περιουσίαν, μέλι, κηρὸν, τάριχος, ἀφθόνως ἡμῖν χορηγοῦσι. δέ- 5
χονταί γε μὴν τῶν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις περιττευόντων, ἔλαιον καὶ πᾶν οἴνου γένος· σίτῳ δ' ἀμείβονται, ποτὲ μὲν εὐκαίρως διδόντες, ποτὲ δὲ λαμβάνοντες. Πάντων δὴ τούτων ἢ κωλύεσθαι δέον ἦν ὁλοσχερῶς 6
τοὺς Ἕλληνας, ἢ τελέως ἀλυσιτελῆ γίγνεσθαι σφίσι τὴν ἀλλαγὴν αὐτῶν, Βυζαντίων ἤτοι βουλομένων ἐθελοκακεῖν, καὶ συνδυάζειν, ποτὲ μὲν Γαλάταις, [o] ποτὲ δὲ πλείονα Θραξὶν, ἢ τὸ παράπαν μὴ κατοικούντων τοὺς τόπους. διά τε γὰρ τὴν στενότητα τοῦ πόρου, καὶ τὸ 7

Situs Byzantii.

[n] Vitiose vulgo δέρματα. [o] τότε Vat. Flor. Urb. Ursin. ποτὲ habent Bav. et Reg. A.

XXXVIII. Byzantii locum tenent, omnium in nostro orbe, mari quidem, commodissimum aptissimumque ad vitam cum secure, tum beate, degendam: terra vero, ad utrumque horum minime omnium accommodatum. Nam quod ad mare, ita prorsus ori Ponti imminent, ut, absque eorum voluntate, nulla cujusquam mercatoris navis neque intrare neque exire queat. Quum igitur multa *Pontus* ferat ceteris mortalibus ad vitam expetita, omnia illa Byzantii in sua potestate habent. Ad necessarios quippe vitæ usus, pecorum ingentem copiam, et servilium corporum maximum numerum, et quidem optimorum sine controversia, Ponticæ regiones nobis subministrant: ad lautitiam vero, mel, ceram, salsamenta, abunde præbent. Recipiunt vero e nostrorum locorum copiis, oleum, et quæcumque sunt vini genera: in frumento mutuum faciunt, aliâs opportune dando, aliâs accipiendo. Harum igitur omnium rerum commercio aut carendum omnino fuerat Græcis, aut nulla penitus cum utilitate id fuerat exercendum; si Byzantii deteriora consilia sequi, et olim cum Galatis, tunc vero cum Thracibus magis, societate jungi voluissent, aut si illa loca penitus non inhabitarent. Nam partim ob freti angustias, partim ob adjacentium barbarorum multitudi-

παρακείμενον πλῆθος τῶν βαρβάρων, ἄπλους ἂν ἡμῖν ἦν A. U. 534.
8 ὁμολογουμένως ὁ Πόντος. Μέγιστα μὲν οὖν ἴσως αὐ-
τοῖς ἐκείνοις περιγίγνεται λυσιτελῆ πρὸς τοὺς βίους διὰ
9 τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας. ἅπαν γὰρ τὸ μὲν περιττεῦον
παρ' αὐτοῖς, ἐξαγωγῆς· τὸ δὲ λεῖπον, εἰσαγωγῆς ἑτοί-
μου τυγχάνει καὶ λυσιτελοῦς, ἄνευ πάσης κακοπαθείας
10 καὶ κινδύνου. πολλά γε μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις εὔχρηστα
δι' ἐκείνους, ὡς εἰρήκαμεν, ἀπαντᾷ. διὸ καὶ κοινοί τινες
ὡς εὐεργέται πάντων ὑπάρχοντες, εἰκότως ἂν οὐ μόνον
χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἐπικουρίας κοινῆς τυγχάνοιεν ὑπὸ
τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν βαρβάρων περιστάσεις.

Byzantini velut communes Græcorum benefactores.

11 Ἐπεὶ δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε τὴν
ἰδιότητα καὶ τὴν εὐφυΐαν τοῦ τόπου, διὰ τὸ μικρὸν ἔξω
12 κεῖσθαι τῶν ἐπισκοπουμένων μερῶν τῆς οἰκουμένης· βου-
λόμεθα δὲ πάντας εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα
μὲν αὐτόπτας γίγνεσθαι τῶν ἐχόντων παρηλλαγμένον τι
καὶ διαφέρον τόπων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸν, [p]ἐννοίας
γε καὶ τύπους ἔχειν ἐν αὐτοῖς ὡς ἔγγιστα τῆς ἀλη-
13 θείας· ῥητέον ἂν εἴη, τί τὸ συμβαῖνόν ἐστι, καὶ τί τὸ
ποιοῦν τὴν τηλικαύτην καὶ τοιαύτην εὐπορίαν τῆς προει-
ρημένης πόλεως.

Ratio situs tam opportuni.

XXXIX. Ὁ δὴ καλούμενος Πόντος ἔχει τὴν μὲν περίμετρον, ἔγγιστα τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων στα-

Ponti Euxini descriptio.

p ἐννοίας γε ex Reg. B. recepit Casaub. Libri vett. dant ἐννοίας τε, quod bene haberet, si paulo ante esset εἰ δὲ μή γε τοῦτο.

nem, haud dubie erepta nobis esset in Pontum navigandi facultas. Puto igitur, ad ipsos quidem primo Byzantios ex natura locorum maxima redire vitæ commoda; quum et ea, quibus superfluunt, exportari, et, quibus deficiunt, importari facile et cum lucro et sine ulla molestia aut periculo possint. Sed et ad alios multa commoda propter ipsos, ut diximus, perveniunt. Quare, velut communes omnium benefactores, non gratiam dumtaxat jure merito a Græcis referant; sed etiam commune Græcorum omnium auxilium, quando a barbaris periculum eis imminet. Quoniam autem proprietatem et naturam hujus loci plerique hominum idcirco ignorant, quia aliquanto longius abest ab iis orbis nostri partibus, ad quas visendas iri solet: nos, qui res hujusmodi notas esse omnibus cupimus, et maxime quidem, si fieri possit, ex inspectione omnia cognosci loca, in quibus peculiare aliquid aut excellens inest, aut, si hoc non potest, unumquemque in animo habere notiones saltem eorum et expressas formas, ad veritatem quam proxime accedentes; dicendum existimamus, quid id rei sit, et quæ caussa dictæ urbi talem tantamque felicitatem conciliet.

XXXIX. *Pontus* igitur, quem vocant, ambitum habet stadiorum circiter XXII

Ol. 139. 4. δίων· στόματα δὲ διττὰ, κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις
κείμενα· τὸ μὲν ἐκ τῆς Προποντίδος, τὸ δ' ἐκ τῆς
Μαιώτιδος λίμνης· ἥ τις αὐτὴ κατ' αὐτὴν ὀκτακισχι-
λίων [q]ἔχει σταδίων τὴν περιγραφήν. εἰς δὲ τὰ προειρη- 2
μένα κοιλώματα πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐκ
τῆς Ἀσίας ἐκβαλλόντων, ἔτι δὲ μειζόνων καὶ πλειόνων
ἐκ τῆς Εὐρώπης· συμβαίνει, τὴν μὲν Μαιῶτιν, ἀναπλη-
ρουμένην ὑπὸ τούτων, ῥεῖν εἰς τὸν Πόντον διὰ τοῦ στό-
ματος, τὸν δὲ Πόντον εἰς τὴν Προποντίδα. Καλεῖται δὲ 3
Duo Bospori. τὸ μὲν τῆς Μαιώτιδος στόμα, Κιμμερικὸς Βόσπορος, ὃ
τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα [r]στάδια, τὸ δὲ
μῆκος ἑξήκοντα στάδια· πᾶν δ' ἐστὶν ἀλιτενές. τὸ δὲ 4
τοῦ Πόντου, παραπλησίως ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος
Θράκιος· ἔστι δὲ τὸ μὲν μῆκος ἐφ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι
στάδια, τὸ δὲ πλάτος οὐ [s]πάντη ταυτόν. [t]Ἄρχει δὲ 5
τοῦ στόματος, ἀπὸ μὲν τῆς Προποντίδος, τὸ κατὰ
[u]Καλχηδόνα διάστημα καὶ Βυζάντιον, ὃ δεκατεττάρων
ἐστὶ σταδίων· ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον Ἱερὸν, 6
(ἐφ' οὗ τόπου φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν,
Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς·) ὃ κεῖται μὲν
ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα
στάδια πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπιεῖον τῆς
Cur Pontus jugiter effluat. Θράκης. Τοῦ δὲ ῥεῖν ἔξω κατὰ τὸ συνεχὲς τήν τε 7

[q] ἐστὶ σταδ. edd. ex Bav. [r] Abest h. l. vocab. στάδια a Vat. et Flor. [s] Vulgo πάντη ταύτη ταυτόν. Delevi ταύτη cum Flor. et Vat. Forsan πάντη πάντως ταυτόν. [t] ἀρχὴ ex uno Reg. B. recepit Casaub. [u] Χαλκηδ. edd. cum aliis, et sic constanter.

millium: ora duo, sibi ex adverso opposita; alterum e Propontide, alterum e *lacu Mæotio;* qui et ipse per se in circuitum patet stadia octies mille. Quum autem in descriptos alveos multi magnique amnes ex Asia influant, majores vero etiam et plures ex Europa; evenit, ut Mæotius quidem lacus, ubi ab illis fluminibus est repletus, in Pontum per os suum effundatur; Pontus vero, in Propontidem. Nominatur autem os Mæotidis, *Cimmerius Bosporus;* cujus latitudo est stadiorum plus minus triginta; longitudo, sexaginta; est autem totum illud ostium humile et vadosum. Ipsius Ponti os similiter vocatur *Bosporus,* et quidem *Thracius;* porrectum in longitudinem ad centum viginta stadia: latitudo non ubique semper eadem. Oris principium est, e Propontide venienti, illud intervallum, quod est inter *Calchedonem* et *Byzantium,* stadiorum quatuordecim; exeunti vero e Ponto, locus ille quem *Hieron* vocant; ubi fama est *Jasonem,* quando e Colchis revertebatur, duodecim diis primum sacrificasse. Est autem ille locus in Asia situs; abestque ab Europa et *fano Sarapidis,* quod in opposita est Thracia, duodecim fere stadia. *Quod autem Mæotis et Pontus*

A. U. 534.

Μαιῶτιν καὶ τὸν Πόντον, εἰσὶν αἰτίαι διτταί. μία μὲν
αὐτόθεν καὶ πᾶσι προφανής· καθ' ἣν, πολλῶν εἰσπιπτόν-
των ῥευμάτων εἰς περιγραφὴν ἀγγείων ὡρισμένων, πλεῖον
8 ἀεὶ καὶ πλεῖον γίγνεται τὸ ὑγρόν. ὃ, μηδεμιᾶς μὲν
ὑπαρχούσης ἐκρύσεως, δέον ἂν ἦν, προσαναβαῖνον, ἀεὶ
μείζω καὶ πλείω τοῦ κοιλώματος περιλαμβάνειν τόπον·
ὑπαρχουσῶν δ' ἐκρύσεων, ἀνάγκη, τὸ προσγιγνόμενον
καὶ πλεονάζον, ὑπερπίπτον ἀπορρεῖν καὶ φέρεσθαι συν-
9 εχῶς διὰ τῶν ὑπαρχόντων στομάτων. Δευτέρα δέ·
καθ' ἣν, πολὺν καὶ παντοδαπὸν χοῦν εἰσφερόντων εἰς τὰ
προειρημένα κοιλώματα τῶν ποταμῶν κατὰ τὰς τῶν
ὄμβρων ἐπιτάσεις, ἐκπιεζόμενον τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τῶν συν-
ισταμένων ἐγχωμάτων, ἀεὶ προσαναβαίνει, καὶ φέρεται
κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐκρύσεων.
10 τῆς δ' ἐγχώσεως καὶ τῆς ἐπιρρύσεως ἀδιαπαύστου καὶ
συνεχοῦς γιγνομένης ἐκ τῶν ποταμῶν, καὶ τὴν ἀπόρ-
ρυσιν ἀδιάπαυστον καὶ συνεχῆ γίγνεσθαι διὰ τῶν στο-
11 μάτων ἀναγκαῖον. Αἱ μὲν οὖν ἀληθεῖς αἰτίαι τοῦ ῥεῖν
ἔξω τὸν Πόντον, αἵδ' εἰσίν· οὐκ ἐξ ἐμπορικῶν ἔχουσαι
διηγημάτων τὴν πίστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν
θεωρίας, ἧς ἀκριβεστέραν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον.

Fluvii semper infundunt aquam.

Et aggesta humo fundum aquæ attollunt.

XL. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, οὐδὲν ἀφετέον ἀργὸν, οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κείμενον, ὅπερ οἱ πλεῖστοι ποιεῖν εἰώθασι τῶν συγγραφέων· ἀποδεικτικῇ δὲ μᾶλλον

Rerum naturalium expositio Historico non negligenda.

continenter effluant, ejus rei *caussa duplex* est: *una* in promtu, et nemini non manifesta: quatenus enim multi amnes vasa ingrediuntur, quorum est circumscripta definitaque mensura, accedit major in dies aquarum copia; quæ, si nullus pateret exitus, assurgere magis magisque in altum deberet, et majorem amplioremque alvei locum semper occupare. Nunc quum pateant exitus, necesse est, ut, quod nova accessione redundat, id excedens oram effluat, ac per ea quæ adsunt ora continenter labatur. *Altera* caussa est hujusmodi. Quum per magnos et vehementes imbres flumina multum atque omnis generis limum in prædictos alveos inferant; elisa aqua ab aggesta terra, altius semper attollitur, et ratione ea, quam diximus, per alveorum exitus manat. Et quoniam indesinenter atque continuo ab amnibus et humus aggeritur, et aquæ infunduntur; etiam emanantes per ora aquas numquam desinere, sed semper fluere est necesse. Ac veræ quidem caussæ, cur extra alveum feratur Pontus, istæ sunt: quarum fides non ex mercatorum narrationibus pendet, verum e rerum naturalium contemplatione, quam maxime fieri potest, accurata.

XL. Quoniam autem ad locum istum devenimus, nihil nobis, ne eorum quidem quæ in rerum natura sunt posita, inexplicatum prætermittendum

Ol. 139. 4. τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μηδὲν ἄπορον [x]ἀπολείπωμεν τῶν ζητουμένων τοῖς φιληκόοις. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι 2 τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς, πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη, ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων· ὅπερ 3 οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείστων, ἀπίστους ἀμφισβητουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτὰς, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. πειρατέον δὲ, δι' αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἱκανὴν παριστάναι πίστιν τοῖς ἀκούουσι. Φαμὲν δὴ, 4 χώννυσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν Πόντον, χρόνῳ γε μὴν ὁλοσχερῶς ἐγχωσθήσεσθαι τήν τε Μαιῶτιν καὶ τοῦτον· μενούσης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως περὶ τοὺς τόπους, καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχώσεως ἐνεργούντων κατὰ τὸ συνεχές. Ὅταν γὰρ ὁ μὲν χρόνος ἄπειρος ᾖ, τὰ δὲ 5 κοιλώματα πάντη πάντως ὡρισμένα· δῆλον, ὡς, κἂν τὸ τυχὸν εἰσφέρηται, πληρωθήσονται τῷ χρόνῳ. Κατὰ 6 φύσιν γὰρ, τὸ πεπερασμένον, ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ συνεχῶς γιγνόμενον, [y]ἢ φθειρόμενον, κἂν κατ' ἐλάχιστον γίγνηται, (τοῦτο γὰρ νοείσθω νῦν) ἀνάγκη τελειωθῆναι κατὰ τὴν πρόθεσιν. Ὅταν δὲ μὴ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ καὶ λίαν 7 πολύς τις εἰσφέρηται χοῦς, φανερὸν, ὡς οὐ ποτὲ, ταχέως δὲ, συμβήσεται γενέσθαι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν.

Pontus Euxinus aliquando opplebitur.

[x] ἀπολίπωμεν Flor. [y] ἢ καὶ φθειρόμ. Casaub. ex Reg. B.

est; quod plerique Historiarum scriptores facere solent: imo vero *eo genere narrationis* utendum est, *quo rerum commemoratarum rationes etiam exponuntur;* ne dubium ullum de eis rebus, de quibus quæritur, studiosis relinquamus. Eam siquidem diligentiam hodierna tempora requirunt. Nam quia hodie terra marique sunt omnia pervia; turpe jam sit, de iis, quæ vulgo ignorantur, poetas et fabularum scriptores testes afferre: quod in plerisque superiores scriptores fecerunt, *infidos rerum de quibus disceptatur fidejussores,* ut ait *Heraclitus,* afferentes. Quin potius conandum est nobis, ut ipsa per se nostra narratio fidem audientibus faciat. Dicimus igitur, *et olim et nunc Pontum humo obrui atque adimpleri: tandem vero etiam penitus et Mæotidem et ipsum Pontum iri oppletum, si modo eadem maneat conditio illorum locorum, et caussæ aggestus illius continenter operentur.* Quando enim tempus quidem infinitum est, alvei vero certis plane finibus circumscripti; perspicuum est, etsi vel minimum sit quod invehitur, futurum tamen aliquando tandem, ut impleantur. Ita enim natura comparatum est: si finitum aliquid tempore infinito nascatur, aut denascatur, etsi minimum est quod fit quotidie, (ponamus enim id nunc quidem;) necesse est, ut illud ad destinatum finem perveniat. Jam vero, si non parum nescio quid, sed longe plurimum limi aggeratur; perspicuum est, non dico aliquando, sed brevi eventurum id quod modo dicebamus.

8 ὃ δὴ καὶ φαίνεται γιγνόμενον. τὴν μὲν οὖν Μαιῶτιν ἤδη A. U. 534.
κεχῶσθαι συμβαίνει· τὸ γάρ τοι πλεῖστον αὐτῆς μέρος, Palus Mæotis jam
ἐν ἑπτὰ καὶ πέντε ὀργυιαῖς ἐστι. διὸ καὶ πλεῖν αὐτὴν nunc oppleta est.
οὐκ ἔτι δύνανται ναυσὶ μεγάλαις, χωρὶς καθηγεμόνος.
9 οὖσά τ' ἐξ ἀρχῆς θάλαττα σύῤῥους τῷ Πόντῳ, καθὰ οἱ
παλαιοὶ συμφωνοῦσι, νῦν ἐστι λίμνη γλυκεῖα· τῆς μὲν Et ejus
θαλάττης ἐκπεπιεσμένης ὑπὸ τῶν ἐγχωμάτων, τῆς δὲ aqua, dulcis.
10 τῶν ποταμῶν εἰσβολῆς ἐπικρατούσης. ἔσται δὲ καὶ περὶ Idem fiet
τὸν Πόντον [z] παραπλήσιον, καὶ γίγνεται νῦν· ἀλλ' οὐ Ponto.
λίαν τοῖς πολλοῖς ἐστι καταφανὲς, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ
κοιλώματος. τοῖς μέν τοι βραχέα συνεπιστήσασι, καὶ
νῦν ἐστι δῆλον τὸ γιγνόμενον.

XLI. Τοῦ γὰρ Ἴστρου πλείοσι στόμασιν ἀπὸ τῆς Ejus rei
Εὐρώπης εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαίνει πρὸς ratio et indicium.
τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια στάδια συνιστάναι ταινίαν,
ἡμέρας δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς· ἥ τις νῦν συνέστηκεν
2 ἐκ τῆς τοῖς στόμασιν εἰσφερομένης ἰλύος· ἐφ' ἣν, ἔτι
πελάγιοι, τρέχοντες οἱ πλέοντες τὸν Πόντον, λανθάνουσι
3 [a] ἐποκέλλοντες νυκτὸς ἐπὶ τοὺς τόπους. καλοῦσι δ'
αὐτοὺς οἱ ναυτικοὶ Στήθη. Τοῦ δὲ μὴ παρ' αὐτὴν Stethe, sive
συνίστασθαι τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ προωθεῖσθαι τὸν dorsa, ante ostia Istri.
4 χοῦν, ταύτην νομιστέον εἶναι τὴν αἰτίαν. ἐφ' ὅσον μὲν
γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν ποταμῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φορᾶς

[z] Putabam τὸ παραπλήσιον. [a] ἐπικέλλοντες edd. cum Bav. Aug. et Regiis.

Quin, fieri jam id ipsum, apparet. *Mæoticus* siquidem *lacus* jam nunc est oppletus: nam in plerisque illius partibus non ultra septem aut quinque ulnarum est ejus altitudo; ut sine itineris duce navigari magnis navibus non amplius possit. Et quum olim *mare* illud fuerit, Ponto conjunctum, ut consentiunt veteres; nunc *lacus* est aquæ dulcis, postquam maris aqua elisa est ab aggesta terra, et ingredientium amnium influxus pervicit. Idem vero fiet etiam *Ponto;* et jam nunc fit: sed præ alvei magnitudine parum id vulgus observat; verum qui vel mediocriter attendunt, jam nunc super eo nihil dubitant.

XLI. Nam quum pluribus ostiis ex Europa in Pontum *Ister* præcipitet, efficitur in Ponto et nunc obtinet *tænia* quædam, sive moles, per mille circiter stadia in longum porrecta, diei unius cursu distans a terra, ex limo concreta quem ostia fluviorum deferunt. In quam si hi, qui Pontum navigant, dum adhuc in alto esse putant, incurrunt; accidit illis noctu, ut imprudentes navem in hæc loca impingant. *Stethe*, id est, *dorsa* nautæ vocant. Quod autem agger ille non propius terram crescit, sed procul inde submovetur, caussam existimare hanc oportet. Scilicet in quantum influentia flumina impetum præ ea, qua ferun-

Ol. 139. 4. Dorsa in Ponto, ante ostia Istri.

ἐπικρατοῦσι καὶ διωθοῦνται τὴν θάλατταν, ἐπὶ τοσοῦτο
καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ φερόμενα τοῖς ῥεύμασιν
ἀνάγκη προωθεῖσθαι, καὶ μὴ λαμβάνειν μονὴν μηδὲ
στάσιν ἁπλῶς. ὅταν δὲ διὰ τὸ βάθος ἤδη καὶ πλῆθος 5
τῆς θαλάττης ἐκλύηται τὰ ῥεύματα· τότ᾽ εἰκὸς ἤδη,
κατὰ φύσιν φερόμενον κάτω, μονὴν καὶ στάσιν λαμβά-
νειν τὸν χοῦν. δι᾽ ἃ δὴ τῶν μὲν λάβρων καὶ μεγάλων 6
ποταμῶν, τὰ μὲν χώματα μακρὰν συνίσταται, τὰ δὲ
παρὰ τὴν χέρσον ἐστὶν ἀγχιβαθῆ· τῶν δ᾽ ἐλαττόνων καὶ
πράως ῥεόντων, παρ᾽ αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ θῖνες συνίσταν-
ται. Μάλιστα δ᾽ ἔκδηλον γίγνεται τοῦτο κατὰ τὰς 7
τῶν ὄμβρων ἐπιφοράς. καὶ γὰρ τὰ τυχόντα τότε τῶν
ῥείθρων, ἐπειδὰν ἐπικρατήσωσι τοῦ κύματος κατὰ τὴν
εἰσβολὴν, προωθοῦσι τὸν χοῦν εἰς θάλατταν ἐπὶ τοσοῦτον,
ὥστε πρὸς λόγον ἑκάστου γίγνεσθαι τὴν ἀπόστασιν τῇ
βίᾳ τῶν ἐμπιπτόντων ῥευμάτων. Τῷ δὲ μεγέθει τῆς 8
προειρημένης ταινίας, καὶ καθόλου τῷ πλήθει τῶν εἰσφε-
ρομένων λίθων καὶ ξύλων καὶ γῆς ὑπὸ τῶν ποταμῶν,
οὐδαμῶς ἀπιστητέον· (εὔηθες γάρ·) θεωροῦντας ὑπὸ τὴν 9
ὄψιν τὸν τυχόντα χειμάῤῥουν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ πολ-
λάκις ἐγχαραδροῦντα μὲν καὶ διακόπτοντα τόπους
ἠλιβάτους, φέροντα δὲ πᾶν γένος ὕλης καὶ γῆς καὶ
λίθων, ἐπιχώσεις δὲ ποιούμενον τηλικαύτας, ὥστ᾽ ἀλλοι-

tur, violentia servant, et mare protrudunt; in tantum et limum, et quæcumque cursu aquarum devehuntur, protrudi necesse est, neque moram ullam accipere ad subsistendum potest. Ubi vero, propter profunditatem et immensitatem maris, fluentorum vis minuit; ibi demum rationi naturæque consentaneum est, ut materia illa quæ aggeritur subsidat, et quieta firmaque maneat. Propterea rapidorum magnorumque amnium moles procul excitantur, et prope terram mare altum est: minorum vero fluminum et leviter fluentium, prope ipsa ostia aggeres consistunt. Maxime autem manifestum hoc fit, ubi magni imbres cadunt: nam tunc vel minimi amnes, superata vi fluctuum circa ostium, limum adeo longe protrudunt in altum, ut, pro violentia cujusque amnis in mare se exonerantis, brevior aut longior distantia intercedat. De magnitudine autem illius tæniæ, quam diximus Istro prætendi, aut omnino de copia saxorum, lignorum, et terræ, quam invehunt amnes, non est quod fidem superare cuiquam ea res videatur: stultum enim hoc fuerit: quum cernere sæpe sit oculis, quamvis parvum torrentem brevi tempore per loca præcelsa præruptaque meatus sibi confragosos aperire, et vi perrumpere, materiam omne genus, terramque, et saxa devehentem; loca vero, per quæ transit, usque adeo aggere complere, faciemque locorum interdum penitus adeo immutare, ut modico temporis

οὖν ἐνίοτε, καὶ [b] μηδὲ γινώσκειν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τοὺς A. U. 534.
αὐτοὺς τόπους.

XLII. Ἐξ ὧν οὐκ εἰκὸς θαυμάζειν, πῶς οἱ τηλικοῦτοι
καὶ τοιοῦτοι ποταμοὶ, συνεχῶς ῥέοντες, ἀπεργάζονταί τι
2 τῶν προειρημένων, καὶ τέλος ἐκπληροῦσι τὸν Πόντον. οὐ
γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖον γενέσθαι τοῦτό γε, προφαί-
3 νεται κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος·
[c] ὅσῳ γάρ ἐστι νῦν ἡ Μαιῶτις γλυκυτέρα τῆς Ποντικῆς
θαλάττης, [d] τοσούτῳ θεωρεῖται διαφέρουσα προφανῶς ἡ
4 Ποντικὴ τῆς καθ' ἡμᾶς. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς, ὅταν ὁ
χρόνος, ἐν ᾧ πεπληρῶσθαι συμβαίνει τὴν Μαιῶτιν,
τοῦτον λάβῃ τὸν λόγον πρὸς τὸν χρόνον, ὃν ἔχει τὸ
μέγεθος τοῦ κοιλώματος πρὸς τὸ κοίλωμα, τότε συμβή-
σεται καὶ τὸν Πόντον τεναγώδη καὶ γλυκὺν καὶ λιμνώδη
5 γενέσθαι, παραπλησίως τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ. καὶ θᾶττον
δὲ τοῦτον ὑποληπτέον, ὅσῳ μείζους καὶ πλείους εἰσὶν αἱ
6 ῥύσεις τῶν εἰς τοῦτον ἐκπιπτόντων ποταμῶν. Ταῦτα
μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀπίστως διακειμένους, εἰ
δὴ [e] χώννυται καὶ νῦν, καὶ χωσθήσεσθαί ποτε συμβή-
σεται τὸν Πόντον, καὶ λίμνη καὶ τέναγος ἔσται τὸ
7 τηλικοῦτον πέλαγος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰρήσθω καὶ τῆς
τῶν πλοϊζομένων ψευδολογίας καὶ τερατείας χάριν· ἵνα
μὴ παντὶ τῷ λεγομένῳ προσκεχηνέναι παιδικῶς ἀναγ-

Ponti aqua dulcior, quam reliqui maris.

Narrationes miræ ratione dijudicandæ sunt.

[b] μηδὲ γινώσκειν ἐᾶν ἐν βρ. χρ. suspicatus est Reisk. [c] ὅσον Aug. [d] τοσούτῳ cum Ursino dedit Casaub. Libri nostri omnes οὕτω. [e] χώννυται ex Reg. B. et conject. Ursini edidit Casaub. χώννυσθαι Vat. Urb. Aug. Reg. A. Bav.

intervallo eadem loca non agnoscantur.

XLII. Quare mirari nemo debet, si tanti amnes, tamque rapidi, continuo influxu, eorum quæ diximus aliquid efficiunt, ac tandem *Pontum* sunt impleturi. Nam recta ratione rem putantibus, non simile veri, sed necessarium videbitur, ut id ita fiat. Futuri porro argumentum est: quod, in quantum dulcior *Mæotis* Pontico mari, in tantum differre palam est Ponticum a nostro. Ex quo apparet, *ubi tempus, quo compleri Mæotim contigit, eadem proportione fuerit auctum, quam proportionem inter se habent magnitudines alveorum; futurum tunc, ut Pontus dulcescat, fiatque ad instar paludis et lacus, haud secus ac Mæotis palus.* Imo vero tanto citius hoc eventurum existimare debemus, quo majora et plura flumina sunt, quæ in hunc præcipitant. Hæc igitur dicta sint adversus eos, quibus incredibile videtur, Pontum et adimpleri jam nunc, et oppletum iri quandoque, et tantum pelagus lacum paludemque aliquando futurum. Atque magis etiam adversus navigantium mendacia miraculosaque figmenta sunto hæc dicta: ne, propter imperitiam, more puerorum cogamur quidquid dictum fuerit ore hiante ex-

Ol. 139. 4. καζώμεθα διὰ τὴν ἀπειρίαν· ἔχοντες δ' ἴχνη τῆς ἀλη-
θείας ἐπὶ ποσὸν, ἐξ αὐτῶν ἐπικρίνειν δυνώμεθα τὸ λεγό-
μενον ὑπό τινων ἀληθῶς ἢ τοὐναντίον. Ἐπὶ δὲ τὸ 8
συνεχὲς τῆς εὐκαιρίας τῶν Βυζαντίων ἐπάνιμεν.

Descriptio Bospori Thracii.

XLIII. Τοῦ δὴ στόματος, τοῦ τὸν Πόντον καὶ τὴν
Προποντίδα συνάπτοντος, ὄντος ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων τὸ
μῆκος, καθάπερ ἀρτίως [f]εἴπομεν, καὶ τοῦ μὲν Ἱεροῦ τὸ
πρὸς τὸν Πόντον πέρας ὁρίζοντος, τοῦ δὲ κατὰ Βυ-
ζάντιον διαστήματος, τὸ πρὸς τὴν Προποντίδα· μεταξὺ 2
τούτων ἐστὶν Ἑρμαῖον, τῆς Εὐρώπης ἐπὶ προοχῆς τινος
[g]ἀκρωτηριαζούσης ἐν τῷ στόματι κείμενον, ὃ τῆς μὲν
Ἀσίας ἀπέχει περὶ πέντε στάδια, κατὰ τὸν [h]στενώτα-
τον δὲ τόπον ὑπάρχει τοῦ παντὸς στόματος· ᾗ καὶ
Δαρεῖον ζεῦξαί φασι τὸν πόρον, καθ' ὃν χρόνον ἐποιεῖτο
τὴν ἐπὶ Σκύθας διάβασιν. Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον 3
τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου, παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ
ῥεύματος, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἑκάτερον τὸ μέρος
τῷ στόματι παρηκόντων τόπων. Ἐπὰν δὲ εἰς τὸ τῆς 4
Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ᾗ στενώτατον ἔφαμεν εἶναι, φερόμε-
νος ἐκ τοῦ Πόντου καὶ συγκλειόμενος ὁ ῥοῦς βίᾳ προσ-
πέσῃ· τότε δὴ τραπεὶς, ὥσπερ ἀπὸ πληγῆς, ἐμπίπτει
τοῖς [i]ἀντικρὺ τῆς Ἀσίας τόποις. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν, οἷον 5
ἐξ ὑποστροφῆς, τὴν ἀνταπόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ

Fluxus aquæ in freto varie repercussus.

[f] εἶπον Vat. Flor. Aug. Reg. A. Urb. Ursin. [g] Alii vulgo ἀκρωρειαζούσης. [h] Alii στενότατον, et sic v. 4. iterum. [i] ἄντικρυς Urb. ἀντίπερας Vat. ἀντιπέρας Flor.

cipere; sed ut, vestigia atque indicia quædam veritatis habentes, per nos ipsos, verum sit, nec ne, quod quisque dixerit, dijudicare valeamus. Nunc redeamus ad reliquam *opportunitatem situs Byzantiorum.*

XLIII. Quum igitur *fretum* illud, *quod Pontum et Propontidem jungit,* longitudinem habeat stadiorum, ut paullo ante dicebamus, centum et viginti: quumque ejus extremum, Ponto proximum, terminetur *Hiero,* (sive *Fano;*) alterum vero, Propontidem versus, eo intervallo quod est inter Byzantium et oram oppositam: est in medio spatio isto ab Europæ latere *Hermæum,* id est, Mercurii fanum, rupi cuidam, instar promontorii in fretum prominenti, superstructum; stadiis quinque distans ab Asia, qua parte angustissimum est fretum. Ubi etiam dicitur *Darius,* quando infesto exercitu Scythas petiit, ponte fretum junxisse. In cetero igitur tractu inde a Ponto, quia similis est utraque ora hinc inde juxta fretum porrecta, etiam cursus aquæ ubique æquabilis est. Postquam vero delapsæ e Ponto aquæ fluxus, in angustias jam coarctatus, magna cum violentia in oram Europæam, ad *Hermæum,* qua angustissimum esse trajectum diximus, impulsus est; tunc, quasi accepto ictu, conversus, oppositis in Asia locis vehemens ingruit. Tum inde rursus, velut nova conversione facta, ad illa Europæ loca redit,

6 τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης. ὅθεν αὖθις A. U. 534.
ὁρμήσας, προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην· ὅς ἐστι
τῆς Ἀσίας τόπος, ἐφ' ὃν ἐπιστῆναί φασι πρῶτον οἱ
7 μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. πλὴν ὅ γε ῥοῦς, τὸ τελευ-
ταῖον ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βοὸς, ἐπ' αὐτὸ φέρεται τὸ
Βυζάντιον· περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν
εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει, τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ
8 δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει. διευτονεῖν μὲν οὖν οὐκ ἔτι Languidior fit versus Calchedonem.
δύναται πρὸς τὴν ἀντιπέρας χώραν, ἐφ' ἧς ἐστι [k] Καλ-
9 χηδών. πλεονάκις γὰρ τὴν ἀνταπόδοσιν [l] πεποιημένος,
καὶ τοῦ πόρου πλάτος ἔχοντος, ἤδη περὶ τοῦτον τὸν
τόπον ἐκλυόμενος ὁ ῥοῦς, οὐκ ἔτι βραχείας πρὸς ὀξεῖαν
γωνίαν ποιεῖται τὰς ἀνακλάσεις ἐπὶ τὴν περαίαν, ἀλλὰ
10 μᾶλλον πρὸς ἀμβλεῖαν. διόπερ ἀπολιπὼν τὴν τῶν
Καλχηδονίων πόλιν, φέρεται διὰ πόρου.

XLIV. Καὶ τὸ ποιοῦν τὴν μὲν τῶν Βυζαντίων πόλιν Quanto commodior situs Byzantii,
εὐκαιροτάτην, τὴν δὲ τῶν Καλχηδονίων, τἀναντία, τοῦτ'
ἔστι τὸ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς ὄψεως
ὁμοίας ἀμφοτέραις δοκούσης εἶναι τῆς θέσεως πρὸς τὴν
2 εὐκαιρίαν. ἀλλ' ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα κατα-
πλεῦσαι οὐ ῥᾴδιον· [m] πρὸς τὴν δὲ, κἂν μὴ βούλῃ, φέρει
3 κατ' ἀνάγκην ὁ ῥοῦς, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν. Σημεῖον
δὲ τούτου· ἐκ Καλχηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαιρεῖν

[k] Χαλκηδὼν Casaub. invitis MStis, et sic deinde constanter in hoc vocab.
[l] ποιούμενος Bav. Aug. Regii. [m] Veteres libri omnes πρὸς ἣν δέ.

quæ dicuntur *ad Hestias* promontoria. Hinc iterum magno impetu Asiæ locum petit, quem *Bovem* vocant; in quo, ut narrant fabulæ, trajecto freto, *Io* pedem primo posuit. Quo ex loco repercussus fluxus, ad *Byzantium* ipsum postremo fertur. Ubi, circa urbem divisus, parvam sui partem sinui immittit, quem *Cornu* vocant; pars vero major aquæ cursum inde avertit. Sed jam quidem languidior factus fluxus, ad *Calchedonem* e regione sitam pervenire porro non potest. Sæpius enim ultro citroque repercussus, nunc jam hoc loco, quia latius ibi fretum est, resoluto impetu cursus aquæ nequaquam amplius breves reciprocationes ad rectos angulos versus oppositam continentem facit, sed potius ad obtusos. Itaque, omissa urbe Calchedoniorum, per medium fretum fertur.

XLIV. Quamobrem, cur *Byzantinæ urbis* situs tantas *commoditates* habeat, *Calchedoniorum* tantas *incommoditates*, caussa ea est, quam jam ostendimus; quamquam loca intuentibus parem utriusque urbis situs commoditatem habere videtur. Verum enimvero ad alteram cupienti appellere, multum erit negotii: ad alteram, velis nolis, cursus aquæ te feret, sicuti modo dicebamus. Quod hoc etiam documento constat. Qui *Calchedone* Byzantium trajicere volunt, propter aquæ

Ol. 139. 4. Quanto commodior situs Byzantii,

εἰς Βυζάντιον, οὐ δύνανται πλεῖν κατ' εὐθεῖαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν· ἀλλὰ παράγουσιν ἐπί τε τὴν Βοῦν, καὶ τὴν καλουμένην Χρυσόπολιν· (ἣν Ἀθηναῖοί [n]ποτε κατα- 4
σχόντες, Ἀλκιβιάδου γνώμῃ παραγωγιάζειν ἐπεβάλοντο πρῶτον τοὺς εἰς Πόντον πλέοντας·) [o]καὶ τῷ ἔμπροσθεν ἀφιᾶσι [p]κατὰ ῥοῦν, ᾧ φέρονται κατ' ἀνάγκην πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ὅμοια δὲ τούτοις [q]καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ 5
θάτερα πλοῦν ἐστι τῆς Βυζαντίων πόλεως. ἄν τε γὰρ 6
ἀφ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἄν τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ Πόντου τοῖς ἐτησίοις, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Βυζαντίων πόλεως ὀρθὸς, ἅμα δ' εὐπαρακόμιστος, ἐστὶν ὁ πλοῦς, ἐπὶ τὰ τῆς Προποντίδος στενὰ [r]κατ' Ἄβυδον καὶ Σηστὸν, κἀκεῖθεν ὡσαύτως

Tanto incommodior situs Calchedonis.

πάλιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. Ἀπὸ δὲ Καλχηδόνος [s]παρὰ 7
γῆν ἀεὶ τἀναντία τούτοις, διὰ τὸ κολπώδη τὸν παράπλουν ὑπάρχειν, καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν. ἀφ' [t]Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Καλχη- 8
δόνα, χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῷ, κἄπειτα συνεγγίζοντα τοῖς κατὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν καὶ προστρέχειν πρὸς τὴν Καλχηδόνα, διὰ τὸν ῥοῦν καὶ τὰ

[n] ποτε κατασχ. ex Reg. B. edidit Casaub. Veteres libri omnes τότε κατασχ. quod teneri fortasse debuerat. [o] Perperam Vat. Flor. et Urb. τῶν ἔμπροσθεν, omissa conjunctione. Debuerunt fortasse τῷ δ' ἔμπροσθεν. [p] Vulgo κατάῤῥουν. [q] καὶ τὰ, ante κατὰ, abest a Bav. Aug. Reg. A. C. [r] τὰ κατ' Ἄβυδον voluit Reisk. [s] παράγειν Bav. Aug. Reg. A. παράγειν δεῖ εἰς τἀναντία τούτοις suspicatus est Reiskius. Nobis suspicari liceat, verba γῆν ἀεὶ forsan ex τὴν Ἀσίαν esse depravata. [t] Pro γὰρ post Ἑλλησπόντου, videtur δὲ legendum, quod in versione expressi.

cursum qui in medio spatio est, rectam conficere navigationem non possunt: sed naves deflectunt *Bovem* versus, et *Chrysopolim* quam vocant: (quam urbem quum olim occupassent Athenienses, ex Alcibiadis consilio portorium exigere primi instituerunt ab eis, qui in Pontum navigabant:) deinde paullulum ulterius provecti, descendentis aquæ cursui se permittunt, atque ita necessario Byzantium devehuntur. Similis vero ratio est navigationis ab altera parte urbis Byzantiis. Sive enim flantibus Austris ab Hellesponto, sive ad Hellespontum etesiis spirantibus e Ponto tendat aliquis; recta facilisque navigatio est secundum oram Europæ ab oppido Byzantiorum ad Propontidis fauces, ubi *Sestus* et *Abydus;* et inde rursus pariter versus Byzantium. A *Calchedone* vero, secundum Asiaticam oram, contraria ratio est; quoniam et flexuosa inter sinus navigatio est, et admodum prominet in mare ager Cyzicenorum. Petentibus autem Calchedonem ab Hellesponto, Europæ littus legere, et deinde, ubi ad loca ventum fuerit Byzantio vicina, cursum flectere et accedere ad Calchedonem, propter aquæ cursum et ea quæ diximus, diffi-

9 προειρημένα, δυσχερές. ὁμοίως δὲ πάλιν ἐκπλέοντα A. U. 534.
προστρέχειν εὐθέως τῇ Θρᾴκῃ, τελέως ἀδύνατον, διά τε
τὸν μεταξὺ ῥοῦν, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους ἑκατέρους
10 ἀντιπίπτειν πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἐπιβολάς. ἐπειδή περ
εἰσάγει μὲν εἰς τὸν Πόντον Νότος, ἐξάγει δὲ Βορέας·
καὶ τούτοις ἀνάγκη χρῆσθαι πρὸς ἑκάτερον τὸν δρόμον
11 τοῖς ἀνέμοις. Τὰ μὲν οὖν τὴν κατὰ θάλατταν εὐκαι-
ρίαν ποιοῦντα Βυζαντίοις, ταῦτα ἐστί· τὰ δὲ τὴν κατὰ
γῆν ἀκαιρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι.

XLV. Τῆς γὰρ Θρᾴκης κύκλῳ περιεχούσης αὐτῶν A Thracibus continuis bellis premuntur Byzantii.
τὴν χώραν οὕτως, ὥστ᾽ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν
καθήκειν, ἀΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς
2 τούτους. οὔτε γὰρ, παρασκευασάμενοι, καὶ κρατή-
σαντες αὐτῶν εἰσάπαξ, [u]ἀποτρίψασθαι τὸν πόλεμον
οἷοί τε εἰσὶ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυνα-
3 στῶν. ἐάν τε γὰρ ἑνὸς περιγένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν
4 ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι δυνάσται. καὶ
μὴν οὐδ᾽, εἴξαντες, καὶ συγκαταβάντες εἰς φόρους καὶ
συνθήκας, οὐδὲν ποιοῦσι πλέον. ἂν γὰρ ἑνὶ πρόωνταί τι,
πενταπλασίους δι᾽ αὐτὸ τοῦτο [x]πολεμίους εὑρίσκουσι.
5 διόπερ [y]ἀϊδίῳ συνέχονται καὶ δυσχερεῖ πολέμῳ. τί γὰρ
ἐπισφαλέστερον ἀστυγείτονος [z]φαύλου; καὶ βαρβάρου

[u] ἀποτρίψασθαι ex doctorum virorum conject. correxi. ἀποτρέψασθαι edd. et MSti. [x] πολέμους edd. ex Bav. [y] ἀϊδίῳ retinui ex edit. Lipsiensi. ἰδίῳ habent editiones priores cum MStis. [z] φαύλου ignorant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Urb.

cile est. Similiterque rursus, si Calchedone exieris, Thraciam statim appellere, nulla prorsus ratione queas; cum propter aquæ cursum, qui medius intervenit; tum quod uterque ventus utrique navigationi contrarius est. Nam in Pontum deducit Auster, educit vero Boreas: quibus ventis ad utrumque cursum utaris necesse est. Quæ igitur *Byzantiis* tantam *mari commoditatem* præbent, hæc sunt: *incommodorum* vero quæ *terra* accipiunt, caussam aperient quæ jam dicemus.

XLV. Qui enim *Thracia* fines eorum cingit undique, a mari ad mare pertinens; perpetuum ac difficile cum Thracibus bellum gerunt. Ut enim, magnis belli apparatibus usi, eos semel debellent; tamen in posterum gerendi cum iis belli molestia se liberare non possunt, propter barbarorum et dynastarum multitudinem. Nam si unum populum superaverint, tres alii dynastæ potentiores in priorum locum succedunt. Sed nec, si hostibus concesserint, et ad pensitationem tributorum et pacta ineunda descenderint, quidquam tamen proficiunt. Ubi enim aliquid uni indulserint, quinque mox pro uno hostes, eo ipso illectos, nanciscuntur. Propterea perpetuo difficilique bello premuntur. Nam quid mala gente vicina periculosius? aut quid bello terribilius cum hoste bar-

Ol. 139. 4. Tantaleum supplicium patiuntur Byzantii.

πολέμου τί δεινότερον; Οὐ μὴν, [a]ἀλλὰ [b]τούτοις τὸ 6
παράπαν κακοῖς παλαίοντες [c]κατὰ γῆν, χωρὶς τῶν
ἄλλων τῶν παρεπομένων τῷ πολέμῳ κακῶν, ὑπομένουσί
τινα καὶ τιμωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητήν. ἔχον- 7
τες γὰρ χώραν γενναιοτάτην, ὅταν διαπονήσωσι ταύτην,
καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ κάλλει διαφέρον,
κἄπειτα [d]παραγενηθέντες οἱ βάρβαροι τοὺς μὲν [e]κατα-
φθείρωσι, τοὺς δὲ συναθροίσαντες ἀποφέρωσι· τότε δὴ, 8
χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δαπάνης, καὶ τὴν καταφθορὰν
θεώμενοι, διὰ τὸ κάλλος τῶν καρπῶν σχετλιάζουσι, καὶ
βαρέως φέρουσι τὸ συμβαῖνον. Ἀλλ' ὅμως τὸν μὲν ἀπὸ 9
τῶν Θρακῶν πόλεμον κατὰ τὴν συνήθειαν [f]ἀναφέροντες,
ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς δικαίων πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

Comontorius rex Gallorum.

προσεπιγενομένων δὲ Γαλατῶν αὐτοῖς τῶν περὶ [g]Κομον- 10
τόριον, εἰς πᾶν ἦλθον περιστάσεως.

Galli, devictis Thracibus, premunt Byzantios.

XLVI. Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον
ἐκ τῆς οἰκείας· διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυ-
νον, καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, εἰς μὲν
τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπεραιώθησαν· αὐτοῦ δὲ κατέμειναν, διὰ
τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις. οἳ καὶ 2
κρατήσαντες τῶν Θρακῶν, καὶ κατασκευασάμενοι βα-

Tule, regia Gallorum.

σίλειον τὴν [h]Τύλην, εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς

[a] ἀλλὰ ex conject. Ursini recepit Casaub. pro ἅμα, quod est in MStis. [b] Γρ'. τοιούτοις ora Bav. [c] Vulgo κατὰ γῆς. [d] παραγεγονότες Flor. [e] Alii rectius fortasse καταφθείρουσι et ἀποφέρουσι. [f] Vulgo alii φέροντες. [g] Κομεντόριον h. l. Bav. sed super ε superscr. est ο ab ead. manu. [h] Τύλιν legendum auctore Steph. Byz.

baro? At hi, cum hisce malis assidue in terra luctantes, præter reliquas belli calamitates, *supplicium* etiam quoddam *Tantaleum*, ut vocat poeta, sustinent. Quum enim agrum habeant uberrimum, postquam magno labore eum excoluerunt, et fructuum optimorum ingens copia provenit; ecce dein barbaros, qui partim illos perdunt, partim collectos auferunt. Tum vero *Byzantii*, cum præter operam impensam, et sumtus in eam rem factos, oculis suis perdi fruges vident, præstantiam fructuum deplorant, et fortunam suam ferunt indignissime. Sed hoc tamen cum *Thracibus* bellum longa mali assuetudine tolerantes, antiqua jura cum Græcis populis servaverunt. Postea vero quam ad priora mala accessere *Galli*, duce *Comontorio*, affiicta modis omnibus conditio eorum fuit.

XLVI. Hi *Galli* pars eorum erant, qui cum *Brenno* patria excesserunt: verum isti, quum periculum ad *Delphos* effugissent, ubi ad Hellespontum venerunt, nequaquam in Asiam trajecerunt: sed bonitate agrorum circa *Byzantium* capti, sedes ibidem posuerunt. Deinde Thracibus devictis, ac regni sui sede *Tulæ* instituta, ultimum Byzan-

3 Βυζαντίους. Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς ἐν ταῖς ἐφόδοις A. U. 534.
αὐτῶν, ταῖς κατὰ Κομοντόριον, τὸν πρῶτον βασιλεύ-
σαντα, δῶρα διετέλουν οἱ Βυζάντιοι διδόντες, ἀνὰ
τρισχιλίους, καὶ πεντακισχιλίους, ποτὲ δὲ καὶ μυρίους
χρυσοῦς, ἐφ' ᾧ μὴ καταφθείρειν τὴν χώραν αὐτῶν.
4 τέλος δ' ἠναγκάσθησαν ὀγδοήκοντα τάλαντα συγχω-
ρῆσαι φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως εἰς [i] Καύαρον· ἐφ' Cavarus,
οὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξε- rex Gallorum.
φθάρη πᾶν, ὑπὸ Θρᾳκῶν ἐκ μεταβολῆς ἐπικρατηθέν.
5 ἐν οἷς καιροῖς ὑπὸ τῶν φόρων [k] πιεζόμενοι, τὸ μὲν πρῶτον
ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν
6 καὶ συγχορηγεῖν εἰς τοὺς περιεστῶτας καιρούς. τῶν δὲ Byzantii
πλείστων παρολιγωρούντων, ἐνεχείρησαν ἐπαναγκασθέντες vectigal exigunt a
παραγωγιάζειν τοὺς εἰς τὸν Πόντον πλέοντας. naviganti-bus in Pontum.

XLVII. Μεγάλης δὲ γενομένης τῆς ἀλυσιτελείας
καὶ δυσχρηστίας πᾶσιν ἐκ τοῦ τέλος πράττειν τοὺς
Βυζαντίους τῶν ἐξαγομένων ἐκ τοῦ Πόντου, δεινὸν
ἡγοῦντο· καὶ πάντες ἐνεκάλουν οἱ πλοϊζόμενοι τοῖς Rhodii fru-
Ῥοδίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τούτους προεστάναι τῶν κατὰ stra legatos mittunt
2 θάλατταν. ἐξ οὗ συνέβη φῦναι τὸν πόλεμον, ὑπὲρ οὗ Byzantium.
3 νῦν ἡμεῖς ἱστορεῖν μέλλομεν. Οἱ γὰρ Ῥόδιοι, συν-
εξεγερθέντες ἅμα μὲν διὰ τὴν σφετέραν βλάβην, ἅμα
δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν πέλας ἐλάττωσιν· τὸ μὲν πρῶτον
παραλαβόντες τοὺς συμμάχους, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς

[i] Mendose h. l. libri omnes Κλύαρον. [k] πιεζούμενοι Vat.

tiis periculum creaverunt. Et initio quidem, quoties primus illorum rex *Comontorius* incursavit fines eorum, muneris specie pendere solebant Byzantii terna aut quina aureorum millia; interdum et denum millium numeratione vastationem agrorum suorum redimebant. Tandem vero LXXX annua talenta stipendii nomine pendere coacti sunt, usque ad tempora *Cavari;* quo imperante regnum est eversum, et universa gens, a Thracibus versa vice debellata, funditus interiit. Illis igitur temporibus *Byzantii*, tributorum magnitudine oppressi, principio legationes ad Græcos mittere, opem atque auxilium petentes, et in adversis subsidium aliquod. Eam petitionem cum plerique omnes Græci insuper habuissent, *portorium* ab iis, qui in *Pontum* navigabant, exigere instituerunt, necessitate eo adacti.

XLVII. Ubi vero *Byzantiis* Ponticæ merces *vectigal* pendere cœperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque incommodum sentire, facinusque indignum dicere: *Rhodios* denique, qui maris imperium tenere videbantur, incusare cuncti qui maria exercebant. Atque ex istis caussis bellum illud conflatum est, de quo nunc dicturi sumus. *Rhodii* enim, tum propriis detrimentis excitati, tum aliorum quoque damnis moti, principio lega-

Ol. 139. 4. Βυζαντίους, ἀξιοῦντες [l]καταλύσειν αὐτοὺς τὸ παραγώ-
γιον. Οὐκ ἐντρεπομένων δὲ τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ πεπεισμέ- 4
νων δίκαια λέγειν ἐκ τῆς ἀντικαταστάσεως τῆς γενο-
μένης παρ' αὐτοῖς τῶν περὶ τὸν [m]Ἑκατοντόδωρον καὶ
Ὀλυμπιόδωρον πρὸς τοὺς τῶν Ῥοδίων πρεσβευτάς·
(οὗτοι γὰρ τότε προέστησαν τοῦ τῶν Βυζαντίων πολι- 5
τεύματος·) τότε μὲν ἀπηλλάγησαν οἱ Ῥόδιοι, περ-
άναντες οὐδέν. ἐπανελθόντες δὲ, τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο 6
τοῖς Βυζαντίοις, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ 7
παραυτίκα πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλον πρὸς Προυσίαν,
παρακαλοῦντες καὶ τοῦτον εἰς τὸν πόλεμον· ᾔδεσαν γὰρ
τὸν Προυσίαν παρατριβόμενον ἔκ τινων πρὸς τοὺς Βυ-
ζαντίους.

Bellum Byzantiis decernunt Rhodii. Prusias socius Rhodiorum.

XLVIII. Τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίουν καὶ Βυζάντιοι.
πρός τε γὰρ Ἄτταλον καὶ πρὸς Ἀχαιὸν ἔπεμπον
πρέσβεις, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν. Ὁ μὲν οὖν Ἄτταλος 2
ἦν πρόθυμος· εἶχε δὲ [n]βραχεῖαν τότε ῥοπὴν, ὡς ἂν ὑπ'
Ἀχαιοῦ συνεληλαμένος εἰς τὴν πατρῴαν ἀρχήν. Ὁ δὲ 3
Ἀχαιὸς, κρατῶν μὲν τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου, βα-
σιλέα δὲ προσφάτως αὐτὸν ἀναδεδειχὼς, ἐπηγγέλλετο
βοηθήσειν. ὑπάρχων δ' ἐπὶ ταύτης τῆς προαιρέσεως, 4
τοῖς μὲν Βυζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα παρεσκεύαζε, τοῖς
δὲ Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ τἀναντία κατάπληξιν. Ἀχαιὸς 5
γὰρ ἦν μὲν Ἀντιόχου συγγενὴς, τοῦ παρειληφότος τὴν

Socii Byzantiorum, Attalus, Et Achæus, rex Asiæ cis Taurum.

[l] *καταλύειν* auctore Ursino edidit Casaub. [m] Fors. Ἑκατόδωρον, ut Reiskio placuit. *Hecatondorum* vocat Perottus. [n] *βαρεῖαν* Bav. Aug. Reg. A.

tionem, sociis etiam assumtis, ad *Byzantios* mittunt; postulantes, ut *impositum portorium tollerent.* Cui postulationi quum morem nullo modo gererent Byzantii; quippe quibus, re ab Hecatondoro et Olympiodoro, qui summum tunc magistratum apud eos obtinebant, publice cum legatis disceptata, persuasum esset justam suam esse caussam; infecta re discesserunt *Rhodii.* Domumque reversi, *bellum adversus Byzantios,* propter prædictas caussas, decreverunt. Itaque missis illico ad *Prusiam* legatis, ad societatem belli ipsum hortantur: norant enim, Prusiam certis de caussis esse Byzantiis infensum.

XLVIII. Rhodiorum exemplum secuti sunt et *Byzantii;* qui et ab Attalo et ab Achæo per legatos auxilium petierunt. Et erat quidem *Attalo* voluntas promta: sed, qui ab Achæo intra paterni regni fines erat compulsus, momentum ad victoriam afferre poterat non sane magnum. *Achæus* vero, qui in regionibus Asiæ cis Taurum late dominabatur, et Regis nomen paullo ante assumserat, auxilia Byzantiis promisit. Atque is, has partes amplexus, Byzantiis spem magnam; Rhodiis contra, et Prusiæ, ingentem terrorem injecit. Hic siquidem *Achæus* cognatione *Antiochum* illum contingebat, qui in regnum Syriæ successe-

A. U. 534.

ἐν Συρίᾳ βασιλείαν· ἐγκρατὴς δ᾽ ἐγένετο τῆς προειρη-
6 μένης δυναστείας, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Σελεύκου

Achæus, Seleuci comes in expedit. adv. Attalum,

5 τοιαύτης ἀγωγῆς, γίγνονται τῶν βίων. Ἀλλ', ἐκεῖνο μὲν σπάνιον· κἂν ποτε γένηται, δυνάμενον κοινῆς ὑπὸ
6 τῶν Ἑλλήνων τυγχάνειν ἐπικουρίας. πρὸς δὲ τὰς κατὰ μέρος ἀδικίας, ὑπογενομένης τοῖς βίοις χορηγίας, ὅπερ εἰκὸς ὑπάρξειν πάντα χρόνον ἐν εἰρήνῃ διάγουσι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν ἠπόρησαν ξένων καὶ μισθοφόρων, τῶν
7 κατὰ τόπους ἢ καιροὺς παρεφεδρευόντων. Νῦν δὲ, τὸ σπάνιον καὶ παράδοξον δεδιότες, ἐν συνεχέσι πολέμοις καὶ καταφθοραῖς τήν τε χώραν ἔχουσι καὶ τοὺς βίους. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν τῆς Ἠλείων ὑπομνήσεως εἰρήσθω χάριν· ἐπειδὴ τὰ τῶν καιρῶν οὔτε ποτὲ πρότερον εὐφυε-

Pax summum bonum.

Eleos admonet Polybius.

p Sic Vat. Flor. Urs. Puto et cod. Perotti. κατὰ γένος τὴν Bav. Aug. et Regii: ex quo Casaubonus κατά γε τὴν ἐμὴν finxit: quod mihi etiam in contextum recipiendum videtur. Verba ista κατὰ γένος τὴν ex καταγελαστὴν corrupta suspicatus est Reisk.

manserunt: non recte sane suæ et suorum securitati in posterum consulentes. Quum enim res sit, quam a diis concedi nobis omnes petimus; cujus desiderio nihil non perferimus; quamque ex omnibus, quæ bona existimantur, solam nemo ambigat vere esse bonam; *pacem* dico: hanc si qui bonis honestisque rationibus a Græcis impetrare certam firmamque in omne tempus possint, deinde beneficium tantum negligant, et aliud quidpiam potius ducant, quis dubitet in magno istos errore versari? At enimvero, dicet aliquis, per genus istud vitæ expositi sunt eorum injuriis, qui bello ipsos lacessere et fidem violare voluerint. Sed hoc et raro accidit; et, si quando contingat, subveniri malo communibus Græcorum auxiliis potest. Ad defendendas autem minores injurias, postquam suppetiissent opes, quod in perpetua pace degentibus consentaneum est futurum fuisse, non defuissent sane milites peregrini et mercede conducti, qui certis locis aut temporibus præsidio ipsis essent. Nunc, dum id metuunt, quod vix aliquando, si forte, præter omnium opinionem accidit; perpetuis bellis et populationibus et agrum et fortunas suas habent obnoxias. Quæ dicta nobis sunto, ut suæ *Eleos* utilitatis admoneremus: quum præsertim ad recuperandum

Ol. 140. 1.

στέραν διάθεσιν ἔσχηκε τῆς νῦν [q] πρὸς τὸ παρὰ πάντων ὁμολογουμένην κτήσασθαι τὴν ἀσυλίαν· τὴν δὲ χώραν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἔτι τῆς παλαιᾶς συνηθείας οἷον αἰθυγμάτων ἐμμενόντων, οἰκοῦσι διαφερόντως Ἠλεῖοι.

Thalamas castellum capit Philippus.

LXXV. Διὸ καὶ κατὰ τὴν Φιλίππου παρουσίαν, ἄπλετον μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος, ἔτι δὲ
πλεῖον τὸ τῶν συμπεφευγότων. πλείστη δ' ἀποσκευὴ 2
καὶ πλεῖστος ὄχλος ἠθροίσθη σωμάτων καὶ θρεμμάτων εἰς τὸ χωρίον, ὃ καλοῦσι Θαλάμας· διὰ τὸ τήν τε χώραν τὴν πέριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον, τό
τε χωρίον ἀπραγμάτευτον καὶ δυσπρόσοδον. ἀκούων δ' ὁ 3
βασιλεὺς τὸ πλῆθος τῶν συμπεφευγότων εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κρίνας μηδὲν ἀβασάνιστον μηδ' ἀπέραντον ἀπολιπεῖν, τοῖς μὲν μισθοφόροις προκατελάβετο τοὺς ἐπὶ τῆς εἰσβολῆς εὐφυῶς κειμένους τόπους·
αὐτὸς δὲ τὴν ἀποσκευὴν καταλιπὼν ἐν τῷ χάρακι, καὶ 4
τὸ πλεῖον μέρος τῆς δυνάμεως, ἀναλαβὼν τοὺς πελταστὰς [r] καὶ εὐζώνους, προῆγε διὰ τῶν στενῶν· οὐδενὸς
δὲ κωλύοντος, ἧκε πρὸς τὸ χωρίον. Καταπλαγέντων 5
δὲ τῶν [s] συμπεφευγότων τὴν ἔφοδον, ἅτε λίαν πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν χρείαν ἀπείρως καὶ ἀπαρασκεύως

[q] Verba πρὸς τὸ perperam vulgo absunt ab omnibus libris, tum pro ὁμολογουμένην est ὁμολογουμένης, porro pro ἔτι τῆς est ἐπὶ τῆς, denique pro Ἠλεῖοι vulgo legitur οἱ λαοί. Quæ correxi omnia ex mente Casauboni. [r] Abest καὶ a Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. [s] πεφευγ. Bav. Aug. Reg. A.

omnium consensu *jus* illud *immunitatis a bello* nullum umquam tempus fuerit illis opportunius præsenti rerum statu; et quum ad hunc usque diem, velut scintilla aliqua pristinæ consuetudinis superante, longe frequentius, quam fiat alibi, vitam in agris Elei, quemadmodum supra diximus, degant.

LXXV. Idcirco cum *Philippus* advenit; et eorum qui passim capiebantur ingens fuit numerus; et eorum, qui intra muros confugiebant, adhuc major. Plurima autem cum supellex, tum corporum pecorumque copia, in castello, cui *Thalamæ* nomen est, fuit coacta: tum quod in angusta regione, et quam hostis non facile adire posset, situm est id castellum; tum quod ipsum quoque per se a commercio hominum est remotum atque inaccessum. Rex, ut rescivit de ingenti illorum numero qui eo confugerant; nihil intentatum aut imperfectum sibi judicans esse relinquendum, omnia primum loca juxta introitum opportune sita per conductitium militem occupat: deinde, impedimentis cum majore copiarum parte in castris relictis, cetratos et expeditos dumtaxat secum trahens, ipse per fauces illas agmen ducit: et, nemine impediente, venit ad castellum. Qua re perterriti qui eo confugerant, cum omnis rei militaris prorsus essent rudes, et ab omnibus bello necessariis imparati, quumque multi etiam e plebis fæce eodem con-

διακειμένων, ἅμα δὲ καὶ συνδεδραμηκότος ὄχλου συρ- A. U. 535.
6 φετώδους· ταχέως παρέδοσαν αὐτούς. ἐν οἷς ἦσαν καὶ μισθοφόροι διακόσιοι μιγάδες, οὓς ἧκεν ἔχων [t]Ἀμ-
7 φίδαμος, ὁ στρατηγὸς τῶν Ἠλείων. Ὁ δὲ Φίλιππος, κυριεύσας ἀποσκευῆς τε πολλῆς καὶ σωμάτων πλειόνων ἢ πεντακισχιλίων, πρὸς δὲ τούτοις [u]τετράποδος λείας ἀναρίθμητον ἐξελασάμενος πλῆθος, τότε μὲν ἐπανῆλθε
8 [x]πρὸς χάρακα· μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς δυνάμεως ὑπεργεμούσης αὐτῷ [y]παντοδαπῆς ὠφελείας, βαρὺς ὢν, καὶ δύσχρηστος, ἀνεχώρει διὰ ταῦτα, καὶ κατέζευξε πάλιν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν.

Immensa præda potitur.

LXXVI. Ἀπελλῆς δὲ, ὃς ἦν μὲν εἷς τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθέντων ἐπιτρόπων τοῦ παιδὸς, πλεῖστον δ' ἐτύγχανε τότε δυνάμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ, βουληθεὶς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος [z]ἀγαγεῖν εἰς παραπλησίαν διάθεσιν τῇ Θετταλῶν, ἐπεβάλετο πρᾶγμα ποιεῖν μοχθη-
2 ρόν. [a]Θετταλοὶ γὰρ ἐδόκουν μὲν κατὰ νόμους πολιτεύειν, καὶ πολὺ διαφέρειν Μακεδόνων· διέφερον δ' οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶν ὁμοίως ἔπασχον Μακεδόσι, καὶ πᾶν
3 ἐποίουν τὸ προσταττόμενον τοῖς βασιλικοῖς. διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενος τὴν ὑπόθεσιν ὁ προειρημένος,
4 ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῶν συστρατευομένων. Τὸ

Apelles, unus ex tutoribus Philippi.

Achæos in servitutem redigere conatur.

[t] Ἀμφιδάμας h. l. edd. cum Bav. Aug. et Regiis. [u] Alii τῆς τετράποδος. [x] πρὸς χάρακα. τὸν intra lineas interserit Reg. A. [y] παντοδαποῦς edd. cum Bav. Aug. et Regiis. [z] διαγαγεῖν edd. ex Bav. [a] Θετταλοὶ μὲν γὰρ ἐδόκουν μὲν Aug. Reg. A.

currissent, deditionem cito fecerunt. Erant inter hos et mercenarii ducenti, turba promiscua, quos *Amphidamus*, dux Eleorum, secum adduxerat. *Philippus*, supellectile plurima potitus, mancipiorum quinque millibus et amplius; ad hæc præda pecorum abacta, quæ omnem numerum superabat; tunc quidem ad castra se recepit: postea vero, quod haberet exercitum præda omnis generis onustum et ad res gerendas parum habilem, referre pedem coactus, *Olympiam* iterum castra movit.

LXXVI. Inter alios ab Antigono tutores, puero Philippo relictos, *Apelles* erat, qui ea tempestate apud regem gratia plurimum pollebat. Hic quum in animum induxisset, Achæorum gentem ad eamdem redigere conditionem, qua Thessali tunc erant, rem ausus est nefariam. *Thessali* namque, etsi legibus suis videbantur uti, longeque alio jure esse quam Macedones: nihil tamen ab illis differebant, erantque iisdem obnoxii quibus et Macedones, et, quidquid aulæ proceres imperarent, faciebant. Huic igitur proposito sua omnia consilia accommodans hic *Apelles*, experiri patientiam eorum, qui erant in castris, instituit. Et primum quidem Macedonibus permisit,

Ol. 140. 1. μὲν οὖν πρῶτον ἐπέτρεψε τοῖς Μακεδόσιν, [b]ἐκβαλεῖν ἐκ
τῶν σταθμῶν ἀεὶ τοὺς προκατέχοντας τῶν Ἀχαιῶν
καταλύσεις· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λείαν ἀφαιρεῖσθαι.
μετὰ δὲ ταῦτα τὰς χεῖρας προσέφερε διὰ τῶν ὑπηρετῶν, 5
ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις· τοὺς δὲ συναγανακτοῦντας
ἢ προσβοηθοῦντας τοῖς μαστιγουμένοις, παρὼν αὐτὸς,
εἰς τὴν ἅλυσιν ἀπῆγε· [c]πεπεισμένος, διὰ τοῦ τοιούτου 6
τρόπου, [d]τῷ κατὰ βραχὺ λήσειν εἰς συνήθειαν ἀγαγὼν
τοῦ μηδένα μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν, ὅ ποτ' ἂν πάσχῃ τις
ὑπὸ τοῦ βασιλέως. καὶ ταῦτα, μικροῖς χρόνοις πρό- 7
τερον μετ' Ἀντιγόνου συνεστρατευμένος, καὶ τεθεαμένος
τοὺς Ἀχαιοὺς, ὅτι παντὸς δεινοῦ λαβεῖν πεῖραν ὑπέμει-
Vetat Philippus, monente Arato. ναν, ἐφ' ᾧ μὴ ποιεῖν Κλεομένει τὸ προσταττόμενον. Οὐ 8
μὴν, ἀλλὰ συστραφέντων τινῶν Ἀχαϊκῶν νεανίσκων,
καὶ προσελθόντων τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ διασα-
φούντων τὴν Ἀπελλοῦ βούλησιν· ἧκον ἐπὶ τὸν Φίλιππον
οἱ περὶ τὸν Ἄρατον, [e]κρίναντες ἐν ἀρχαῖς περὶ τῶν
τοιούτων [f]ἐνίστασθαι, καὶ μὴ καταμέλλειν. ἐντυχόντων 9
δ' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων, διακούσας ὁ Φίλιπ-
πος τὰ γεγονότα· τοὺς μὲν νεανίσκους παρεκάλει θαῤ-
ῥεῖν, ὡς οὐδενὸς αὐτοῖς ἔτι συμβησομένου τοιούτου· τῷ
δ' Ἀπελλεῖ παρήγγειλε, μηδὲν ἐπιτάττειν τοῖς Ἀχαι-
οῖς, χωρὶς τῆς τοῦ στρατηγοῦ γνώμης.

[b] ἐκβάλλειν edd. ex Bav. [c] Mendose scripti libri πεπεισμένους. [d] τῷ κατὰ βραχὺ ex conject. posuit Casaubonus. Libri vett. omnes τὸ κατὰ βραχὺ. Sed articulum omittit Reg. B. [e] κρίνοντες Aug. [f] διίστασθαι Vat. Flor. Aug. Reg. A.

ut Achæos, qui diversoria occupassent, ejicerent hospitiis: similiter et, partam prædam ut iis eriperent. Post hæc, per ministros quamlibet levi ex caussa eos cædebat: si quis vero aut querenti de injuria patrocinaretur, aut, cum flagris cæderentur, opem ferret; ipsemet in vincula eos ducebat: persuasus, se, hoc pacto paullatim progrediendo, nemine animadvertente in eam consuetudinem *Achæos* adducturum, ut nihil penitus grave cuiquam videretur, quod rex in aliquem statuisset. Et hoc sperare ausus est ille, qui non multis ante annis in Antigoni castris versans, viderat Achæos quidvis mali paratos perpeti, modo ne ea facere, quæ imperaret Cleomenes, cogerentur. Sed quum juvenes quidam Achaici, manu facta, *Aratum* convenissent, eique *Apellis* consilium aperuissent; ad Philippum adit *Aratus*, nascenti malo resistere fixum animo habens, neque cunctari. Ex hujus igitur colloquio ubi *Philippus* quæ acciderant cognovit; juvenes quidem, bono ut essent animo, jubet; nihil enim simile deinceps fore illis patiendum: *Apelli* vero præcipit, *ne quid posthac Achæis, prætore ipsorum inconsulto imperaret.*

A. U. 535.

Egregia Philippi juvenis indoles.

LXXVII. Φίλιππος μὲν οὖν κατὰ τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς τοὺς [g]ἐν ὑπαίθροις συνδιατρίβοντας, καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς πρᾶξιν καὶ τόλμαν, οὐ μόνον παρὰ
2 τοῖς στρατευομένοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς πᾶσι Πελοποννησίοις εὐδοκίμει. Βασιλέα γὰρ πλείοσιν ἀφορμαῖς ἐκ φύσεως κεχορηγημένον πρὸς πραγμάτων
3 κατάκτησιν, οὐκ εὐμαρὲς εὑρεῖν. καὶ γὰρ ἀγχίνοια, καὶ μνήμη, καὶ χάρις ἐπῆν αὐτῷ διαφέρουσα· πρὸς δὲ τούτοις, ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις· τὸ δὲ μέ-
4 γιστον, πρᾶξις καὶ τόλμα πολεμική. Καὶ τί δή ποτ' ἦν τὸ ταῦτα πάντα καταγωνισάμενον, καὶ ποιῆσαν ἐκ βασιλέως εὐφυοῦς τύραννον ἄγριον, οὐκ εὐχερὲς διὰ βραχέων δηλῶσαι. διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων σκέπτεσθαι καὶ διαπορεῖν ἄλλος ἁρμόσει καιρὸς μᾶλλον τοῦ νῦν
5 ἐνεστῶτος. Ὁ δὲ Φίλιππος, ἐκ τῆς [h]Ὀλυμπίας ἀναζεύξας [i]τὴν ἐπὶ Φαραίαν, παρῆν εἰς Τέλφουσαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἡραίαν. καὶ τὴν μὲν λείας ἐλαφυροπώλει· τὴν δὲ γέφυραν ἐπεσκεύαζε τὴν κατὰ τὸν Ἀλφειόν· βουλόμενος ταύτῃ ποιήσασθαι [k]τὴν εἰς τὴν Τριφυλίαν εἰσ-
6 βολήν. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Δορίμαχος, ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς, δεομένων τῶν Ἠλείων σφίσι βοηθεῖν πορθουμένοις, ἑξακοσίους Αἰτωλοὺς καὶ στρα-

Triphyliam petit Philippus.

Ætoli Eleis auxilia mittunt, duce Philida.

[g] ἐν ignorant Vat. Flor. Aug. Reg. A. [h] Ὀλυμπίας ex Casaub. emendatione est. Libri omnes Ὀλυμπιάδος. [i] τὴν ἐφ' Ἡραίας conjeceram, sed tenenda est codicum scripturas dum certius quid proferetur. Vulgo omnes τὴν ἐπὶ Φαραίαν. [k] Mendose in editis est τὴν εἰς Τρυφαλίαν, et sic constanter deinde Τρυφαλ. pro Τριφυλ.

LXXVII. *Philippus* itaque, cum propter instituta quibus erga expeditionis socios in castris utebatur, tum propter singularem in re bellica solertiam atque audaciam, non solum apud castrensem multitudinem, verum etiam apud reliquos omnes Peloponnesios bene audiebat. Enimvero non est facile regem invenire, majoribus a natura dotibus ad parandum imperium necessariis ornatum. Nam et sollertia mentis, et memoria, et suavitate eximia præstabat: accedebat eo vultus speciesque regia et regium ingenium: supra omnia erat prudentia et audacia bellica. Quid autem illud fuerit, quod omnia hæc expugnavit, et præstantis ingenii regem in ferum tyrannum mutavit, non est facile paucis exsequi. Itaque ista considerandi, et de illa quæstione disceptandi, erit alius convenientior, quam hic nunc sit, locus. Jam *Philippus* castra movit ab Olympia Heræam versus; et mox Telphusam venit, indeque *Heræam;* ubi præda divendita, pontem Alphei instauravit; facturus per illum in *Triphyliam* impressionem. Eodem vero tempore *Dorimachus*, Ætolorum prætor, petentibus Eleis auxilia, adversus eos qui ipsorum agros urebant, Ætolos sexcentos duce *Philida* misit. Qui ubi

Ol. 140. 1. τηγὸν [k] Φιλίδαν αὐτοῖς ἐξέπεμψεν. ὃς παραγενόμενος
εἰς τὴν Ἠλείαν, καὶ παραλαβὼν τοὺς μισθοφόρους τῶν
Ἠλείων, ὄντας εἰς πεντακοσίους, καὶ πολιτικοὺς χιλί-
ους, ἅμα δὲ τούτοις τοὺς Ταραντίνους, ἧκε βοηθῶν εἰς
Triphyliæ situs et oppida. τὴν Τριφυλίαν. ἡ τῆς μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύτης 8
ἀπὸ [l] Τριφύλου τοῦ τῶν Ἀρκάδος παίδων ἑνός· κεῖται
δὲ τῆς Πελοποννήσου παρὰ θάλατταν, μεταξὺ τῆς
Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας· τέτραπται δ' εἰς τὸ
Λιβυκὸν πέλαγος, [m] ἐσχατεύουσα τῆς Ἀρκαδίας ὡς πρὸς
χειμερινὰς δύσεις. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, 9
Σαμικὸν, Λέπρεον, [n] Ὕπαναν, [o] Τυπανέας, Πύργον,
[p] Αἴπιον, Βώλακα, [q] Στυλάγγιον, Φρίξαν. ὧν ὀλίγοις 10
χρόνοις πρότερον ἐπικρατήσαντες Ἠλεῖοι, προσελάβοντο
Aliphera oppidum. καὶ τὴν τῶν Ἀλιφειραίων πόλιν, [r] συντελοῦσαν ἐξ ἀρχῆς
εἰς Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλόπολιν· [s] Λυδιάδου τοῦ Με-
γαλοπολίτου κατὰ τὴν τυραννίδα πρός τινας ἰδίας
πράξεις ἀλλαγὴν δόντος τοῖς Ἠλείοις.

LXXVIII. Πλὴν ὅ γε Φιλίδας, τοὺς μὲν Ἠλείους εἰς Λέπρεον, τοὺς δὲ μισθοφόρους εἰς Ἀλίφειραν ἀπο-

[k] Φυλίδαν edd. et sic constanter deinde, partim ex Bav. partim invitis omnibus MStis. [l] Corrupta et mutilata oratione, post Hervagium, edidit Casaubonus Τρυφάλου τοῦ τῶν Ἀρκάδων παιδός. [m] Sic, monente Palmerio, correxi. Vulgo omnes perperam τῆς Ἀχαΐας. [n] Sic infra ad cap. 79, 4. ed. 1. 2. cum codd. omnibus. Corrupte h. l. Ὑγίαναν ed. 1. 2. cum Bav. Ὑγίανναν Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Perottus. Ὑπάναν Casaub. et seqq. minus adcurate. [o] Τυμπαναίαν editiones vett. ex Bav. quod in Τυπαναίαν mutavit Casaub. [p] Αἰπυὸν h. l. edd. ex Bav. Et inferius iidem Ἐπειὸν. [q] Στυλάλγιον Casaub. cum Steph. Byz. invitis libris Polybianis. [r] συντελοῦσαν (aut, si mavis, τελοῦσαν) ἐξ ἀρχῆς εἰς Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλόπ. Sic omnino corrigendum duxi locum, quem mutilatum tali modo exhibent veteres libri omnes: οὖσαν ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλ. Casaubonus cum Reg. B. Ἀρκαδίαν in Ἀρκαδίας mutavit, et levi interposita distinctione verbum hoc a seqq. separavit. Possis etiam cum Jos. Mercero suspicari οὖσαν ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίας καὶ Μεγαλοπολιτῶν. [s] Et hoc nomen vulgo depravatum erat. Ἀλιάδου. Aug. Ceteri omnes Ἀλλιάδου.

in Eleam venit, assumtis Eleorum mercenariis ad quingentos, e civilibus copiis mille militibus, et simul Tarentinis, suppetias venit *Triphyliam*. Ea regio nomen invenit a *Triphylo*, uno ex *Arcadis* filiis. Sita est in maritima Peloponnesi parte, inter Eleorum et Messeniorum fines; spectatque mare Libycum, contermina Arcadiæ, qua illa ad hibernum occasum vergit, Urbes regionis hujus sunt: *Samicum*, *Lepreum*, *Hypana*, *Typaneæ*, *Pyrgus*, *Æpium*, *Bolax*, *Styllangium*, *Phrixa*. Has quum non multo ante *Elei* ditionis suæ fecissent, urbem quoque *Alipheræorum*, quæ ab initio Arcadiæ et Megalopoli attributa fuerat, adjecerunt: *Lydiada* Megalopolitano, tempore tyrannidis suæ, tradente in permutatione propter privatas quasdam caussas cum Eleis instituta.

LXXVIII. *Philidas*, missis Lepreum Eleis, mercenariis Alipheram; ipse Typaneis cum suis Ætolis, quid rex

στείλας, αὐτὸς δὲ τοὺς Αἰτωλοὺς ἔχων ἐν [t]Τυπανέαις, A. U. 535.
2 ἐκαραδόκει τὸ συμβησόμενον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀποθέμενος τὴν ἀποσκευὴν, καὶ διαβὰς τῇ γεφύρᾳ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν, ὃς ῥεῖ παρ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡραιέων
3 πόλιν, ἧκε πρὸς τὴν Ἀλίφειραν· ἣ κεῖται μὲν ἐπὶ λόφου κρημνώδους πανταχόθεν, ἔχοντος πλεῖον ἢ δέκα σταδίων πρόσβασιν· ἔχει δ' ἄκραν ἐν αὐτῇ τῇ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος λόφου, καὶ χαλκοῦν Ἀθηνᾶς ἀνδριάντα, Magnifica statua Minervæ.
4 κάλλει καὶ μεγέθει διαφέροντα. οὗ τὴν μὲν αἰτίαν, ἀπὸ ποίας προθέσεως ἢ χορηγίας ἔλαβε τὴν ἀρχὴν τῆς κατασκευῆς, ἀμφισβητεῖσθαι συμβαίνει καὶ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις· οὔτε γὰρ πόθεν, οὔτε τίς ἀνέθηκεν, εὑρίσκεται
5 τρανῶς. τὸ μέντοι γε τῆς τέχνης ἀποτέλεσμα συμφωνεῖται παρὰ πᾶσι, διότι τῶν [u]μεγαλομερεστάτων [x]καὶ τεχνικωτάτων ἔργων ἐστὶν, [y]Ἑκατοδώρου καὶ Σωστράτου
6 κατεσκευακότων. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἐπιγενομένης ἡμέρας αἰθρίου καὶ λαμπρᾶς, διατάξας ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ὁ βασιλεὺς κατὰ πλείους τόπους τούς τε τὰς κλίμακας φέροντας, καὶ τὰς τῶν μισθοφόρων ἐφεδρείας πρὸ τούτων· Alipheram oppugnat Philippus.
7 ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, τοὺς Μακεδόνας διῃρημένους κατόπιν ἑκάστοις ἐπιστήσας· ἅμα τῷ τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν πᾶσι προσέταξε προσβαίνειν πρὸς τὸν λόφον.
8 ποιούντων δὲ τὸ παραγγελθὲν ἐκθύμως καὶ καταπληκτικῶς τῶν Μακεδόνων, συνέβαινε τοὺς Ἀλιφειρεῖς πρὸς

[t] Vulgo h. l. Τυπανίαις. [u] Sic Vat. Flor. Vulgo alii μεγαλοπρεπεστ. [x] Verba καὶ τεχνικωτάτων ignorant Bav. Aug. Reg. A. Perott. [y] Immo Ὑπατοδώρου, secundum Paus. et Plin.

pararet, sollicitus exspectabat. *Philippus* vero, impedimentis depositis, et Alphei ponte trajecto, (is amnis urbem ipsam Heræorum alluit) *Alipheram* venit. Imposita est urbs ista colli ab omni parte prærupto, ad quem ascenditur per stadia amplius decem: arcem habet in ipso vertice totius collis, et æneam *Minervæ statuam*, specie atque magnitudine præstantem. Quæ qua de caussa, quo consilio, et cujus sumtibus initio confecta fuerit, ipsi quoque indigenæ parum norunt: neque enim satis explorato constat, unde, aut a quo fuerit dedicata. At de artificibus, ex quorum officina prodiit, consentiunt omnes: *Hecatodori* nempe [*ni potius Hypatodori*] et *Sostrati* opus esse, inter magnificentissima et exquisitissimæ artis, quæ sint ab iis facta. Ceterum postridie *Philippus* sub auroram, sereno die et claro, dispositis per varia loca qui scalas gestarent, præmissisque mercenariis qui præsidio ipsis forent; ad hæc, Macedonum manu separatim singulos eorum sequi jussa; simul cum exoriente sole omnibus imperat, ut colli succedant. Quod quum Macedones animose et formidabiliter exsequerentur; accidit, ut *Alipherenses*

Ol. 140. 1. τούτους ὁρμᾷν ἀεὶ καὶ συντρέχειν τοὺς τόπους, οἷς
μάλιστα τοὺς Μακεδόνας ἑώρων προσπελάζοντας.
Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον [z] αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, ἔχων 9
τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, διά τινων κρημνῶν ἔλαθε πρὸς τὸ
Capitur Aliphera. τῆς ἄκρας προάστειον ἀναβάς. ἀποδοθέντος δὲ τοῦ 10
συνθήματος, πάντες ἅμα προσερείσαντες τὰς κλίμα-
κας, κατεπείραζον τῆς πόλεως. Πρῶτος μὲν οὖν ὁ 11
βασιλεὺς κατέσχε τὸ προάστειον τῆς ἄκρας, ἔρημον
καταλαβών. τούτου δ' ἐμπιπραμένου, προϊδόμενοι τὸ
μέλλον οἱ τοῖς τείχεσιν ἐπαμύνοντες, καὶ περιδεεῖς
γενόμενοι, μὴ, τῆς ἄκρας προκαταληφθείσης, στερηθῶσι
καὶ τῆς τελευταίας ἐλπίδος, ὥρμησαν ἀπολιπόντες τὰ
τείχη φεύγειν πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. οἱ δὲ Μακεδόνες, 12
γενομένου τούτου, παραχρῆμα καὶ τῶν τειχῶν καὶ τῆς
πόλεως ἐκυρίευσαν. μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευσαμένων 13
τῶν ἐκ τῆς ἄκρας πρὸς τὸν Φίλιππον, δοὺς τὴν ἀσφά-
λειαν, παρέλαβε καὶ ταύτην καθ' ὁμολογίαν.

LXXIX. Συντελεσθέντων δὲ τούτων, καταπλαγεῖς
γεγονότες πάντες οἱ κατὰ τὴν Τριφυλίαν, ἐβουλεύοντο
Ætolorum mala fides in socios. περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων πατρίδων. ὁ δὲ Φιλίδας, 2
ἐκλιπὼν τὰς Τυπανέας, [a] προσδιαρπάσας τινὰς τῶν
οἰκείων, ἀπεχώρησεν εἰς τὸ Λέπρεον. Ταῦτα γὰρ 3
[b] ἐπίχειρα τότε τοῖς Αἰτωλῶν ἐγίγνετο συμμάχοις, τὸ,

[z] αὐτὸς cum Ursino correxit Casaub. Mendose libri omnes αὐτόν. [a] Forte προδιαρπ. Reisk. Et sic Reg. B. [b] τἀπίχειρα malim.

semper ad ea potissimum loca facto concursu se conferrent, ad quæ plurimos Macedonas videbant accedere. At *Philippus* ipse per idem tempus, cum lecto milite ex cohortibus, in arcis suburbium, nemine animadvertente, per quædam præcipitia et abrupta loca ascendit. Tum vero dato signo, simul omnes scalas admovere, et urbem conari invadere. Primus omnium rex ipse suburbium arcis, quod nudatum præsidio invenerat, tenuit. Quo incenso, qui pro muris pugnabant, ubi ignem vident, imminens malum prospicientes, et metuentes ne occupata arce ultimam illam spem amitterent; impetu mœnia deserunt, et in arcem confugiunt. Quo facto, ilicet Macedones et muris et urbe potiri. Post hæc, qui in arce erant, legationem ad *Philippum* mittunt: et, fide ab eo accepta de sua salute, ex pacto deditionem faciunt.

LXXIX. Quibus rebus gestis, passim consternati metu omnes tota *Triphylia*, de sua et patriæ suæ salute consultabant. *Philidas* vero, Typaneis desertis, nonnullis etiam sociorum direptis, Lepreum concessit. Hoc enim præmium ea tempestate socii Ætolorum

A. U. 535.

μὴ μόνον ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς ἐγκαταλεί-
πεσθαι προφανῶς, ἀλλὰ καὶ, διαρπαγέντας, ἢ προ-
δοθέντας, τούτοις περιπίπτειν ὑπὸ τῶν συμμάχων, ἃ
τοῖς κρατηθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων ὀφείλεται πάσχειν.
4 Οἱ δὲ Τυπανεᾶται παρέδοσαν τῷ Φιλίππῳ τὴν πόλιν.
τούτοις δὲ τὸ παραπλήσιον ἐποίησαν οἱ τὴν [b]Ὕπαναν
5 κατοικοῦντες. Ἅμα δὲ τούτοις Φιαλεῖς, ἀκούοντες τὰ
περὶ τὴν Τριφυλίαν, καὶ δυσαρεστούμενοι τῇ τῶν Αἰτω-
λῶν συμμαχίᾳ, κατέλαβον μετὰ τῶν ὅπλων τὸν περὶ τὸ
6 [c]Πολεμάρχιον τόπον. οἱ δὲ τῶν Αἰτωλῶν πειραταὶ,
διατρίβοντες ἐν [d]ταύτῃ τῇ πόλει, διὰ τὰς ἐκ τῆς
Μεσσηνίας ὠφελείας, τὸ μὲν πρῶτον οἷοί τ' ἦσαν ἐγχει-
7 ρεῖν, καὶ κατατολμᾷν τῶν Φιαλέων. ὁρῶντες δὲ τοὺς
πολίτας ὁμοθυμαδὸν ἀθροιζομένους πρὸς τὴν βοήθειαν,
ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς· [e]σπεισάμενοι δὲ, καὶ λαβόντες
8 τὰς αὑτῶν ἀποσκευὰς, ἀπῆλθον ἐκ τῆς πόλεως. οἱ δὲ
Φιαλεῖς, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐνεχεί-
ρισαν σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν.

Typaneæ, Hypana, et Phialia traduntur Philippo.

LXXX. Ἔτι δὲ τούτων πραττομένων, οἱ Λεπρεᾶ-
ται, καταλαβόμενοι τόπον τινὰ τῆς πόλεως, ἠξίουν
ἐκχωρεῖν τῆς ἄκρας καὶ τῆς πόλεως τοὺς Ἠλείους
καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ
Λακεδαιμονίων· ἧκε γὰρ καὶ παρ' ἐκείνων αὐτοῖς
2 βοήθεια. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ περὶ τὸν Φιλίδαν οὐ

Lepreatæ, invito Eleorum et Ætolorum præsidio,

[b] Sic ed. 1. 2. cum codd. omnibus. Vulgo Ὑπάναν. [c] Πολεμαρχεῖον superscr. in Bav. Πολεμάρχειον edd. invitis MStis. [d] αὐτῇ τῇ πόλει edd. cum aliis. [e] σπεισάμενοι cum præcedd. connectunt et particulam δὲ ignorant Vat. Aug. Reg. A.

referre soliti; ut non solum necessariis maxime temporibus manifeste ab illis derelinquerentur; sed etiam, direpti aut proditi, ea paterentur a sociis Ætolis, quæ victis ab hoste victore sunt exspectanda. *Typaneatæ* urbem *Philippo* tradiderunt: secutique sunt eorum exemplum *Hypanæ* cives et habitatores. Similiter vero etiam *Phialenses*, de iis quæ in Triphylia acciderant facti certiores, societatem Ætolorum aversati animis, aream ubi *Polemarchorum* curia vel statio erat, vi armata occupant. Ætoli vero piratæ, qui prædæ caussa ex agro Messeniaco faciendæ morabantur *Phialiæ;* quum movendi se et tentandi aliquid adversus Phialenses animum initio præ se tulissent; mox, ubi conspirare omnes cives ad vim arcendam senserunt, incepto destiterunt, et, accepta fide, cum omnibus sarcinis suis urbe excesserunt. Et mox *Phialenses*, oratoribus ad *Philippum* missis, seque et suam illi urbem tradunt.

LXXX. Dum hæc agebantur, *Lepreatæ*, parte urbis suæ occupata, postulant, ut arce et oppido exeant Elei atque Ætoli, itemque illi quos Lacedæmonii, auxilii caussa, ipsis submiserant. Nihil principio hic motus *Philidam* turbavit: neque eo segnius

Ol. 140. 1. προσεῖχον, ἀλλ' ἔμενον, ὡς καταπληξόμενοι τοὺς ἐν τῇ
πόλει. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰς μὲν τὴν Φιαλίαν Ταυ- 3
ρίωνα μετὰ στρατιωτῶν ἐξαποστείλαντος, [f] αὐτοῦ δὲ
προάγοντος εἰς τὸ Λέπρεον, καὶ συνεγγίζοντος ἤδη τῇ
πόλει· συνέντες οἱ περὶ τὸν Φιλίδαν, ἐταπεινώθησαν· οἱ
δὲ Λεπρεᾶται προσεπερρώσθησαν ταῖς ὁρμαῖς. καλὸν 4
γὰρ δὴ τοῦτο Λεπρεάταις ἔργον πέπρακται, τὸ, χιλίων
μὲν ἔνδον ὄντων Ἠλείων, χιλίων δὲ σὺν τοῖς πειραταῖς
Αἰτωλῶν, πεντακοσίων δὲ μισθοφόρων, διακοσίων δὲ
Λακεδαιμονίων· πρὸς δὲ τούτοις, τῆς ἄκρας κατεχο-
Lepreum Philippo tradunt.
μένης· ὅμως ἀντιποιήσασθαι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος, καὶ
μὴ προέσθαι τὰς σφετέρας ἐλπίδας. Ὁ δὲ Φιλίδας, 5
ὁρῶν τοὺς Λεπρεάτας ἀνδρωδῶς ὑφισταμένους, καὶ τοὺς
Μακεδόνας ἐγγίζοντας, ἐξεχώρησε τῆς πόλεως, ἅμα
τοῖς Ἠλείοις, καὶ τοῖς παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων. οἱ 6
μὲν οὖν παρὰ τῶν Σπαρτιατῶν Κρῆτες διὰ τῆς Μεσση-
νίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον· οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλίδαν
ἐποιοῦντο τὴν ἀπόλυσιν ὡς ἐπὶ τὸ Σαμικόν. τὸ δὲ τῶν 7
Λεπρεατῶν πλῆθος, ἐγκρατὲς γεγονὸς τῆς πατρίδος,
ἐξαπέστελλε πρεσβευτὰς, ἐγχειρίζον τῷ Φιλίππῳ τὴν
πόλιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀκούσας τὰ γεγονότα, τὴν 8
μὲν λοιπὴν δύναμιν εἰς τὸ Λέπρεον ἀπέστειλε· τοὺς δὲ
πελταστὰς καὶ τοὺς εὐζώνους ἀναλαβὼν ἡγεῖτο, συν-
άψαι σπεύδων τοῖς περὶ τὸν Φιλίδαν. καταλαβὼν δὲ, 9

[f] αὐτοῦ δὲ correxi cum Reisk. Vulgo omnes τοῦ δὲ, quod teneri poterat.

in tenenda urbe perstitit, tamquam oppidanis terrorem injecturus. Ubi vero Philippus, *Taurione* cum præsidio militum Phialiam misso, ipse *Lepreum* versus progressus est et appropinquare urbi jam cœpit; *Philidas*, re cognita, animum despondere: Lepreatæ contra, eo nuncio confirmati, animosiores fieri. Præclarum enim vero Lepreatarum hoc facinus exstitit: quod, quum essent in urbe ipsorum Elei mille, tum Ætoli cum piratis mille, mercenarii quingenti, Lacedæmonii ducenti; ad hæc in hostium potestate quum arx esset; patriæ tamen liberandæ dederunt operam, neque propriam salutem ignavia prodiderunt. *Philidas*, ubi animose et fortiter resistere sibi Lepreatas, appropinquare vero Macedonas videt, urbe cum Eleis, et qui Lacedæmone venerant, excedit. Ac Cretenses quidem, quos Spartiatæ miserant, per Messeniam in patriam redierunt, Philidas vero Samicum se recepit. Tum *Lepreatæ*, recuperata patria, decreta ad Macedonem legatione, urbem suam *Philippo* in potestatem tradunt. Rex, nuncio ejus rei accepto, reliquas copias *Lepreum* proficisci jubet: ipse cum cetratis et expeditis præivit, Philidam persequi properans. Quem consecutus, impe-

τῆς μὲν ἀποσκευῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο πάσης· οἱ δὲ περὶ A. U. 535.
τὸν Φιλίδαν [g]κατετάχησαν εἰς τὸ Σαμικὸν παραπεσόν- Samico potitur
10 τες. προσστρατοπεδεύσας δὲ τῷ χωρίῳ, καὶ τὴν λοιπὴν Philippus,
ἐπισπασάμενος ἐκ τοῦ Λεπρέου δύναμιν, ἔμφασιν ἐποίει
11 τοῖς ἔνδον, ὡς πολιορκήσων τὸ χωρίον. Οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ
μετὰ τῶν Ἠλείων οὐδὲν ἔχοντες ἕτοιμον πρὸς πολιορκίαν
πλὴν χειρῶν, καταπλαγέντες τὴν περίστασιν, ἐλάλουν
12 περὶ ἀσφαλείας πρὸς τὸν Φίλιππον. λαβόντος δὲ συγ-
χώρημα, μετὰ τῶν ὅπλων ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυσιν,
οὗτοι μὲν ὥρμησαν εἰς τὴν Ἠλείαν· ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ
13 μὲν Σαμικοῦ παραυτίκα κύριος ἐγένετο. Μετὰ δὲ et omni
ταῦτα, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων μεθ᾽ Triphylia.
ἱκετηρίας, παρέλαβε Φρίξαν, Στυλάγγιον, [h]Αἰπιὸν,
14 Βώλακα, Πύργον, Ἐπιτάλιον. Ταῦτα δὲ διαπραξάμε-
νος, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὸ Λέπρεον, πᾶσαν ὑφ᾽ ἑαυτὸν
15 [i]ποιησάμενος τὴν Τριφυλίαν, ἐν ἡμέραις ἕξ. παρακα-
λέσας δὲ τοὺς Λεπρεάτας τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, καὶ
φυλακὴν εἰσαγαγὼν εἰς τὴν ἄκραν, ἀνέζευξε μετὰ τῆς
δυνάμεως ἐφ᾽ Ἡραίας· ἀπολιπὼν [k]ἐπιμελητὴν τῆς
16 Τριφυλίας Λαδικὸν τὸν Ἀκαρνᾶνα. παραγενόμενος δ᾽
εἰς τὴν προειρημένην πόλιν, τὴν μὲν λείαν διένειμε
[l]πᾶσαν· τὴν δ᾽ ἀποσκευὴν ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἡραίας, Megalopolin venit.
ἦλθε μέσου χειμῶνος εἰς Μεγάλην πόλιν.

[g] Mendose scripti libri κατετάχθησαν. [h] Ἐπειὸν h. l. edd. ex Bav. Ἐπιὸν Vat. Flor. Reg. A. [i] πεποιημένος Flor. [k] Corrupte ἐπὶ μὲν τὴν τῆς Τριφ. Aug. Reg. A. Tolerabilius ἐπὶ μὲν τῆς Τριφ. Bav. [l] πᾶσαν dedi cum Vat. et Perotto. πᾶσι edd. cum ceteris.

dimentis quidem omnibus et præda potitur; at *Philidas*, summa celeritate usus, Samicum prius quam caperetur irrupit. Rex, ante *Samicum* positis castris, et reliquo exercitu, qui Leprei erat, accito, speciem oppidanis præbebat, quasi urbem obsidere vellet. Itaque Ætoli et Elei, quibus ad tolerandam obsidionem præter manus suas nihil provisum usquam erat, inopinato malo perterriti, de impunitate sua mentionem fecerunt apud *Philippum*: quo concedente ut cum armis exirent, in Eleam sese receperunt; et rex sine mora *Samico* est potitus. Deinde, aliis quoque civitatibus fidem ejus implorantibus, Phrixam, Styllangium, Æpium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium, in deditionem accepit. Quibus rebus gestis, Lepreum repetit, sex dierum spatio universa Triphylia in potestatem redacta. Deinde, ubi apud Lepreatas ea disseruisset quæ res et tempus monebant, inducto in arcem præsidio, vasis conclamatis Heræam castra movet; relicto, qui *Triphyliæ* rebus præesset, *Ladico* Acarnane. *Heræam* ut ventum est, prædam omnem militibus divisit, et, receptis ibidem impedimentis, media inde hieme *Megalopolin* venit.

Ol. 140. 1.

Chilo Spartæ tyrannidem affectat.

LXXXI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς [m]καιροὺς Φίλιππος
ἔπραττε τὰ κατὰ τὴν Τριφυλίαν, καὶ [n]Χίλων ὁ Λακε-
δαιμόνιος, ὑπολαμβάνων αὐτῷ καθήκειν κατὰ γένος τὴν
βασιλείαν, καὶ βαρέως φέρων τὴν γεγενημένην ὑπερ-
οψίαν περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν Ἐφόρων ἐν τῇ κατὰ τὸν
Λυκοῦργον κρίσει περὶ τῆς βασιλείας, κινεῖν ἐπεβάλετο
τὰ καθεστῶτα. νομίσας δὲ, εἰ τὴν ὁδὸν τὴν αὐτὴν ἔλθοι 2
Κλεομένει, καὶ τοῖς πολλοῖς ὑποδεῖξαι τὴν ἐλπίδα τῆς
κληρουχίας καὶ τῶν ἀναδασμῶν, ταχέως ἐπακολουθήσειν
αὐτῷ τὸ πλῆθος, ὥρμησε πρὸς τὴν πρᾶξιν. συμφρονήσας 3
δὲ περὶ τούτων πρὸς τοὺς φίλους, καὶ λαβὼν κοινωνοὺς
τῆς τόλμης εἰς διακοσίους τὸ πλῆθος, ἐγίγνετο [o]πρὸς τὸ
συντελεῖν τὴν ἐπίνοιαν. Θεωρῶν δὲ μέγιστον ἐμπόδιον 4
[p]ὑπάρχον αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τὸν Λυκοῦργον καὶ
τοὺς Ἐφόρους τοὺς περιθέντας ἐκείνῳ τὴν βασιλείαν,
ὥρμησε πρῶτον ἐπὶ τούτους. τοὺς μὲν οὖν Ἐφόρους 5
δειπνοῦντας καταλαβὼν, [q]πάντας αὐτοῦ κατέσφαξε·
τῆς τύχης τὴν ἁρμόζουσαν αὐτοῖς ἐπιθείσης δίκην. καὶ
γὰρ ὑφ' οὗ καὶ ὑπὲρ οὗ ταῦτ' ἔπαθον, δικαίως αὐτοὺς
ἂν τις φήσειε πεπονθέναι. Ὁ δὲ Χίλων, τὰ κατὰ 6
τούτους συντελεσάμενος, παρῆν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ
Λυκούργου· καὶ κατέλαβε μὲν ἔνδον, οὐ μὴν [r]ἠδυνήθη
γ' ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενέσθαι. διὰ γάρ τινων [s]φίλων καὶ 7

Ephoros trucidat.

Ægre evadit Lycurgus.

[m] Post καιροὺς desiderari utique videtur οἷς, vel καθ' οὓς. [n] Χείλων constanter Vat. Flor. Aug. Reg. A. [o] πρ. τῷ συντ. Flor. [p] ὑπάρχειν edd. ex Bav. [q] πάντας αὐτοῦ ex mente Casaub. et Reiskii correxi. Libri omnes πάντας αὐτούς. [r] ἐδυνήθη Flor. Aug. Reg. A. [s] Pro vocab. φίλων, in Vat. Flor. et a pr. manu in Aug. et Reg. A. est και των, interjecto aliquo spatio.

LXXXI. Dum in Triphylia hæc a Philippo geruntur, *Chilo Lacedæmonius*, existimans regnum ad se prærogativa generis pertinere, indigneque ferens spretum se ab Ephoris, quando regnum Lycurgo potius quam sibi detulerant, ad res novandas animum appulit. Et qui persuasum haberet, si Cleomenis exemplo spem plebi ostenderet novæ divisionis agrorum et sortitionis instaurandæ, extemplo secuturam esse multitudinem; ad id consilium exsequendum se accinxit. Igitur, re cum amicis communicata, nactus circiter ducentos qui secum conspirarent, id agebat, ut rem quam primum ad finem perduceret. Sed quia non ignorabat, præcipuo sibi impedimento in iis quæ parabat *Lycurgum* ipsum fore, et Ephoros, qui regem illum creaverant, in hos primum fecit impetum. Et Ephoros quidem, quum cœnantes invenisset, in ipsa cœnatione omnes trucidavit: fortuna ab iis pœnas exigente quas erant commeriti. Nam, sive illum spectes a quo occisi sunt, sive illum cujus gratia; dices, hoc illos fuisse dignos exitio. *Chilo*, patrata horum cæde, recta ad *Lycurgum* pergit: et invenit quidem illum domi; sed, ut ipso potiretur, efficere non potuit. Amico-

γειτόνων ἐκκλαπεὶς καὶ διαδρὰς, ἔλαθεν αὐτόν. οὗτος A. U. 535.
μὲν οὖν ἀνεχώρησε ταῖς ἀνοδίαις εἰς τὴν [t]ἐν τῇ Τρι-
8 πόλει προσαγορευομένην [u]Πελλήνην. Ὁ δὲ Χίλων, Nil proficit Chilo.
ἀπεσφαλμένος τοῦ κυριωτάτου πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, ἀθύ-
μως διέκειτο· πράττειν δ' ὅμως ἠναγκάζετο τὸ συνεχές.
9 Διόπερ εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβαλὼν, τοῖς μὲν ἐχθροῖς
προσέφερε τὰς χεῖρας, τοὺς δ' οἰκείους καὶ φίλους
παρεκάλει, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπεδείκνυε τὰς ἄρτι ῥηθείσας
10 ἐλπίδας. οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ, τἀναντία δὲ
συστρεφομένων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, συννοήσας τὸ
γιγνόμενον, ἀπεχώρει λαθραίως· καὶ διελθὼν τὴν χώραν,
11 ἧκε μόνος εἰς τὴν Ἀχαΐαν ἐκπεπτωκώς. Οἱ δὲ Λακε- Varia Lacedæmoniorum fortuna.
δαιμόνιοι, δείσαντες τὴν τοῦ Φιλίππου παρουσίαν, τὰ
ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο, καὶ τὸ τῶν Μεγαλοπο-
12 λιτῶν [x]Ἀθήναιον κατασκάψαντες [y]ἐξέλειπον. Λακε-
δαιμόνιοι μὲν οὖν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλ-
λίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύνα-
μιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης· [z]ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τἀναντία
τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον
ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης·
13 τέλος πλείστων μὲν [a]πόνων καὶ στάσεων ἐμφυλίων πεῖραν
εἶχον, πλείστοις δ' ἐπάλαισαν ἀναδασμοῖς καὶ φυγαῖς,
πικροτάτης δὲ δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος

[t] ἐν Τριπόλει Flor. absque artic. [u] Πελήνην Bav. Aug. et Regii. [x] Ἀθηναῖον Vat. [y] ἐξέλειπον recepi ex Vat. Ceteri vulgo ἐξέλιπον. [z] Præpositionem ἀπ' ignorant libri: adjeci cum Reiskio. Quod ni placet, vide an αὖθις magis arrideat. [a] φόνων suspicati sunt Casaub. et Reisk.

rum enim nonnullorum et vicinorum opera furtim abreptus, inscio Chilone aufugit evasitque: deinde per vias invias *Pellenen in Tripoli*, quam vocant, se contulit. At *Chilo*, quod in ea re frustra fuerat quæ ad destinata perficienda erat præcipua, nihil boni ille quidem de exitu ominabatur: pergere tamen de cetero, ut inceperat, cogebatur. Itaque in forum magna vi irrumpere, inimicis manus afferre; necessarios et amicos hortari; ceteris spes illas, de quibus supra diximus, ostentare. Quum vero nemo rationem illius haberet, sed e contrario adversus illum coitiones a civibus fierent; re animadversa, clam se subducit: Laconicamque emensus universam, extorris a patria in Achaiam solus concessit. *Lacedæmonii* autem, præsentia *Philippi* conterriti, omnes ruris copias convehunt; et *Athenæum* Megalopolitanorum evertunt atque deserunt. Ita ergo *Lacedæmonii*, qui post latas a Lycurgo leges pulcherrima Reip. forma usi fuerant, maximamque potentiam ad prælium usque Leuctricum obtinuerant: postquam fortuna ipsis in contrarium vertit, cœpitque eorum Resp. magis magisque in dies retro sublabi, ac ferri in pejus: ad extremum ærumnas plurimas, seditionesque intestinas sunt experti; repetitis subinde agrorum divisionibus atque exiliis sunt agitati; acerbissimam denique servitutem servierunt, ad Nabi-

Ol. 140. 1.

Varia Lacedæmoniorum fortuna.

τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοὔνομα δυνηθέντες ἀνασχέ-
σθαι ῥᾳδίως αὐτῆς. Τὰ μὲν οὖν πάλαι καὶ τὰ πλείω 14
περὶ Λακεδαιμονίων εἰς ἑκάτερον μέρος [b]ὑπὸ πολλῶν
εἴρηται· [c]τὰ δ' ἐναργέστατα ἐστὶν, ἀφ' οὗ Κλεομένης
ὁλοσχερῶς κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα· [d]ἃ νῦν
δὴ ὑφ' ἡμῶν ῥηθήσεται κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας ἀεὶ
καιρούς.

Philippus Argis hiemat.

LXXXII. Ὁ δὲ Φίλιππος, ἀναζεύξας ἐκ τῆς Μεγά-
λης πόλεως, καὶ πορευθεὶς διὰ τῆς Τεγέας, παρῆν εἰς
Ἄργος, κἀκεῖ τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ χειμῶνος διέτριβε·
κατά τε τὴν λοιπὴν ἀναστροφὴν καὶ κατὰ τὰς πράξεις
τεθαυμασμένος ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐν ταῖς προειρημέναις
στρατείαις. Ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδ' ὣς ἔληγε τῆς ἐπι- 2
βολῆς, ἀλλ' οἷός τ' ἦν ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῷ κατὰ
βραχὺ τοὺς Ἀχαιούς. ὁρῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ προθέσει 3
τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον ἐμποδὼν ἱσταμένους, καὶ τὸν
Φίλιππον αὐτοῖς προσέχοντα, καὶ μᾶλλον τῷ πρεσβυ-
τέρῳ, διά τε τὴν πρὸς Ἀντίγονον σύστασιν, καὶ διὰ τὸ
πλεῖστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς ἰσχύειν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν
ἐπιδεξιότητα καὶ [e]νουνέχειαν τἀνδρός· περὶ τούτους
[f]ἐπεβάλετο γίγνεσθαι, καὶ κακοπραγμονεῖν τοιῷδέ τινι

Apelles Arato obtrectat et insidiatur.

[b] περὶ Bav. quod in παρὰ cum Reg. B. mutavit Casaub. [c] Sic dedi cum Ursin. et Reg. C. Veteres libri omnes εἴρηται τάδε. Tum ἐναργέστερα δ' ἐστὶν Bav. ἐναργέστατα δ' ἐστὶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. [d] Libri omnes νῦν δ' ὑφ' ἡμῶν. Pronomen ἃ ex conject. adjeci, et δ' in δὴ mutavi. Tota fortasse ῥῆσις sic restituenda: ἃ δ' ἐναργέστατα ἐστὶν ἀφ' ου Κλεομ. ὁλοσχ. κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα, νῦν δὴ ὑφ' ἡμῶν &c. [e] νουνεχίαν Flor. [f] ἐπεβάλλετο Aug.

dis usque tyrannidem: qui tamen olim ne nomen quidem ipsum tyrannidis ferre potuerant. Sed Lacedæmoniorum res antiquitus gestas, atque adeo pleraque omnia illorum, in utramque partem multi edisseruerunt: verum maxime insignia omnium illa sunt, quæ post eversam a Cleomene funditus antiquam Rempublicam sunt consecuta, de quibus, prout cujusque rei tempus venerit, sumus dicturi.

LXXXII. *Philippus*, Megalopoli profectus, per Tegeam ducto agmine, *Argos* venit, ibique reliquam hiemis partem egit: cum propter ceteram vitam, tum ob rerum gestarum magnitudinem, majorem quam pro ætate admirationem hominum ex narratis hactenus expeditionibus consecutus. *Apelles* vero ille, de quo diximus, ne sic quidem a proposito discedebat; quin id agere ipsum apparebat, ut paullatim progrediendo *Achæos* jugo subderet. Ac quoniam inceptum suum ab *Arato* utroque videbat impediri: (magni enim Philippus eos faciebat, majorem natu præsertim Aratum; cum propter notitiam quæ illi cum Antigono intercesserat, tum quod auctoritate in Achæorum gente plurimum valebat; maxime vero propter singularem hominis dexteritatem et prudentiam :) hos sibi adoriendos esse statuit, et astu quodam tali circumve-

A. U. 535.

4 τρόπῳ. Ἐξετάζων τοὺς ἀντιπολιτευομένους τοῖς περὶ τὸν
Ἄρατον, τίνες εἰσὶν, ἑκάστους ἐκ τῶν πόλεων ἐπεσπά-
σατο, καὶ λαμβάνων εἰς τὰς χεῖρας ἐψυχαγώγει, καὶ
5 παρεκάλει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φιλίαν. συνίστανε δὲ καὶ
τῷ Φιλίππῳ, προσεπιδεικνύων αὐτῷ παρ' ἕκαστον· ὡς,
ἐὰν μὲν Ἀράτῳ προσέχῃ, χρήσεται τοῖς Ἀχαιοῖς κατὰ
τὴν ἔγγραπτον συμμαχίαν· ἐὰν δ' αὐτῷ πείθηται, καὶ
τοιούτους προσλαμβάνῃ φίλους, χρήσεται [g] πᾶσι Πελο-
6 ποννησίοις κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν. περί τε τῶν
ἀρχαιρεσίων εὐθὺς ἐσπούδαζε, βουλόμενος τούτων τινὶ
περιποιῆσαι τὴν στρατηγίαν, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον
7 ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς ὑποθέσεως. δι' ἃ δὴ καὶ πείθει Φίλιπ-
πον, παραγενέσθαι πρὸς τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἀρχαιρεσίας
εἰς Αἴγιον, ὡς εἰς τὴν Ἠλείαν ἅμα ποιούμενον τὴν
8 πορείαν. πεισθέντος δ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως, παρὼν
αὐτὸς ἐπὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, [h] οἷς δ'
ἀνατεινόμενος, μόλις μὲν ἤνυσε, κατεκράτησε δ' οὖν
ὅμως τοῦ γενέσθαι στρατηγὸν Ἐπήρατον Φαραιέα· τὸν
δὲ Τιμόξενον ἐκπεσεῖν, τὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρατον
εἰσαγόμενον.

Eperatus, Apellis opera, prætor Achæorum creatur.

LXXXIII. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀναζεύξας ὁ βασιλεὺς, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ Πατρῶν καὶ Δύμης, ἧκε πρὸς τὸ φρούριον, ὃ καλεῖται μὲν Τεῖχος, πρόκειται δὲ τῆς Δυμαίων χώρας· κατέσχον δ' αὐτὸ μικροῖς

Philippus Tichos castellum Dymæis recuperat.

[g] πᾶσι τοῖς Πελοπονν. Casaub. ex uno Reg. B. [h] τοὺς δ' Flor. Debuit puto τοῖς δ'.

niendos. Cura adhibita, ut, quinam essent qui ab Arato in Rep. dissiderent, nosset; singulos, ex suis urbibus ad se vocatos, admissosque in familiaritatem, blanditiis demulcebat, et, ut jungere secum amicitiam vellent, hortabatur. Eosdem dein et *Philippo* commendans, subinde ei conabatur demonstrare; *si Arato adhæreret, ex formula societatis agendum ipsi fore cum Achæis: sin autem sibi morem gereret, atque hosce potius atque tales amicos sibi adjungeret, cum universis Peloponnesiis pro lubitu ipsum acturum.* Mox et ad comitia curam *Apelles* convertit; id studens, ut aliquis istorum, opera sua, præturam consequeretur, et ut *Aratos* de statu dejiceret. Propterea auctor est *Philippo*, ut, per speciem itineris in Eleam, ad comitialem conventum Achæorum *Ægium* ipse veniat. Paret consilio rex: et in temporis articulo ipse quoque adest *Apelles;* aliosque rogando, alios minis terrendo, ægre ille quidem, sed tamen obtinet tandem, ut *prætor* crearetur *Eperatus*, Pharæensis; et ut repulsam Timoxenus pateretur, quem Aratus commendaverat.

LXXXIII. Post hæc castra rex movet, ac per Patras et Dymam transiens, ad castellum accedit, *Tichos* dictum; quod in aditu situm est terræ *Dymæorum*, non multo ante, sicut supra

Ol. 140. 1. ἔμπροσθεν χρόνοις, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον, οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδαν. σπεύδων δὲ τοῦτο κατὰ πάντα τρόπον ἀνα- 2 κομίσασθαι τοῖς Δυμαίοις, προσεστρατοπέδευσε μετὰ πάσης δυνάμεως. καταπλαγέντες δ' οἱ φυλάττοντες 3 τῶν Ἠλείων, παρέδοσαν τὸ φρούριον τῷ Φιλίππῳ· χωρίον οὐ μέγα μὲν, ἠσφαλισμένον δὲ διαφερόντως. τὴν 4 μὲν γὰρ περίμετρον ἔχει οὐ πλείω τριῶν ἡμισταδίων· τὸ δ' ὕψος τοῦ τείχους, οὐδαμῇ τριάκοντα πήχεων ἔλαττον.

Elidem depopulatur. παραδοὺς δὲ τοῦτο τοῖς Δυμαίοις, ἐπῄει πορθῶν τὴν τῶν 5 Ἠλείων χώραν· φθείρας δὲ ταύτην, καὶ πολλὴν περιβαλόμενος λείαν, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Δύμην.

LXXXIV. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, δοκῶν ἠνυκέναι τι τῆς προθέσεως, [i]τῷ δι' αὐτοῦ καθεστᾶσθαι τὸν τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸν, αὖθις ἐνεχείρει τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, βουλόμενος εἰς τέλος ἀποσπάσαι τὸν Φίλιππον ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοὺς φιλίας. ἐπεβάλετο δὲ τὴν διαβολὴν πλάττειν διὰ τοιαύτης τινὸς ἐπινοίας.

Amphidamus Eleus sine pretio dimissus a Philippo. Ἀμφίδαμος, ὁ τῶν 2 Ἠλείων στρατηγὸς, ἐν ταῖς Θαλάμαις ἁλοὺς ἅμα τοῖς συμπεφευγόσι, καθάπερ ἀνώτερον ἡμῖν [k]ἐρρήθη περὶ τούτων, ὡς ἧκε μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων ἀγόμενος εἰς Ὀλυμπίαν, ἔσπευσε διά τινων εἰς λόγους ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ. τυχὼν δὲ τούτου, διελέγετο, φάσκων εἶναι 3

[i] τῷ δι' αὐτοῦ debetur Casaubono. Libri omnes τὸ δι' αὐτοῦ. [k] ἐῤῥέθη Aug. Reg. A.

diximus, ab *Euripida* occupatum. Id castellum *Philippus* quum vehementissime optaret Dymæis recuperare, ante ipsum cum universo exercitu consedit. Ac statim præsidium Eleorum, quod intus erat, præ metu castellum regi tradidit; locum non magnum illum quidem, sed excellenter munitum: cujus ambitus, major non est stadio uno cum dimidio; altitudo vero muri, nusquam minor cubitis triginta. Rex Dymæis *Tichos* tradit; deinde per omnem *Eleorum* agrum populabundus infestum agmen ducit: tum, ea vastata, onustum præda ingenti exercitum *Dymam* reducit.

LXXXIV. *Apelles* autem, qui se existimabat promovisse nonnihil in suo incepto, quod ex animi sui sententia prætor Achæorum fuerat creatus, *Aratos* iterum est aggressus; quo penitus ab eorum amicitia *Philippum* abduceret. Igitur calumniam fingere hoc fere modo instituit. *Amphidamus*, Eleorum dux, qui Thalamis, una cum ceteris qui eo confugerant, sicut antea exposuimus, fuerat captus; postquam inter reliquos ductus captivos Olympiam venerat, per certos homines operam dederat, ut cum rege colloqueretur. Qua re impetrata, ejusmodi sermonem apud eum habuit, ut *in sua*

δυνατὸς ἐπαγαγέσθαι τοὺς Ἠλείους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν A. U. 535.
φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Ὁ δὲ Φίλιππος, πεισθεὶς,
4 ἐξαπέστειλε τὸν Ἀμφίδαμον χωρὶς λύτρων· κελεύσας
ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς Ἠλείοις, ἐὰν ἕλωνται τὴν πρὸς
αὐτὸν φιλίαν, ὅτι τὰ μὲν αἰχμάλωτα πάντα χωρὶς
λύτρων ἀποδώσει, τῇ δὲ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν αὐτὸς ἀπὸ
5 πάντων τῶν ἐκτὸς παρασκευάσει· πρὸς δὲ τούτοις,
αὐτοὺς ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, χρωμέ-
6 νους τοῖς ἰδίοις [1] πράγμασι, διατηρήσει. Οἱ μὲν οὖν
Ἠλεῖοι, διακούσαντες τούτων, οὐδὲν προσέσχον, καίπερ
ἐπισπαστικῶν καὶ μεγάλων εἶναι δοκούντων τῶν προτει-
7 νομένων. Ὁ δὲ Ἀπελλῆς, ἐκ τούτου τοῦ πράγματος Calumniæ Apellis in Aratum.
[m] πλάσας τὴν διαβολὴν, προσήνεγκε τῷ Φιλίππῳ·
φάσκων, τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον οὐκ εἰλικρινῆ τὴν φιλίαν
ἄγειν [n] πρὸς Μακεδόνας, οὐδ' ἀληθῶς εὐνοεῖν αὐτῷ.
καὶ γὰρ νῦν, τῆς Ἠλείων ἀλλοτριότητος τούτους αἰτίους
8 γεγονέναι. καθ' ὃν γὰρ καιρὸν Ἀμφίδαμον ἐξ Ὀλυμ-
πίας εἰς Ἦλιν ἀπέστειλε, τούτους, ἔφη, κατ' ἰδίαν
λαβόντας, [o] ἐπιτρίψαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ λέγειν, ὅτι
κατ' οὐδένα τρόπον συμφέρει τοῖς Πελοποννησίοις τὸ
9 γενέσθαι Φίλιππον Ἠλείων κύριον· καὶ διὰ ταύτην τὴν

[1] Pro πράγμασι dant πολέμοις Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perott. et ora cod. Bav. In Reg. A. superscriptum vocab. πολιτεύμασι, quod suspicatus erat Casaubonus, et verum videtur. [m] πλασάμενος cod. Peiresc. [n] Vulgo πρὸς τοὺς Μακεδ. Delevi articulum quem ignorant veteres codices, temere insertum ab editoribus. [o] ἐπιτρίψαι ex conject. correxi. Vulgo omnes ἐπιτρέψαι, quod defendit Reiskius, sed cum ἐπιστρέψαι commutatum maluerunt Casaub. et Ernesti. διατρέψαι etiam suspicatus erat Casaub. In cod. Peiresc. est λαμβάνοντας ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρωπον λέγειν, quod placuit Valesio.

potestate esse diceret, *Eleos regi amicos et socios reddere.* Cui fidem habens *Philippus*, sine pretio ipsum dimisit: jussum promittere Eleis, *si amicitiam secum velint jungere, omnes se captivos gratis restituturum; agro securitatem ab omni externo hoste præstiturum; ad hæc libertatem ipsis suam conservaturum, ita ut sine ullo præsidio, sine ullius stipendii pensitatione, legibus suis uterentur.* Quæ conditiones oblatæ, quamvis amplæ essent et ad pelliciendum efficaces, Eleos tamen, cum illas audissent, nihil quidquam moverant. Hinc data occasio *Apelli* fingendæ calumniæ, quam ad Philippum detulit, *Aratos* accusans, quasi parum sincere amicitiam cum Macedonibus colerent, parumque sincero affectu regis studerent commodis. Nam *et nunc, quod alieno ab rege animo sint Elei, in caussa hos esse. Quo enim tempore Amphidamus Elidem ab Olympia est dimissus, Aratos seduxisse hominem instigasseque, dicentes, nullo modo expedire Peloponnesiis, ut Eleos Philippus in potestate habeat: atque hanc esse caussam, cur Elei, spretis omnibus quæ a Philippo*

Ol. 140. 1. αἰτίαν, πάνθ' ὑπεριδόντας τὰ προτεινόμενα τοὺς Ἠλεί-
ους, διατηρεῖν μὲν τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς φιλίαν, ὑπομένειν
δὲ τὸν πρὸς Μακεδόνας πόλεμον.

Apelli respondet Aratus.

LXXXV. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον Φίλιππος δεξάμενος
τοὺς λόγους, καλεῖν ἐκέλευε τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ
λέγειν ἐναντίον ἐκείνων ταῦτα τὸν Ἀπελλῆν. τῶν δὲ 2
παραγενομένων, ἔλεγε τὰ προειρημένα τολμηρῶς καὶ
καταπληκτικῶς ὁ Ἀπελλῆς· καί τι προσεπεῖπε τοι-
οῦτον, ἔτι σιωπῶντος τοῦ βασιλέως· Ἐπείπερ οὕτως 3
ἀχαρίστους ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς, Ἄρατε, καὶ λίαν ἀγνώ-
μονας εὑρίσκει· κρίνει, συναγαγὼν τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ
περὶ τούτων ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος, ἀπαλλάτ-
τεσθαι πάλιν εἰς Μακεδονίαν. Ὁ δὲ πρεσβύτερος 4
Ἄρατος, ὑπολαβὼν, καθόλου μὲν ἠξίου τὸν Φίλιππον,
μηδενὶ τῶν λεγομένων ὀξέως μηδ' ἀκρίτως μηδέποτε
πιστεύειν· ὅταν δὲ κατά τινος τῶν φίλων καὶ συμμάχων 5
προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀκριβέστερον ἔλεγχον
ποιεῖσθαι, πρὶν ἢ δέξασθαι τὴν διαβολήν. καὶ γὰρ
βασιλικὸν εἶναι °τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς πᾶν συμφέρον.
Διὸ καὶ νῦν, ἠξίου, περὶ τῶν ὑπ' Ἀπελλοῦ λεγομένων 6
καλεῖν τοὺς ἀκηκοότας, ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν εἰρη-
κότα πρὸς αὐτὸν, μηδὲν παραλιπεῖν τῶν δυνατῶν εἰς τὸ
γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, πρὶν ἢ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἀνακα-
λύπτειν τι τούτων.

° τὸ τοιοῦτον Aug. Reg. B.

oblata sint, in Ætolorum amicitia manentes, bellum adversus Macedones tolerent.

LXXXV. Primum igitur *Philippus* non negligendum putans illum sermonem, vocari *Aratos* jubet, ut coram ipsis eadem *Apelles* diceret. Qui ubi veniunt; Apelles, quæ dixerat, repetit audacter et minaci vultu; regeque adhuc silente, nonnihil etiam adjicit in hanc sententiam: *Quandoquidem*, inquit, *usque adeo ingratos rex vos experitur, Arate, et beneficiis suis tam insigniter indignos; sedet illi animo, Achæorum concilium convocare, et, ubi de his rebus verba apud illos fecerit, in Macedoniam reverti.* Excipit sermonem *Aratus* pater, et cum in universum monet Philippum, *ne temere quidquam aut inconsiderate eorum quæ audiverit credat: tum vero quoties aut amici aut socii accusatio aliqua ad ipsum delata fuerit, diligentissime ut omnia prius inquirat, quam accusationi fidem habeat. Nam et regium hoc esse, et ad omnia conducibile. Itaque et nunc æquum esse, ut ad illa dijudicanda, quæ dixerat Apelles, vocaret rex eos qui audivissent: produceret illum in medium, qui hæc Apelli dixisset; nihil denique prætermitteret eorum, per quæ ad veri cognitionem posset perveniri, priusquam Achæis quidquam horum aperiret.*

A. U. 535.
Innocentia Arati, et malitia Apellis.

LXXXVI. Τοῦ δὲ βασιλέως εὐαρεστήσαντος τοῖς
λεγομένοις, καὶ φήσαντος, οὐκ ὀλιγωρήσειν, ἀλλ' ἐξετά-
2 σειν, τότε μὲν διελύθησαν. ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ὁ
μὲν Ἀπελλῆς οὐδεμίαν ἀπόδειξιν προσῆγε τοῖς εἰρη-
μένοις· τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἐγένετό τι συγκύρημα
3 τοιοῦτον. Οἱ γὰρ Ἠλεῖοι, καθ' ὃν καιρὸν ὁ Φίλιππος
αὐτῶν ἐπόρθει τὴν χώραν, ὑποπτεύσαντες τὸν Ἀμφί-
δαμον, ἐπεβάλοντο συλλαβεῖν, καὶ δήσαντες εἰς τὴν
4 Αἰτωλίαν ἐκπέμπειν. ὁ δὲ, προαισθόμενος αὐτῶν τὴν
ἐπίνοιαν, ἀπεχώρησε τὰς μὲν ἀρχὰς εἰς Ὀλυμπίαν·
μετὰ δὲ ταῦτα, πυνθανόμενος τὸν Φίλιππον ἐν τῇ Δύμῃ
περὶ τὴν τῶν λαφύρων οἰκονομίαν διατρίβειν, ἔσπευσε
5 πρὸς τοῦτον διαπεσεῖν. Ὅθεν οἱ περὶ τὸν Ἄρατον,
ἀκούσαντες τὸν Ἀμφίδαμον ἐκ τῆς Ἤλιδος ἐκπεπτω-
κότα παρεῖναι, γενόμενοι περιχαρεῖς, διὰ τὸ μηδὲν
αὐτοῖς συνειδέναι, προσελθόντες ᾤοντο δεῖν τὸν βασιλέα
6 καλεῖν τὸν Ἀμφίδαμον· καὶ γὰρ εἰδέναι περὶ τῶν
κατηγορουμένων ἐκεῖνον βέλτιστα πρὸς ὃν [p] ἐῤῥήθη, καὶ
δηλώσειν τὴν ἀλήθειαν· πεφευγότα μὲν ἐξ οἴκου διὰ τὸν
Φίλιππον, τὰς δ' ἐλπίδας ἔχοντα τῆς σωτηρίας κατὰ
7 τὸ παρὸν ἐν ἐκείνῳ. Πεισθεὶς δὲ τοῖς λεγομένοις ὁ
βασιλεὺς, καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Ἀμφίδαμον, εὗρε
8 τὴν διαβολὴν οὖσαν ψευδῆ. Διὸ καὶ τὸν μὲν Ἄρατον

[p] ἐῤῥέθη Aug. Reg. A.

LXXXVI. Approbante Rege Arati sententiam, dicenteque, *non neglecturum se eam rem, sed diligenter inquisiturum;* tunc quidem ita discessum est. Proximis vero ab hoc colloquio diebus. *Apelle* dictorum a se nullam probationem afferente, caussam *Aratorum* hujusmodi fortuitus casus adjuvit. Elei, quo tempore ipsorum agrum *Philippus* devastabat, suspectam Amphidami fidem habentes, manus in illum injiciendi et vinctum in Ætoliam mittendi consilium inierant. Ille, præsentiens aliquid de eorum voluntate, Olympiam primo concessit: cognito deinde, Philippum in curandis iis quæ ad prædam pertinebant occupatum Dymæ hærere, festinato ad illum se proripuit. *Aratus*, ut accepit *Amphidamum* fuga elapsum ex Elide advenisse, alacer gaudioque exsultans; ut qui nullius rei sibi esset conscius, ad regem adire, orare, ut *Amphidamum ad se vocet: nam et scire hunc optime delati criminis veritatem, quicum res fuerit communicata; eumdemque utique, quod res est, declaraturum, qui in Philippi gratiam extorris ab solo patrio exsulet, omnesque suas spes in præsentia sitas in ipso habeat.* Æqua *Arati* postulatio Regi est visa: qui mox accito *Amphidamo*, criminationem falsam fuisse comperit. Quapropter ab illo die magis magisque *Aratum* est

Ol. 140. 1. ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἀπεδέχετο
καὶ κατηξίου· πρὸς δὲ τὸν Ἀπελλῆν, λοξότερον εἶχε·
τῇ γε μὴν ὁλοσχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῇ, πολλὰ
παρορᾷν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένων.

Aliis pariter insidiatur Apelles.

LXXXVII. Ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς
προθέσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τὸν Ταυρίωνα, τὸν ἐπὶ τῶν ἐν
Πελοποννήσῳ τεταγμένον, διέβαλλεν· οὐ ψέγων, ἀλλ'
ἐπαινῶν· καὶ φάσκων, ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ 2
βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν· βουλόμενος
ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὐτοῦ τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πρά-
γμασι. Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος δια- 3
βολῆς, τὸ, μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι
τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη 4
[q] κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς
αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους
ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπὶ 5
τῆς θεραπείας τεταγμένον Ἀλέξανδρον, ὅτε λάβοι
καιρὸν, διέδακνε, βουλόμενος καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα
φυλακὴν τοῦ βασιλέως δι' αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ καθόλου
κινῆσαι τὴν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθεῖσαν διάταξιν.
Ἀντίγονος γὰρ καλῶς μὲν, ζῶν, προέστη τῆς τε βασι- 6
λείας καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καλῶς δὲ, τὸν βίον
μεταλλάττων, προενοήθη πρὸς τὸ μέλλον περὶ πάντων

Novus modus calumniandi.

Prudens Antigoni testamentum.

[q] κακεντρεχία Urb. κακεντρεχεία ceteri codd.

complexus, et in pretio habuit; *Apellem* vero suspectum habere cœpit: inquamquam, præoccupato animo auctoritate illa qua in universum pollebat Apelles, connivere in multis, quæ ab eo fiebant, cogebatur.

LXXXVII. Sed *Apelles* interim nihilo segnius propositum urgere; qui etiam *Taurionem*, Peloponnesi præfectum, traducebat: non vituperans ille quidem, sed laudans potius; et *dignum esse* dictitans, *qui regem in expeditionibus sub dio versantem comitetur:* id studens, ut opera sua Peloponnesi rebus alius præficeretur. *Novus* enimvero *calumniandi modus* hic est inventus; cum *non obtrectando, sed laudando,* alteri nocetur. Quæ malignitas, et invidia atque fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea est illorum hominum invidentia inter ipsos, ea cupiditas. Similiter vero etiam *Alexandrum,* satellitum præfectum, quoties dabatur occasio, maligno dente appetebat: in animo habens etiam satellitium regis ex sua sententia constituere, et, ut summatim dicam, universam ordinationem quæ ab Antigono fuerat relicta, immutare. *Antigonus* namque, et dum viveret, qua regnum, qua puerum ipsum præclare rexerat: et, cum mo-

7 τῶν πραγμάτων. Ἀπολιπὼν γὰρ διαθήκην, ἔγραφε A. U. 535.
Μακεδόσιν ὑπὲρ τῶν διῳκημένων· [r] ὁμοίως δὲ καὶ περὶ
τοῦ μέλλοντος διέταξε, πῶς καὶ διὰ τίνων ἕκαστα
δεήσει χειρίζεσθαι· βουλόμενος μηδεμίαν ἀφορμὴν
καταλιπεῖν τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν [s] πρὸς ἀλλήλους φιλοτι-
8 μίας καὶ στάσεως. Ἐν οἷς, τῶν τότε συστρατευομένων,
αὐτὸς μὲν Ἀπελλῆς ἐν τοῖς ἐπιτρόποις ἀπελέλειπτο,
Λεόντιος δ' ἐπὶ τῶν πελταστῶν, Μεγαλέας δ' ἐπὶ τοῦ
γραμματείου, Ταυρίων δ' ἐπὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον,
9 Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ τῆς θεραπείας. Τὸν μὲν οὖν Λεόν- Omnia ad se rapere studet Apelles.
τιον καὶ Μεγαλέαν ὑφ' αὑτὸν εἶχεν ὁλοσχερῶς· τὸν δ'
Ἀλέξανδρον καὶ Ταυρίωνα μεταστησάμενος ἀπὸ τῆς
χρείας, ἔσπευδε καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα πάντα δι' αὑτοῦ
10 καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων χειρίζειν. ὃ δὴ καὶ ῥᾳδίως ἂν
ἐπετέλεσε, μὴ παρασκευάσας ἀνταγωνιστὴν Ἄρατον
αὑτῷ· νῦν δὲ ταχέως πεῖραν ἔλαβε τῆς σφετέρας
11 ἀφροσύνης καὶ πλεονεξίας. ὃ γὰρ αὐτὸς ἐπεβάλετο
πρᾶξαι κατὰ τῶν πέλας, τοῦτ' ἔπαθε, καὶ λίαν ἐν πάνυ
12 βραχεῖ χρόνῳ. Πῶς δὲ καὶ τίνι τρόπῳ τοῦτο συνέβη
γενέσθαι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ὑπερθησόμεθα, καὶ κατα-
στρέψομεν τὴν βίβλον ταύτην· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς, πειρασό-
13 μεθα σαφῶς ὑπὲρ ἑκάστων ἐξαγγέλλειν. Φίλιππος δέ,

[r] Particulam δὲ ex conject. adjeci.

[s] τῆς πρὸς ἀλλήλ. Casaub. invitis MStis.

reretur, rebus omnibus in posterum sapienter providerat. *Testamentum* enim reliquit, quo et administrationis, qua usus erat, rationes Macedonibus exposuit, et in futurum tempus pari cura ordinavit, *quomodo et per quos singula essent administranda:* eo maxime spectans, ut omnem ministris aulicis mutuæ discordiæ et seditionis occasionem eriperet. Atque inter ceteros, qui tempore illo in regio comitatu erant, *Apelles* ipse unus e tutoribus fuerat relictus: *Leontius* cetratis præfectus; *Megaleas* regiorum scribarum collegio; *Taurio,* rebus Peloponnesi; *Alexander,* satellitio fuerat præpositus. Sed *Apelles,* cum *Leontium et Megaleam* in sua penitus potestate haberet, id jam conabatur efficere, ut, submotis *Alexandro et Taurione* a cura rerum, et hæc et alia omnia aut per se aut per amicos suos ipse administraret. Quod quidem facillimum illi futurum erat, nisi *Aratum* adversarium sibi parasset: nunc stultitiæ suæ periculum brevi ipse fecit, et avaritiæ fructum cepit. Quod enim mali in alios cogitaverat, id ipse est expertus, et quidem brevi admodum interjecto tempore. Id vero quomodo et qua ratione contigerit, in præsentia dicere omittemus, et huic libro finem imponemus: in sequentibus vero perspicue singula et diligenter edisseremus.

Ol. 140. 1. A. U. 535. Philippus Argos in hiberna redit.

τὰ προειρημένα διαταξάμενος, ἐπανῆλθεν εἰς Ἄργος· κἀνταῦθα τὴν παραχειμασίαν ἐποίει μετὰ τῶν φίλων, [t]τὰς δὲ δυνάμεις ἀπέλυσεν εἰς Μακεδονίαν.

[t] τάς τε δυν. Aug. Reg. A.

Philippus igitur post illas res gestas, quæ hactenus sunt expositæ, *Argos* est reversus, atque ibi una cum amicis, exercitu in Macedoniam dimisso, hibernavit.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ.

ΤΟ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀράτου τοῦ νεωτέρου στρατηγίαν ἔτος ἐτύγχανε διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς Πλειάδος ἐπιτολήν· οὕτω γὰρ ἦγε τοὺς χρόνους [a] τότε τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος. Διόπερ οὗτος μὲν ἀπετίθετο τὴν ἀρχὴν, Ἐπήρατος δὲ παρελάμβανε τὴν τῶν Ἀχαιῶν [b] ἡγεμονίαν· Αἰτωλῶν δὲ Δορίμαχος ἐστρατήγει. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἀρχομένης τῆς θερείας, Ἀννίβας μὲν, ἐκφανῶς ἤδη τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνειληφὼς, ὁρμήσας ἐκ Καινῆς πόλεως, καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἐνήρχετο τῆς ἐπιβολῆς καὶ πορείας τῆς εἰς Ἰταλίαν. Ῥωμαῖοι δὲ Τιβέριον μὲν Σεμπρώνιον εἰς Λιβύην μετὰ δυνάμεως, Πόπλιον δὲ Κορνήλιον εἰς Ἰβηρίαν, ἐξαπέστελλον. Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος, ἀπεγνωκότες τὰς πρεσβείας, καὶ τὸ λόγῳ διεξάγειν τὴν

Ol. 140. 2. A. U. 536. Eperatus præturam init apud Achæos.

2 3 4 5

[a] Carent τότε edd. cum Bav. Aug. et Regiis. Contra abest τὸ a Vat. et Flor. Utrumque junxi cum Ursino. [b] ἡγεμονείαν Aug.

JAM ille annus, quo *junior Aratus* prætura est functus, in Vergiliarum exortu circumagebatur: ita enim tunc gens Achæorum tempora putabat. Arato igitur exeunte magistratu, *Eperatus* summum apud Achæos imperium suscepit: eratque tum prætor Ætolorum *Dorimachus.* Quo tempore *Hannibal*, manifeste jam suscepto adversus Romanos bello, ineunte æstate Carthagine nova profectus, Iberumque amnem transgressus, consilium simul suum et profectionem in Italiam exsequi cœpit. Romani *Tiberium Sempronium* cum exercitu in Africam, *Publ. Cornelium* in Hispaniam miserunt. *Antiochus* quoque et *Ptolemæus*, postquam sperare desierant exortam

Ol. 140. 2.

Philippus ad Aratum rursus se applicat.

ὑπὲρ κοίλης Συρίας ἀμφισβήτησιν, ἐνήρχοντο πολεμεῖν
ἀλλήλοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, ἐνδεὴς ὢν σίτου 6
καὶ χρημάτων εἰς τὰς δυνάμεις, συνῆγε τοὺς Ἀχαιοὺς
διὰ τῶν ἀρχόντων εἰς ἐκκλησίαν. Ἀθροισθέντος δὲ τοῦ 7
πλήθους εἰς Αἴγιον κατὰ τοὺς νόμους, ὁρῶν [c] τοὺς μὲν περὶ
Ἄρατον ἐθελοκακοῦντας, διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας
γεγενημένην εἰς αὐτοὺς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακο-
πραγμοσύνην· τὸν δ' Ἐπήρατον ἄπρακτον ὄντα τῇ
φύσει, καὶ καταγινωσκόμενον ὑπὸ πάντων· συλλογισά- 8
μενος ἐκ τῶν προειρημένων τὴν ἄγνοιαν τῶν περὶ τὸν
Ἀπελλῆν καὶ Λεόντιον, ἔκρινεν αὖθις ἀντέχεσθαι τῶν
περὶ τὸν Ἄρατον. Πείσας οὖν τοὺς ἄρχοντας μεταγα- 9
γεῖν τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα, λαβὼν τόν τε πρεσβύ-
τερον καὶ τὸν νεώτερον Ἄρατον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ
πάντων τῶν γεγονότων ἀναθεὶς τὴν αἰτίαν [d] ἐπὶ τὸν
Ἀπελλῆν, παρεκάλει μένειν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς

Decretum concilii Achæorum.

αἱρέσεως. τῶν δὲ συγκαταθεμένων ἑτοίμως, εἰσελθὼν εἰς 10
τοὺς Ἀχαιούς, καὶ χρησάμενος συνεργοῖς τοῖς προειρη-
μένοις, πάντα κατέπραξε τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολήν. Πεν- 11
τήκοντα μὲν [e] γὰρ ἔδοξε τάλαντα τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν
πρώτην ἀναζυγὴν αὐτῷ δοῦσι παραχρῆμα, [f] τριμήνου
μισθοδοτῆσαι τὴν δύναμιν, καὶ σίτου προσθεῖναι [g] μυ-

[c] τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον edd. invitis MStis. [d] Ἀπιλλῆ h. l. Bav. Reg. A. Flor. ut passim alibi. [e] Abest vulgo γὰρ, quod adjeci cum Vat. Flor. Urs. [f] Alii vulgo τριμηναίου. [g] μυριάδας Vat. Flor. Urs.

inter ipsos de Cœle-Syria controversiam legationibus ac colloquiis componi posse, bellare invicem aggrediebantur. At rex *Philippus*, et frumento et pecunia ad alendum militem destitutus, per magistratus *concilium Achæorum* convocat. Coacta autem *Ægii*, ut leges jubebant, multitudine; animadvertens rex, *Aratos* quidem propter fraudem et malas artes Apellis, quibus adversus ipsum usus in comitiis erat, auctoritatem qua pollebat apud suam gentem ultro remittere; *Eperatum* vero natura inhabilem ad res agendas esse, eumdemque ab omnibus prorsus contemni: cognito per hæc Apellis et Leontii errore, præcipuam deinde *Aratorum* rursus habere rationem statuit. Itaque magistratibus persuasit, ut concilium Sycionem transferrent: ibique assumtis et seniore et juniore Arato ad familiare colloquium, præteritorum omnium culpa in Apellem translata, petiit ab illis, ut, quo prius erga se fuissent animo, eodem etiam in posterum esse vellent. Quod quum ab ipsis promta voluntate esset ei promissum, rex in Achæorum concilium ingressus est: atque ibi, dictorum virorum ope nixus, omnia facile impetravit ad ea quæ moliebatur necessaria. *Decretum* est ab Achæis, *extemplo talenta quinquaginta regi pro prima expeditione numerare; trimestreque stipendium militi dividere, et decem millia modium frumenti adjicere: in posterum*

12 ριάδα· τὸ δὲ λοιπὸν, ἕως ἂν παρὼν ἐν Πελοποννήσῳ A. U. 536.
συμπολεμῇ, τάλαντα λαμβάνειν ἑκάστου μηνὸς παρὰ
τῶν Ἀχαιῶν ἑπτακαίδεκα.

II. Δοξάντων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ διελύθησαν
ἐπὶ τὰς πόλεις· τῷ δὲ βασιλεῖ, βουλευομένῳ μετὰ τῶν
φίλων, ἐπειδὴ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμα-
2 σίας, ἔδοξε χρῆσθαι κατὰ θάλατταν τῷ πολέμῳ. οὕτω
γὰρ ἐπέπειστο μόνως, αὐτὸς μὲν δυνήσεσθαι ταχέως
πανταχόθεν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις· τοὺς δ' ὑπε-
3 ναντίους ἥκιστ' ἂν δύνασθαι παραβοηθεῖν ἀλλήλοις· ἅτε
διεσπασμένους μὲν ταῖς χώραις, δεδιότας δ' ἑκάστους
περὶ σφῶν διὰ τὴν ἀδηλότητα καὶ τὸ τάχος τῆς κατὰ
θάλατταν παρουσίας τῶν πολεμίων. πρὸς γὰρ Αἰτω-
λοὺς καὶ Λακεδαιμονίους, ἔτι δ' Ἠλείους [h] ὁ πόλεμος
4 ἦν αὐτῷ. Κριθέντων δὲ τούτων, ἤθροιζε τάς τε τῶν
Ἀχαιῶν νῆας καὶ τὰς σφετέρας εἰς τὸ Λέχαιον· καὶ
συνεχεῖς ποιούμενος ἀναπείρας, ἐγύμναζε τοὺς φαλαγ-
γίτας, καὶ συνείθιζε ταῖς εἰρεσίαις, προθύμως αὐτῷ
πρὸς τὸ παραγγελλόμενον συνυπακουόντων τῶν Μακε-
5 δόνων. Πρός τε γὰρ τοὺς ἐν γῇ κινδύνους ἐκ παρα-
τάξεως [i] δοκιμώτατοί τε καὶ γενναιότατοι, πρός τε τὰς
κατὰ θάλατταν ἐκ τοῦ καιροῦ χρείας ἑτοιμότατοι,
λειτουργοί γε μὴν περὶ τὰς ταφρείας καὶ χαρακοποιΐας

Mari bellum gerere statuit Philippus.

Promtitudo militum Macedonum.

[h] ἦν ὁ πόλεμος αὐτῷ Bav. [i] Tria verba δοκιμώτατοί γε καὶ absunt a Vat. Flor. Aug. Reg. A. τε vero, quod habent Bav. ed. 1. et Reg. B. temere in γε mutavit Hervagius.

vero, quamdiu in Peloponneso præsens ipse bellum gesturus esset, ut menstrua talenta ab Achæis septena dena acciperet.

II. Hoc decreto facto, solutum est Achæorum concilium, et ad suas quique urbes sunt reversi. Consultanti autem regi cum amicis, ubi jam ex hibernis in castra copiæ redierant, visum est faciendum, ut *bellum mari gereretur.* Quippe persuasus erat, hanc rationem esse unicam, opprimendi undique hostes imparatos: qui subvenire sibi invicem nequaquam sint valituri; utpote et regionibus divisi, et sibi quisque metuentes, quod mari hostis, quocunque vellet, subito adesse, et imprudentes invadere posset: cum Ætolis enim, et Lacedæmoniis, et Eleis, res illi erat. Quæ ubi statuit rex, et suas et Achæorum naves *Lechæum* convenire jubet. Ibi continuis experimentis milites Macedonicæ phalangis exercens, remis tractandis eos assuefaciebat: Macedonibus, quidquid esset imperatum, promto alacrique animo exsequentibus. Etenim *Macedones* et in acie probatissimi sortissimique milites sunt; et, si forte ita postulet usus atque occasio, ad maritimæ rei ministeria promtissimi; ad hæc, in fossis ducendis, castris muniendis, et

Ol. 140. 2.

Promtitudo militum Macedonum.

καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην ταλαιπωρίαν φιλοπονώτατοί τινες· οἵους Ἡσίοδος παρεισάγει τοὺς 6

Αἰακίδας, πολέμῳ κεχαρηότας, ἠΰτε δαιτί.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν 7
[k] τῷ Κορίνθῳ διέτριβε, περὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἄσκησιν καὶ παρασκευὴν γιγνόμενος. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, οὔτ' 8
ἐπικρατεῖν τοῦ Φιλίππου δυνάμενος, οὔτε φέρειν τὴν ἐλάττωσιν, παροξυνόμενος, ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν· ὥστ' ἐκείνους μὲν, συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν, ἐθελοκακεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὰς τοῦ βασιλέως χρείας· αὐτὸς δὲ, χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα, φροντίζειν, ἵνα μηδαμόθεν αὐτῷ χορηγία παραγίγνηται πρὸς τὰς ἐπιβολάς. Οὗτος μὲν οὖν, 9
τοιαῦτα συνθέμενος καὶ κακοτροπευσάμενος πρὸς τοὺς προειρημένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, σκήψεις τινὰς [l] ἀλόγους πρὸς τὸν βασιλέα πορισάμενος. κἀκεῖ δια- 10
τρίβων, οὕτω βεβαίως ἐτήρει τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους, πάντων αὐτῷ πειθαρχούντων κατὰ τὴν προγεγενημένην πίστιν· ὥστε τὸ τελευταῖον ἀναγκασθῆναι τὸν βασιλέα, δι' ἀπορίαν ἐνέχυρα τιθέντα τῶν πρὸς [m] αὐτὴν τὴν χρείαν ἀργυρωμάτων, ἀπὸ τούτων ποιεῖσθαι τὴν διαγωγήν.

Apelles conjurat cum Leontio et Megalea.

Ἠθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη 11
ταῖς εἰρεσίαις [n] κατηρτισμένων, σιτομετρήσας καὶ μισθο-

Cum classe Corintho proficiscitur Philippus.

[k] τῷ Κορίνθῳ. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. τῇ Κορ. edd. ex Bav. [l] An εὐλόγους? [m] Abest αὐτὴν a Vat. Flor. Bav. [n] κατευθισμένων exposuit Casaub.

toto illo durorum operum genere, laboris patientissimi; quales *Hesiodus* facit *Æacidas, bello gaudentes veluti epulis.* Dum Philippus et Macedones Corinthi in exercitatione et apparatu rei navalis occupantur: *Apelles,* qui neque expugnare regis propositum poterat; neque honoris sui imminutionem ex regis contemtu tolerare; cum *Leontio* et *Megalea* conjurationem facit; ut illi quidem, omnibus quæ gererentur intervenientes, de industria rem male gerendo conatus regis impedirent: ipse vero, profectus *Chalcidem* ex aula, id operam daret, quo ne commeatus necessarii ad ea quæ parabat ulla ex parte ad regem subveherentur. Quæ ubi cum prædictis viris constituit improbus hic veterator, absurda quædam commentus apud Philippum prætexenda, Chalcidem se confert: ibique moram trahens, ita exacte jusjurandum servavit, omnibus illi obtemperantibus pro ea auctoritate quam hactenus obtinuerat, ut ad extremum rei nummariæ inopia cogeretur rex, vasa argentea ad quotidianum usum comparata, sustentandi sui caussa, pignori opponere. Ubi classis convenit, et Macedones satis magnum jam usum remigandi visi sunt habere; rex, frumentum exercitui mensus, et stipendio

δοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη, καὶ κατῆρε A. U. 536.
δευτεραῖος εἰς Πάτρας, ἔχων Μακεδόνας μὲν ἑξακισχιλίους, μισθοφόρους δὲ χιλίους καὶ διακοσίους.

III. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Δορίμαχος, ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς, Ἀγέλαον καὶ Σκόπαν ἐξαπέστειλε τοῖς Ἠλείοις μετὰ Νεοκρήτων πεντακοσίων· οἱ δ' Ἠλεῖοι δεδιότες, μὴ τὴν [o]Κυλλήνην ὁ Φίλιππος [p]ἐπιβάληται πολιορκεῖν, στρατιώτας τε μισθοφόρους συνήθροιζον, καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἡτοίμαζον· ὠχυροῦντο δὲ καὶ
2 τὴν Κυλλήνην ἐπιμελῶς. Εἰς ἃ βλέπων ὁ Φίλιππος, τούς τε τῶν Ἀχαιῶν μισθοφόρους, καὶ τῶν παρ' αὐτῷ Κρητῶν καὶ τῶν Γαλατικῶν ἱππέων τινὰς, σὺν δὲ τούτοις τῶν ἐξ Ἀχαΐας ἐπιλέκτων εἰς δισχιλίους πεζοὺς ἀθροίσας, ἐν τῇ τῶν Δυμαίων πόλει κατέλιπεν· ἅμα μὲν ἐφεδρείας ἔχοντας, ἅμα δὲ προφυλακῆς τάξιν πρὸς τὸν
3 ἀπὸ τῆς Ἠλείας φόβον. αὐτὸς δ', ἔτι πρότερον γεγραφὼς τοῖς Μεσσηνίοις καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἔτι δὲ τοῖς Ἀκαρνᾶσι, καὶ Σκερδιλαΐδᾳ, πληροῦν ἑκάστοις τὰ παρ' αὐτοῖς πλοῖα, καὶ συναντᾶν εἰς Κεφαλληνίαν, ἀναχθεὶς ἐκ τῶν Πατρῶν κατὰ τὴν σύνταξιν ἔπλει, καὶ
4 προσέσχε τῆς [q]Κεφαλληνίας κατὰ [r]Πρόννους. ὁρῶν δὲ τό τε πολισμάτιον τοὺς Πρόννους δυσπολιόρκητον ὄν, καὶ τὴν χώραν στενὴν, παρέπλει τῷ στόλῳ, καὶ καθωρ-

Elei Cyllenen muniunt.

Cephalleniam petit Philippus.

Pronni.

[o] Κυλήνην Bav. et sic mox iterum. Reg. A. ἐπιβάλληται edd. ex Bav. et Perott. [p] ἐπιβάληται prætuli ex Flor. Aug. [q] Κεφαλην. per λ. simpl. constanter Bav. [r] Πρόνους edd. ex Bav.

quoque numerato, habens secum Macedonum sex millia, mercenarios mille ducentos, portu solvit, et postridie *Patras* appulit.

III. Per idem tempus Ætolorum prætor, *Dorimachus*, Agelaum et Scopam cum Neocretibus quingentis suppetias *Eleis* misit: qui, veriti ne *Cyllenen* obsidere in animo Philippus haberet, et mercede peregrinum militem conducebant, et civiles copias ex Elea conscribebant; ipsam quoque Cyllenam summo studio munientes. Propterea *Philippus*, coactos in unum Achæorum mercenarios, nonnullosque ex Cretensibus, quos habebat sub signis, et ex Gallicis equitibus, tum bis mille pedites qui ex Achaia erant conscripti, in Dymæorum urbe collocavit, simul in subsidium sibi, simul ut, si quis ab Eleis metus ingrueret, præsidio essent. Ipse, literis prius datis ad Messenios, Epirotas, Acarnanes, atque Scerdilaïdam, ut suas quique naves instruerent, et ad Cephalleniam sibi occurrerent, Patris ad diem constitutam classe profectus, ad *Pronnos*, qui locus est in *Cephallenia*, portum tenuit. Animadvertens autem, neque oppidulum *Pronnos* sine magna difficultate obsideri posse, et regionem illam esse angustam, provectus ulterius, ad *Palæensium* urbem

Ol. 140. 2. μίσθη πρὸς τὴν τῶν [s] Παλαιέων πόλιν. Συνιδὼν δὲ 5
Pale vel Palus, opp. Cephalleniæ. ταύτην τὴν χώραν γέμουσαν σίτου, καὶ δυναμένην
τρέφειν στρατόπεδον, τὴν μὲν δύναμιν ἐκϐιϐάσας προσ-
εστρατοπέδευσε τῇ πόλει· τὰς δὲ ναῦς συνορμίσας,
τάφρῳ καὶ χάρακι περιέϐαλε, τοὺς δὲ Μακεδόνας
[t] ἐφῆκε σιτολογεῖν. αὐτὸς δὲ περιῄει τὴν πόλιν, ἐπισκο- 6
πῶν, πῶς δυνατὸν εἴη προσάγειν ἔργα τῷ τείχει καὶ
μηχανάς· βουλόμενος ἅμα μὲν προσδέξασθαι τοὺς
συμμάχους, ἅμα δὲ τὴν πόλιν ἐξελεῖν· ἵνα, πρῶτον 7
μὲν, Αἰτωλῶν παρέληται τὴν ἀναγκαιοτάτην ὑπηρεσίαν·
ταῖς γὰρ τῶν [u] Κεφαλλήνων ναυσὶ χρώμενοι, τάς τ' εἰς
Πελοπόννησον ἐποιοῦντο διαϐάσεις, καὶ τὰς Ἠπειρωτῶν,
ἔτι δ' Ἀκαρνάνων ἐπόρθουν παραλίας· δεύτερον δ', ἵνα 8
παρασκευάσῃ μὲν αὐτῷ, παρασκευάσῃ δὲ καὶ τοῖς
συμμάχοις, ὁρμητήριον εὐφυὲς κατὰ τῆς τῶν πολεμίων
Cephalleniæ situs. χώρας. Ἡ γὰρ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν 9
Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀνατείνουσα
πέλαγος· ἐπίκειται δὲ τῆς μὲν Πελοποννήσου τοῖς πρὸς 10
ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ
μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ· τῆς δ' Ἠπείρου καὶ
τῆς Αἰτωλίας, ἔτι δὲ τῆς Ἀκαρνανίας, τοῖς πρὸς
μεσημϐρίαν καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσιν ἐστραμμέ-
νοις.

[s] Παλαιῶν Vat. Flor. Rectius fuisset Παλίων. [t] In Bav. superscr. ἀφῆκε. [u] Κεφαλληναίων Aug. Reg. A.

naves appulit. Ubi copiam segetum uberrimam in agris nactus, quibus ali commode exercitus poterat, expositis in terram copiis, ad ipsum oppidum castra communit. Et quum in siccum naves subduxisset, fossa valloque eas sepsit, ac Macedonas frumentatum misit. Ipse urbem circumcirca lustrare et circumspicere, qui possent opera tormentaque mœnibus admoveri: habens in animo et socios eo loci excipere, et simul urbem illam expugnare. In quo illud primum spectabat, ut Ætolis necessarium adprime subsidium adimeret: quippe illi, quoties aut in Peloponnesum vellent trajicere, aut Epirotarum Acarnanumve oram deprædari, Cephalleniorum navibus uti consueverant. Deinde, ut et sibi et sociis receptaculum pararet opportunum ad impressiones in hostilem agrum faciendas. *Cephallenia* enim ad sinum Corinthiacum sita, Siculumque spectans mare, Peloponnesi partibus quæ ad septemtrionem et occasum vergunt, præcipue autem regioni Eleorum, imminet; Epiri vero et Ætoliæ atque Acarnaniæ partibus illis quæ meridiei et occidenti soli sunt obversæ.

IV. Διὸ καὶ πρός τε τὴν συναγωγὴν τῶν συμμάχων A. U. 536.
εὐφυῶς ἐχούσης, καὶ κατὰ τῆς τῶν πολεμίων καὶ πρὸ Philippus ad Paluntem.
τῆς τῶν φίλων χώρας εὐκαίρως κειμένης, ἔσπευδε χειρω-
2 σάμενος ὑφ' αὑτὸν ποιήσασθαι τὴν νῆσον. συνθεωρῶν δὲ
τὰ μὲν ἄλλα πάντα μέρη τῆς πόλεως, τὰ μὲν θαλάττῃ,
τὰ δὲ κρημνοῖς περιεχόμενα, βραχὺν δέ τινα τόπον
ἐπίπεδον αὐτῆς ὑπάρχοντα, τὸν πρὸς τὴν Ζάκυνθον
ἐστραμμένον, τῇδε διενοεῖτο προσάγειν ἔργα, καὶ τῇδε
3 τὴν ὅλην συνίστασθαι πολιορκίαν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς
περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἦν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν
τοῦτον, πεντεκαίδεκα μὲν ἧκον λέμβοι παρὰ Σκερδι-
λαΐδου· τοὺς γὰρ [x] πλείστους ἐκωλύθη πέμψαι, διὰ
τὰς γενομένας [y] ἐπιβολὰς καὶ ταραχὰς [z] περὶ τοὺς
4 κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα δυνάστας. ἧκον δὲ καὶ παρ'
Ἠπειρωτῶν, καὶ παρ' Ἀκαρνάνων, ἔτι δὲ Μεσσηνίων, οἱ
5 διαταχθέντες σύμμαχοι. Τῆς γὰρ τῶν Φιαλέων
πόλεως ἐξαιρεθείσης, ἀπροφασίστως τὸ λοιπὸν ἤδη
6 μετεῖχον [a] οἱ Μεσσήνιοι τοῦ πολέμου. Τῶν δὲ πρὸς τὴν Suspensum murum dejicit.
πολιορκίαν ἡτοιμασμένων, διαθεὶς τὰ βέλη καὶ τοὺς
πετροβόλους κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας τόπους πρὸς τὸ
κωλύειν τοὺς ἀμυνομένους, παρακαλέσας τοὺς Μακε-
δόνας ὁ βασιλεὺς, προσῆγε τὰς μηχανὰς τοῖς τείχεσι,

[x] Imo πλείους, aut πάντας. [y] ἐπιβολὰς adscivi ex Aug. Reg. A. Vulgo alii ἐπιβουλὰς. [z] περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πόλιν δυνάστας Vat. Flor. Aug. Reg. A. περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους δυνάστας Bav. Ejeci vocabulum controversum. Possis vero etiam suspicari τῶν περὶ τοὺς (vel τὰς) κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους (vel πόλεις) δυναστῶν. [a] οἱ Μεσσήνιοι. Articulum, quem ignorant alii, recepi ex Aug.

IV. Quoniam igitur et ad congregandas sociorum copias locus erat peropportunus, et ad lædendum hostes, protegendumque amicos pares commoditates habebat; occupare insulam suique juris facere vehementer cupiebat. Considerans autem, ceteras urbis partes aut mari aut præruptis cotibus cingi, brevem vero quemdam locum, qui Zacynthum spectabat, per planum adiri posse; ab hac parte machinas admovere, et eo molem totam obsidionis conferre statuit. Dum hæc curat, inque his occupatur *Philippus*, lembi quindecim a *Scerdilaïda* missi veniunt: plures enim ne posset mittere, impediverunt molitiones atque turbæ a variis per Illyriam dynastis excitatæ. Venerunt autem et a sociis milites, qui fuerant imperati, Epirotis, Acarnanibus et Messeniis. Post captam namque Phialensium urbem, de cetero nihil jam recusabant *Messenii*, quo minus participes belli essent. Ubi fuerunt omnia ad obsidionem parata, et locis opportunis adversus mœnium propugnatores catapultæ balistæque dispositæ; rex, hortatus Macedonas, muris machinas admovet, earumque præsidio tutus, cuniculos inci-

Ol. 140. 2. καὶ διὰ τούτων τοῖς ὀρύγμασιν ἐνεχείρει. ταχὺ δὲ τοῦ 7
τείχους ἐπὶ δύο πλέθρα κρεμασθέντος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἔργοις προθυμίαν τῶν Μακεδόνων, ἐγγίσας τοῖς τείχεσιν ὁ βασιλεὺς, παρῄνει τοῖς ἐν τῇ πόλει, τίθεσθαι πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρήνην. τῶν δὲ παρακουόντων, ἐμβαλὼν πῦρ 8
τοῖς ἐρείσμασιν, ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε

Per Leontii perfidiam urbe non potitur.

τεῖχος. Οὗ γενομένου, πρώτους ἐφῆκε τοὺς πελταστὰς, 9
τοὺς ὑπὸ Λεόντιον ταττομένους, σπειρηδὸν τάξας, καὶ παραγγείλας βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώματος. οἱ δὲ περὶ 10
τὸν Λεόντιον, τηροῦντες τὰ πρὸς τὸν Ἀπελλῆν συγκείμενα, [b]τρὶς ἑξῆς τοὺς νεανίσκους, ὑπερβάντας [c]τὸ πτῶμα, διέτρεψαν τοῦ μὴ τελεσιουργῆσαι τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως· προδιεφθαρκότες μὲν τοὺς ἐπιφανε- 11
στάτους τῶν κατὰ μέρος ἡγεμόνων, ἐθελοκακοῦντες δὲ, καὶ παρ' ἕκαστον ἀποδειλιῶντες αὐτοί. [d]τέλος ἐξέπεσον 12
ἐκ τῆς πόλεως, πολλὰς πληγὰς λαβόντες, καίπερ εὐχερῶς δυνάμενοι κρατῆσαι τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ 13
βασιλεὺς, ὁρῶν ἀποδειλιῶντας μὲν τοὺς ἡγεμόνας, τραυματίας δὲ καὶ πλείους γεγονότας τῶν Μακεδόνων, τῆς μὲν πολιορκίας ἀπέστη, περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἐβουλεύετο μετὰ τῶν φίλων.

Acarnanes Philippum invitant ad invadendam Ætoliam.

V. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Λυκοῦργος μὲν εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐξεστρατεύκει· Δορίμαχος δὲ, τοὺς

[b] Mendose scripti libri τρεῖς ἑξῆς τοὺς νεανίσκους. Hinc, abjecto articulo, editur vulgo τρεῖς ἑξῆς νεανίσκους. Mihi alia medela potior certiorque visa est. [c] τῷ πτώματι Bav. Aug. Reg. A. [d] Fors. καὶ τέλος, vel τέλος δέ.

pit agere. Quumque brevi tempore, propter singularem Macedonum alacritatem in opere faciendo, ad duo jugera suffossi suspensique muri essent; succedit rex ad muros, et oppidanos ad pacem secum ineundam invitat. Quibus negligenter audientibus, immisso igne fulturas corrumpit; ac simul, quantum erat muri spatium sublicis suspensum, dejicit. Quod ubi factum est, cetratos cum duce suo *Leontio* per cohortes divisos, omnium primos immittit, jussos per ruinam irrumpere. At *Leontius*, memor conjurationis cum *Apelle* factæ, ter deinceps juvenes, postquam ruinam jam superaverant, terrore injecto avertit, quo minus institutum perficerent urbemque caperent; quum et potissimos quosque ductores ordinum antea corrupisset, et ipse, de industria ignaviam affectans, metuere subinde se ostenderet. Itaque urbe tandem, magno detrimento accepto, ejecti sunt; quum facile superare hostem potuissent. Rex, ubi duces ignave se gerere, Macedonum autem plurimos videt esse sauciatos, soluta obsidione, quid deinceps facto sit opus, concilio amicorum habito, deliberat.

V. Eodem vero tempore et *Lycurgus* in Messeniam expeditionem fecerat: et *Dorimachus* cum dimidia parte

ἡμίσεις ἔχων [e] Αἰτωλῶν, εἰς Θετταλίαν [f] ἐπεποίητο τὴν A. U. 536.
ὁρμήν· ἀμφότεροι πεπεισμένοι, τὸν Φίλιππον ἀποσπά-
2 σειν τῆς τῶν Παλαιέων πολιορκίας. ὑπὲρ ὧν ἧκον πρέσ-
βεις πρὸς τὸν βασιλέα, παρά τε Ἀκαρνάνων καὶ παρὰ
Μεσσηνίων· οἱ μὲν παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων, παρακα-
λοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν Αἰτωλῶν χώραν,
καὶ τόν τε [g] Δορίμαχον ἀποστῆσαι τῆς εἰς τὴν Μα-
κεδονίαν ὁρμῆς, καὶ τὴν χώραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελθεῖν
3 καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς· οἱ δὲ παρὰ τῶν Μεσσηνίων, Messenii opem ejus implorant adv. Lycurgum.
δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, καὶ διδάσκοντες, ὅτι, τῶν
Ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων, δυνατόν ἐστι τὴν παρα-
κομιδὴν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐν
4 ἡμέρᾳ ποιήσασθαι μιᾷ. [h] διὸ οἱ περὶ Γόργον τὸν Μεσ-
σήνιον, αἰφνίδιον καὶ πραγματικὴν ἐσομένην συνίστασαν
5 τὴν ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπίθεσιν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόν-
τιον, τηροῦντες τὴν αὐτῶν ὑπόθεσιν, συνήργουν τοῖς περὶ
τὸν Γόργον ἐκτενῶς, θεωροῦντες, ὅτι συμβήσεται τὴν
θερείαν εἰς τέλος ἄπρακτον γενέσθαι τῷ Φιλίππῳ.
6 πλεῦσαι μὲν γὰρ εἰς τὴν Μεσσηνίαν, [i] ῥᾴδιον ἦν· ἀνα-
πλεῦσαι δ' ἐκεῖθεν, τῶν ἐτησίων ἐπεχόντων, ἀδύνατον.
7 ἐξ οὗ δῆλον ἦν, ὡς ὁ μὲν Φίλιππος, ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ
μετὰ τῆς δυνάμεως συγκλεισθεὶς, ἀναγκασθήσεται τὸ
λοιπὸν μέρος τοῦ θέρους ἄπρακτος μένειν, οἱ δ' Αἰτωλοὶ,

[e] τῶν Αἰτωλῶν malim. [f] ἐποιήσατο edd. ex Bav. [g] ἀποσπᾶσαι edd. ex Bav.
[h] δι' ὧν edd. ex Bav. δι' ὃν Aug. Reg. A. [i] ῥᾳδίως Vat. Flor.

Ætolorum in Thessaliam irruperat: persuasi ambo, se hoc pacto *Philippum* ab obsidione *Palæensium* esse revocaturos. Nec defuerunt eo nomine missæ ad regem legationes cum ab Acarnanibus, tum a Messeniis. Qui ex *Acarnania* veniebant, hortabantur, ut, *in Ætolorum agrum impressione facta, et Dorimachum ab invadenda Macedonia retraheret, et universam Ætolorum regionem sine ullo periculo depopularetur. Messeniorum* vero legati, *opem sibi ferri* orantes, addebant, *nunc, cum Etesiarum flatus vigerent, posse uno die a Cephallenia in Messeniam trajici.* Ex quo efficiebat *Gorgus* Messenius, *inopinato invadi Lycurgum posse et bene rem geri.* Et *Leontius,* propositum sibi consilium spectans, Gorgum studio summo adjuvat; ut qui futurum provideret, totam ut æstatem plane inutiliter eo pacto *Philippus* consumeret. Etenim navigare quidem in Messeniam, perfacile erat; rediri vero inde *Etesiarum* diebus nullo poterat modo. Ex quo apparebat, *Philippum,* cum exercitu in Messenia inclusum, reliquam æstatem necessario per otium traducturum; Ætolis vero Thessaliam et Epirum

Ol. 140. 2. τὴν Θετταλίαν καὶ τὴν Ἤπειρον ἐπιπορευόμενοι, [k]κα-
τασυροῦσι καὶ πορθήσουσι πᾶσαν ἀδεῶς. Οὗτοι μὲν 8
οὖν, [l]λυμαινόμενοι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συνεβού-
λευον. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον, συμπαρόντες, τῆς
ἐναντίας προέστασαν γνώμης. δεῖν γὰρ ἔφασαν εἰς τὴν 9
Αἰτωλίαν ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ τούτων ἔχεσθαι τῶν
πραγμάτων· ἐξεστρατευκότων γὰρ τῶν Αἰτωλῶν μετὰ
Δοριμάχου, κάλλιστον εἶναι καιρὸν ἐπελθεῖν καὶ πορ-
θῆσαι τὴν Αἰτωλίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὰ μὲν ἀπιστῶν 10
ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐκ τῆς περὶ τὴν πολιορκίαν
ἐθελοκακήσεως, συναισθανόμενος δὲ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὸν
Παλοῦντα διαβουλίου αὐτῶν τὴν κακοπραγμοσύνην,
ἔκρινε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι κατὰ τὴν Ἀράτου
γνώμην. Διόπερ Ἐπηράτῳ μὲν ἔγραψε, τῷ τῶν 11
Ἀχαιῶν στρατηγῷ, βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις, ἀναλα-
βόντι τοὺς Ἀχαιούς· αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλ-
ληνίας, [m]παρῆν δευτεραῖος εἰς Λευκάδα μετὰ τοῦ
στόλου νυκτός. εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυ- 12
κτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν
[n]ἀπόπλουν κατὰ τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον.
ὁ δὲ προειρημένος κόλπος, ἐπὶ πολὺ προτείνων ἐκ τοῦ 13
Σικελικοῦ πελάγους, εἰς τοὺς μεσογαίους ἀνήκει τόπους
τῆς Αἰτωλίας, καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται.

Arati consilium sequitur Philippus.

[k] κατασυροῦσι καὶ πορθήσουσι correxit Casaub. Ante eum omnes κατασύρουσι καὶ πορθοῦσι [l] λυμεωνευόμενοι Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod potest Polybianum videri. [m] In Aug. et inde in edit. Hervag. et seqq. abest verbum παρῆν, sed post νυκτὸς additur ἧκε. Forsan olim fuerat ἧ καὶ εὐτρεπισ. et aberat ibi particula δὲ. [n] ἀνάπλουν Aug.

omnem impune incursandi, vastandi, urendi, potestatem fore. Ita ergo isti hæc et similia his perniciosa consilia regi suggerebant. *Aratus* vero, qui concilio intererat, plane contrarium suadere; et, *Ætoliam classe petendam esse*, dicere, *eoque bellum esse transferendum: quippe nunc, Ætolis cum Dorimacho in expeditionem profectis, opportunissimum esse tempus illius regionis incursandæ atque diripiendæ.* Rex, Leontio partim jam diffidens, ex quo affectatam ejus ignaviam in oppugnatione viderat, partim ex consultatione circa *Paluntem* instituta intelligens prava hominis consilia, *Arati* sententiam sibi sequendam esse duxit. Itaque literis ad *Eperatum* prætorem Achæorum datis, imperat ei, ut collecto ex Achæis exercitu Messeniis opem ferret: ipse *Leucadem* ex Cephallenia cum classe altero post die noctis silentio appellit. Ubi rebus omnibus præparatis in freto manu effosso, quem *Dioryctum* vocant, translatisque illac navibus, *Ambracium sinum* est invectus: qui, ut jam ante diximus, e Siculo mari longe procurrens, ad mediterranea Ætoliæ pertinet. Confecto autem cursu prius aliquanto quam il-

14 διανύσας δὲ, καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ A. U. 536.
καλουμένῃ Λιμναίᾳ, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀριστοποι- Limnæam appellit.
εῖσθαι παρήγγειλε, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀποσκευῆς [o] ἀποθε-
μένοις, εὐζώνους σφᾶς παρασκευάζειν πρὸς ἀναζυγήν.
15 αὐτὸς δὲ, τοὺς ὁδηγοὺς ἀθροίσας, τά τε περὶ τοὺς
τόπους καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐπυνθάνετο καὶ
διηρεύνα.

VI. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἧκεν ἔχων Ἀριστό- Acarnanes se ei junφαντος ὁ στρατηγὸς πανδημεὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας· πολλὰ gunt.
γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνώτερον χρόνοις ὑπὸ
τῶν Αἰτωλῶν, ἐκθύμως εἶχον πρὸς τὸ κατὰ πάντα
2 τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς Αἰτωλούς. Διόπερ
ἀσμένως ἐπιλαβόμενοι τότε τῆς Μακεδόνων [p] ἐπαρκείας,
ἧκον ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐ μόνον ὅσοις ὁ νόμος ἐπέταττε
3 στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τινές. οὐκ
ἐλάττω δὲ τούτων ὁρμὴν εἶχον Ἠπειρῶται, διὰ τὰς
παραπλησίους αἰτίας· διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς χώρας,
καὶ διὰ τὸ τῆς παρουσίας αἰφνίδιον τῆς τοῦ Φιλίππου,
4 καθυστέρουν τῇ συναγωγῇ τῶν καιρῶν. τῶν δ' Αἰτωλῶν τοὺς
μὲν ἡμίσεις [q] ἔχων [ἀπῆν] Δορίμαχος, καθάπερ εἶπον,
τοὺς δ' ἡμίσεις ἀπολελοίπει· νομίζων ἀξιόχρεων πρὸς τὰ
παράδοξα ταύτην τὴν ἐφεδρείαν ὑπάρχειν τῶν τε πό-
5 λεων, καὶ τῆς χώρας. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀπολιπὼν Thermum Ætoliæ petit.

[o] ἀποθεμένους Vat. Flor. Aug. Reg. A. [p] ἐπαρκείας ex emend. virorum doctorum recepi. ἐπαρχίας vulgo edd. cum MStis. [q] ἔχων Δορίμαχος dant MSti omnes, et carent verbo. ἦν interseruit Casaubonus. Prætuli ἀπῆν, et uncis inclusi. Possis et ἐξεληλύθει vel aliud simile suspicari.

lucesceret, ad *Limnæam* (oppidi id nomen est) portum cepit. Moxque prandere milites, et, posita impedimentorum majori parte, concinnare se ad iter expeditos, jubet. Ipse, ducibus viæ pluribus coactis, de natura locorum, et de adjacentium urbium situ percontari et omnia diligenter inquirere.

VI. Eo tempore *Aristophantus*, prætor *Acarnanum*, omnes ejus gentis copias secum trahens ad regem venit. Multas enim easque graves injurias ab *Ætolis* superioribus temporibus perpessi, vindicandi se et damnum Ætolis inferendi cupiditate mirum in modum flagrabant. Læti igitur occasionem Macedonici auxilii amplectentes, non ii solum qui per leges militiæ dare nomen tenebantur, sed etiam e grandioribus ætate militari nonnulli, cum armis præsto aderant. Nec minore impetu, similes ob caussas, etiam *Epirotæ* ferebantur; sed propter provinciæ amplitudinem, et subitum Philippi adventum, haud satis tempestive cogere copias suas potuerant. Totius Ætolorum exercitus dimidiam partem, ut antea diximus, Dorimachus secum abduxerat; alteram reliquerat; satis idoneum præsidium adversus incerta casuum, et urbibus et agris tutandis,

Ol. 140. 2. φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀποσκευῆς, τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ
τῆς Λιμναίας δείλης, καὶ προελθὼν ὡς ἑξήκοντα στάδια
κατεστρατοπέδευσε. δειπνοποιησάμενος δὲ, καὶ βραχὺ 6
διαναπαύσας τὴν δύναμιν, αὖθις ὥρμα· καὶ συνεχῶς
νυκτοπορήσας ἧκε πρὸς τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, ἄρτι
τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στρά-
του· σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς
[r] Θέρμοις τόπον ἐπιβαλεῖν.

Consilium regis frustra impedire conatur Leontius.

VII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, κατὰ δύο τρόπους
ὁρῶντες τὸν μὲν Φίλιππον καθιξόμενον τῆς προθέσεως,
τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς [s] ἀδυνατήσοντας τοῖς παροῦσι· καθ'
ἕνα μὲν, ἡ ταχεῖα καὶ παράδοξος ἡ τῶν Μακεδόνων
ἐγεγόνει παρουσία· καθ' ἕτερον δὲ, ἡ πρός γε τὸν ἐν 2
τοῖς Θέρμοις τόπον, οὐδέποτ' ἂν ὑπολαβόντες Αἰτωλοὶ
τολμῆσαι τὸν Φίλιππον οὕτω προχείρως [t] αὑτὸν δοῦναι,
διὰ τὰς ὀχυρότητας τῶν τόπων, ἔμελλον ἀπρονόητοι καὶ
παντελῶς ἀπαράσκευοι ληφθήσεσθαι πρὸς τὸ συμβαῖνον·
εἰς ἃ βλέποντες, καὶ τηροῦντες τὴν ἑαυτῶν πρόθεσιν, 3
ᾤοντο δεῖν τὸν Φίλιππον, περὶ τὸν Ἀχελῷον στρατοπε-
δεύσαντα, προσαναπαῦσαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς νυκτοπορίας,
σπουδάζοντες βραχεῖάν γε τοῖς Αἰτωλοῖς ἀναστροφὴν
δοῦναι πρὸς τὴν βοήθειαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον, 4

[r] Θερμοῖς edd. cum aliis. Et sic mox iterum. [s] Post ἀδυνατήσοντας excidisse verbum ἐπικουρεῖν, ἐπαμύναι, aut aliud simile, suspicati sunt Casaub. et Reisk. [t] αὐτὸν Bav.

id futurum existimans. Rex, ad tuitionem impedimentorum manu militum idonea relicta, circa vesperam profectus e *Limnæa*, stadiis circiter sexaginta confectis, metatur castra. Cœnatus deinde, et modico spatio ad quiescendum militi concesso, mox iterum pergit ire; ac per noctem continuato itinere, ad amnem *Acheloum* inter *Conopen* et *Stratum*, illucescente jam die, pervenit: habens in animo, irruptione subita et inopinata *Thermum* occupare.

VII. Intellexerat *Leontius*, duplicem ob caussam Philippi consilium habiturum exitum, neque fieri posse ut Ætoli conatus illius impedirent; tum quia celeriter et præter hominum opinionem Macedonum exercitus advenerat; tum quia, quod ad *Thermum* quidem attinet, nihil prorsus tale cogitantes planeque imparatos erat Ætolos oppressurus: qui quidem persuasum haberent, numquam ita salutis suæ prodigum fore *Philippum*, ut in loca usque adeo munita et difficilia se immitteret. Hæc igitur cogitans *Leontius*, et in suscepta proditione perstans, auctor regi erat, ut ad *Acheloum* amnem communitis castris militem ex itinere nocturno reficeret: id nempe agens sedulo, ut breve saltem aliquod tempus ad subveniendum sibi ipsis daret Ætolis. Sed *Aratus*, qui non igno-

θεωροῦντες τὸν μὲν καιρὸν ὀξὺν ὄντα τῆς ἐπιβολῆς, τοὺς A. U. 536.
δὲ περὶ τὸν Λεόντιον προδήλως ἐμποδίζοντας, διεμαρτύ-
ροντο τὸν Φίλιππον, μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, μηδὲ
5 καταμέλλειν. οἷς καὶ πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ προσ-
κόπτων ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν
6 κατὰ τὸ συνεχές. Διαβὰς δὲ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, Acheloum superat Philippus.
προῆγε συντόνως ὡς ἐπὶ τὸ Θέρμον· ἅμα δὲ προάγων,
7 ἐδῄου καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν. παρῄει δὲ, ἐκ μὲν
εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στράτον, Ἀγρίνιον, [u] Θεστιεῖς· ἐκ
δὲ δεξιῶν Κωνώπην, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, [x] Φοίτεον.
8 ἀφικόμενος δὲ πρὸς πόλιν τὴν καλουμένην Μέταπαν, ἣ Metapa opp. ad Trichonium lacum.
κεῖται μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Τριχωνίδος λίμνης καὶ τῶν
παρὰ ταύτῃ στενῶν, ἀπέχει δὲ σχεδὸν ἑξήκοντα στάδια
9 τοῦ [y] προσαγορευομένου Θέρμου· ταύτην μὲν, ἐκλιπόντων
τῶν Αἰτωλῶν, εἰσαγαγὼν πεντακοσίους στρατιώτας
κατεῖχε· βουλόμενος ἐφεδρείᾳ χρήσασθαι πρός τε τὴν
10 εἴσοδον καὶ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκ τῶν στενῶν. ἔστι γὰρ πᾶς
ὁ παρὰ τὴν λίμνην τόπος ὀρεινὸς καὶ τραχὺς, συν-
ηγμένος ταῖς ὕλαις· διὸ καὶ παντελῶς στενὴν καὶ
11 δυσδίοδον ἔχει τὴν πάροδον. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοὺς μὲν
μισθοφόρους προθέμενος πάσης τῆς πορείας, ἐπὶ δὲ
τούτοις τοὺς Ἰλλυριοὺς, ἑξῆς δὲ τοὺς πελταστὰς καὶ
φαλαγγίτας ἔχων, προῆγε διὰ τῶν στενῶν· ἀπουρα-
γούντων μὲν αὐτῷ τῶν Κρητῶν, δεξιῶν δὲ παρὰ πλάγια

[u] Θετιεῖς Aug. Reg. A. [x] Φύτεον Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perott. [y] Mendose προαγορευομ. editio Hervag. et seqq.

rabat rei gerendæ occasionem esse præcipitem, cernens Leontium salutaria consilia manifeste impedientem, Philippum obtestatur, ne cessando et prolatando agendi tempora consumeret. Cujus approbata sententia, rex, quem Leontii facta jam offendebant, inceptum iter pergit exsequi. Itaque *Acheloum* transgressus, *Thermum* versus festinato agmen ducit: simul, quacumque iter faceret, omnia urere ac vastare. In transitu reliquit ad sinistram *Stratum, Agrinium, Thestienses;* ad dexteram vero *Conopen, Lysimachiam, Trichonium, Phœteum.* Deinde ad urbem pervenit, quam *Metapam* vocant, ad *Trichonium lacum* et ipsas illius fauces sitam, et ab eo loco quem Thermum appellant, statia sexaginta distantem. Hanc, ab Ætolis desertam, quingentorum militum præsidio inducto rex tenuit: ut per fauces ingredienti atque exeunti, munimento esset. Est enim tota ripa illius lacus montosa et aspera, ac propter sylvas viæ imminentes angusta: itaque arcto admodum et difficili tramite transitur. Deinde mercenariis agmen universum præire jussis, quos sequebantur Illyrii; ipse, proximos his ducens cetratos cum Macedonicæ phalangis legionariis, per fauces pergere instituit. Agmen claudebant Cretenses; cum interim ad latus dextrum Thraces et levis arma-

Ol. 140. 2.

τῶν Θρᾳκῶν καὶ ψιλῶν [z]ἀντιπαραπορευομένων [a]ταῖς
χώραις. τὴν μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐπιφάνειαν τῆς 12
πορείας ἠσφαλίσθη λίμνη σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια.

Thermum pervenit Philippus.

VIII. Ἀνύσας δὲ τοὺς προειρημένους τόπους, καὶ
παραγενόμενος πρὸς τὴν καλουμένην [b]κώμην [c]Παμφίαν,
ὁμοίως καὶ ταύτην ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ, προέβαινε
[d]πρὸς τὸ Θέρμον, ὁδὸν οὐ μόνον [e]προσάντη καὶ τρα-
χεῖαν διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ κρημνοὺς ἐξ ἑκατέρου τοῦ
μέρους ἔχουσαν βαθεῖς· ὥστε καὶ λίαν ἐπισφαλῆ καὶ 2
στενὴν τὴν πάροδον εἶναι κατ' ἐνίους τόπους· τῆς πάσης
ἀναβάσεως οὔσης σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια. διανύ- 3
σας δὲ καὶ ταύτην ἐν βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ τοὺς
Μακεδόνας ἐνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, ἧκε [f]πολλῆς
ὥρας ἐπὶ τὸ Θέρμον· καὶ καταστρατοπεδεύσας, [g]ἀφῆκε 4
τὴν δύναμιν τάς τε περιοικίδας κώμας πορθεῖν, καὶ τὸ
τῶν [h]Θερμίων πεδίον ἐπιτρέχειν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς

Insignis opulentia Thermi.

οἰκίας [i]τὰς ἐν αὐτῷ τῷ Θέρμῳ διαρπάζειν, οὔσας
πλήρεις οὐ μόνον σίτου καὶ τῆς τοιαύτης χορηγίας,
ἀλλὰ καὶ κατασκευῆς διαφερούσης [k]τῆς παρ' Αἰτωλῶν.
καθ' ἕκαστον γὰρ ἔτος ἀγοράς τε καὶ πανηγύρεις 5
ἐπιφανεστάτας, ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ἀρχαιρεσίων κατα-
στάσεις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ [l]συντελούντων, ἕκαστοι πρὸς

[z] ἀντιπορευομένων Bav. [a] An ταῖς παρωρείαις? [b] In Bav. superscr. πόλιν ead. manu. [c] Inferius τὸ Πάμφιον vocatur. [d] πρὸς τὸν Θέρμον h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. [e] ἀνάντη Bav. [f] πολλῆς ἔτι ὥρας malim, *multo adhuc die*. [g] ἐφῆκε Flor. Aug. Reg. A. [h] Θερμαίων dant iidem libri. [i] τῶν ἐν αὐτῷ Bav. [k] τῶν παρ' Αἰτωλῶν libri omnes ante Ursin. et Casaub. [l] Post συντελούντων Casaub. ex conject. adjecit αὐτῶν.

tura æquis passibus extra viam progrederentur: nam sinistrum agminis latus tegebatur ipso lacu, per triginta porrecto stadia.

VIII. Confecto per hujusmodi loca itinere, ad vicum nomine *Pamphiam* venitur: unde, locato hic quoque præsidio, *Thermum* rex progreditur: via non solum ardua et cum primis aspera, sed quæ etiam ab utraque parte præruptas et altas habet rupes; ut nonnullis in locis per arctam transeunti semitam, magnum sit adeundum periculum. Est autem adscensus universus stadiorum circiter triginta. Quod spatium pariter brevi tempore emensus, (etenim strenue admodum Macedones iter carpebant:) multo die ad *Thermum* pervenit. Ibi positis castris, exercitum dimisit, ut populabundus per omnes vicos circumcirca vagaretur, et Thermiorum campos incursaret, et domos pariter, quæ in ipso *Thermo* erant, diriperet, non frumento dumtaxat et omnis generis commeatu refertas, sed etiam pretiosissima supellectile quam *Ætoli* haberent. Quoniam enim mercatus quotannis et ludos celeberrimos ibi agitabant, eratque is locus legitimus comitiorum; unusquis-

τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς εἰς ταῦτα παρασκευὰς τὰ A. U. 536.
πολυτελέστατα τῶν ἐν τοῖς βίοις ὑπαρχόντων εἰς τοῦτον
6 ἀπετίθεντο τὸν τόπον. χωρὶς δὲ τῆς χρείας, καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἤλπιζον ἐνταυθοῖ βεβαιοτάτην αὐτοῖς ὑπάρχειν, διὰ τὸ μήτε πολέμιον τετολμηκέναι μηδένα πώποτε εἰς τοὺς τόπους τούτους ἐμβαλεῖν· εἶναί τε τῇ φύσει τοιούτους, ὥστε τῆς συμπάσης Αἰτωλίας οἷον
7 ἀκροπόλεως ἔχειν τάξιν. διότι περ, εἰρηνευομένης ἐκ παλαιοῦ τῆς χώρας, πλήρεις ἦσαν ἀγαθῶν πολλῶν αἵ τε περὶ τὸ ἱερὸν οἰκίαι, καὶ πάντες οἱ πέριξ τόποι.
8 Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν νύκτα παντοδαπῆς γέμοντες ὠφελείας, αὐτοῦ κατηυλίσθησαν. τῇ δ' ἐπαύριον, τῆς μὲν κατασκευῆς τὰ πολυτελέστατα καὶ τὰ δυνατὰ κομίζεσθαι διέλεγον· τὰ δὲ λοιπὰ σωρεύοντες πρὸ τῶν
9 σκηνῶν, ἐνεπίμπρασαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ὅπλων, τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακειμένων, τὰ μὲν πολυτελῆ καθαιροῦντες ἀπεκόμιζον, τινὰ δ' ὑπήλλαττον· τὰ δὲ λοιπὰ συναθροίσαντες, πῦρ [m] ἐνέβαλλον. ἦν δὲ ταῦτα, πλείω τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων.

Omnia diripiunt vel comburunt Macedones.

IX. Καὶ ἕως μὲν τούτου πάντα κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους καλῶς καὶ δικαίως ἐπράττετο· τὰ δὲ
2 μετὰ ταῦτα πῶς χρὴ λέγειν, οὐκ οἶδα. Λαβόντες γὰρ ἔννοιαν τῶν ἐν Δίῳ καὶ Δωδώνῃ πεπραγμένων τοῖς Αἰτωλοῖς, τάς τε στοὰς ἐνεπίμπρασαν, καὶ τὰ λοιπὰ

Templum evertunt.

[m] ἐνέβαλλον recepi ex Aug. Vulgo ἐνέβαλον.

que Ætolorum ad instruenda hospitia, et ad apparatum solemnium, pretiosissima quæque rerum suarum eo conferebat. Atque id quidem faciebant non solum, ut ibi eis rebus uterentur, verum etiam securitatis gratia; quam eo loci certissimam esse confidebant, cum quia nemo umquam hostis illuc penetraverat, tum quod ea locorum natura esset, ut universæ Ætoliæ arx quædam esse hic locus crederetur. Quare, quum longa diuturnaque pace essent usi, et proximæ templo domus, et quæ undique circumjacebant, bonis multis abundabant. Nocte igitur illa, cujusque modi præda onusti, ibi tetenderunt. Postridie vero ex universa supellectile præstantissima quæque selegerunt, quæ quidem auferri poterant: reliqua, pro tabernaculis acervatim congesta, cremant. Similiter etiam ex armis quæ in porticibus visebantur suspensa, quæcumque majoris pretii erant, auferunt; quædam permutant: cetera in unum congerunt, ignemque iis immittunt. Cremataque sunt armorum quina dena millia et amplius.

IX. Et hactenus quidem recte ac juste e belli legibus omnia: de iis vero, quæ postea sunt secuta, quid dicam, non satis scio. Nam ubi venit illis in mentem eorum, quæ Dii ac Dodonæ fecerant Ætoli; et porticus consumserunt incendio, et, quidquid restabat

Ol. 140. 2. τῶν ἀναθημάτων διέφθειρον, ὄντα πολυτελῆ ταῖς κατα-
σκευαῖς, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας ἔνια τετευχότα καὶ
δαπάνης. οὐ μόνον δὲ τῷ πυρὶ κατελυμήναντο τὰς 3
ὀροφὰς, ἀλλὰ καὶ κατέσκαψαν εἰς ἔδαφος. [n]ἀνέτρεψαν
δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ὄντας οὐκ ἐλάττους δισχιλίων·
πολλοὺς δὲ καὶ διέφθειραν, πλὴν ὅσοι θεῶν ἐπιγραφὰς ἢ
Sami poëtæ epigramma. τύπους εἶχον· τῶν δὲ τοιούτων ἀπέσχοντο. κατέγραφον 4
δ' εἰς τοὺς τοίχους, καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη
τότε τῆς ἐπιδεξιότητος [o]τῆς Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς
μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ 5
στίχος ἦν·

Ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο;

[p]Καὶ μεγίστη δὴ καὶ παράστασις ἐπὶ τούτοις εἶχε τὸν 6
τε βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν φίλους, ὡς δικαίως
Vindictæ nimis indulget Philippus. ταῦτα πράττοντας καὶ καθηκόντως, ἀμυνομένους τοῖς
ὁμοίοις τὴν τῶν Αἰτωλῶν περὶ τὸ Δῖον ἀσέβειαν. Ἐμοὶ
δὲ τἀναντία δοκεῖ τούτων. εἰ δ' ὀρθὸς ὁ λόγος, σκοπεῖν 7
ἐν μέσῳ πάρεστι, χρωμένους οὐχ ἑτέροις τισὶν, ἀλλὰ τοῖς
Moderatior olim Antigonus in Spartanos. ἐξ αὐτῆς τῆς οἰκίας ταύτης παραδείγμασιν. Ἀντί- 8
γονος, ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, τὸν
βασιλέα τῶν Λακεδαιμονίων, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς

[n] ἀνέστρεψαν edd. [o] τῆς τοῦ Σάμου edd. ex Bav. In nomine Poetæ, qui apud Meleagrum et Plutarchum Σάμιος vulgo vocatur, nil variant libri nostri. [p] καὶ μεγίστη δὲ edd. ex Bav.

donariorum, corruperunt; quorum nonnulla pretiosa admodum, et studio magno et impensa ingenti erant elaborata. Nec contenti tecta flammis absumsisse, ipsum quoque ædificium solo æquarunt. Statuas quin etiam omnes everterunt, quæ pauciores bis mille non erant: multasque etiam diffregerunt, quæ quidem inscriptæ diis non essent, aut formas deorum non haberent; nam ab ejusmodi tamen manus abstinuerunt. Parietibus autem versiculum illum, omnium postea sermonibus jactatum, inscripserunt; jam tum elegantis sui ingenii specimen edere incipiente *Samo*, Chrysogoni filio, qui una cum rege fuerat educatus. Versus fuit talis:

Vides dium telum quo pervolaverit?

Quæ dum patrabantur a Macedonibus, ipsum quidem Regem etiam ejusque amicos summa persuasio tenebat, juste hæc atque honeste fieri, quod jus talionis ab Ætolis exigeretur pro impiis facinoribus, quæ in urbe *Dio* illi admisissent. Mihi vero contrarium potius videtur: qui an recte sentiam, nec ne, promtum est unicuique dijudicare; non aliunde, quam ex illa ipsa regia familia, petitis exemplis. *Antigonus* post devictum acie Cleomenem, Lace-

9 Σπάρτης. αὐτός τε ὢν κύριος, ὅ βούλοιτο, χρῆσθαι καὶ A. U. 536.
τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε
τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, [p] ὥστ᾽, ἐκ
τῶν ἐναντίων, ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν
ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος
καὶ κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν
10 οἰκείαν ἀπηλλάγη. τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ᾽
αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καί, μεταλλάξας,
σωτήρ· οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ
πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης
ἐπὶ τοῖς προειρημένοις.

X. Καὶ μὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν αὐξήσας τὴν βασιλείαν, Et Philippus Amyntæ fil. in Athenienses.
καὶ γενόμενος ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας,
Φίλιππος, νικήσας Ἀθηναίους τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην,
οὐ τοσοῦτον ἤνυσε διὰ τῶν ὅπλων, ὅσον διὰ τῆς ἐπι-
2 εικείας καὶ φιλανθρωπίας τῶν τρόπων. τῷ μὲν γὰρ
πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις, αὐτῶν μόνων περιεγένετο καὶ
κύριος κατέστη τῶν ἀντιταξαμένων· τῇ δ᾽ εὐγνωμοσύνῃ
καὶ μετριότητι, πάντας Ἀθηναίους ἅμα καὶ τὴν πόλιν
3 αὐτῶν ἔσχεν ὑποχείριον· οὐκ ἐπιμετρῶν [q] τὸν θυμὸν τοῖς
πραττομένοις, ἀλλὰ μέχρι τούτου πολεμῶν καὶ φιλο-

[p] Tenui hoc sic editum inde a Casaub. ex solo Reg. B. Debuerat tamen fortasse a nobis restitui consentiens veterum codicum (Urb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. cod. Peiresc. et Suid. in Antigono,) scriptura ὡς ἐκ τῶν ἐναντ. quam et repræsentarunt ed. 1. et 2. ὥστε τοὐναντίον voluerat Ursinus. [q] Perperam vulgo τῷ θυμῷ.

dæmoniorum regem, ipsius quoque Spartæ potitus est. Erat tunc in ejus manu, quidquid vellet, tam de urbe, quam de omnibus civibus, statuere: ille vero tantum abfuit, ut maleficio ullo victos afficeret, ut e contrario patrias ipsis leges et libertatem restituerit, maximaque in Lacedæmonios beneficia, qua publice, qua privatim, contulerit: quod ubi factum, in suum regnum est reversus. Itaque, non illo dumtaxat tempore cum res agebatur, ut bene meritus; verum etiam post obitum, ut servator, judicio omnium est laudatus: neque apud Lacedæmonios tantum, sed apud omnes Græcos, laudem et gloriam immortalem his rebus gestis sibi peperit.

X. Sed et ille, qui primus regni hujus opes auxit, quique domum hanc in istud fastigium princeps evexit, *Philippus*, devictis ad Chæroneam *Atheniensibus*, non tantum armis, quantum æquitate atque humanitate morum, est consecutus. Bello namque et armis eos solum superavit et in potestatem redegit, qui in acie contra ipsum steterant: benignitate vero atque moderatione, simul populum universum Atheniensium et urbem ipsam eorum sui juris fecit. Neque enim supra modum iræ in bellis indulgebat:

Ol. 140. 2. νεικῶν, ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς
αὐτοῦ πρᾳότητος καὶ καλοκἀγαθίας. τοιγαροῦν, χωρὶς 4
λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κηδεύσας
Ἀθηναίων τοὺς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ἀντι-
πάτρῳ τὰ τούτων ὀστᾶ, καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς
πλείστους ἀμφιέσας· μικρᾷ δαπάνῃ, διὰ τὴν ἀγχίνοιαν,
τὴν μεγίστην πρᾶξιν κατειργάσατο. τὸ γὰρ Ἀθηναίων 5
φρόνημα καταπληξάμενος τῇ μεγαλοψυχίᾳ, πρὸς πᾶν
Et Alexander in Thebanos, ἑτοίμους αὐτοὺς ἔσχε συναγωνιστὰς ἀντὶ πολεμίων. Τί 6
δ' Ἀλέξανδρος; ἐκεῖνος γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξοργισθεὶς
Θηβαίοις, ὥστε [r] καὶ τοὺς μὲν οἰκήτορας ἐξανδραπο-
δίσασθαι, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψαι, τῆς γε
πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας οὐκ ὠλιγώρησε [s] περὶ τὴν
κατάληψιν τῆς πόλεως· ἀλλὰ πλείστην ἐποιήσατο 7
πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γενέσθαι
et in Persas. περὶ τὰ ἱερὰ καὶ καθόλου τὰ τεμένη. Καὶ μὴν, ὅτε, 8
διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν, μετεπορεύετο τὴν Περσῶν ἀσέ-
βειαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, παρὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων
ἐπειράθη λαβεῖν δίκην ἀξίαν τῶν σφίσι πεπραγμένων·
τῶν δὲ τοῖς θεοῖς [t] κατεπιπεφημισμένων πάντων ἀπ-
έσχετο· καίπερ τῶν Περσῶν μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ
μέρος ἐξαμαρτόντων ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις.
Ταῦτ' οὖν ἐχρῆν καὶ τότε Φίλιππον ἐν νῷ λαμβάνοντα 9

[r] Ignorant καὶ Vat. Flor. Aug. Reg. A. Urb. [s] παρὰ malim. [t] κατεπι-πεφημισμ. correxi auctore Ernest. Vulgo omnes καταπεφημισμ.

sed hactenus inimicos armis magna contentione persequebatur, donec clementiæ et probitatis suæ declarandæ facultatem nancisceretur. Igitur quum captivos gratis restituisset, et occisis Atheniensibus justa funebria fecisset, eorumque ossa per Antipatrum Athenas deferenda curasset, et plerosque etiam redeuntium amictibus donasset; prudenti consilio cum modico sumtu rem longe maximam confecit. Hac enim tanta animi magnitudine, Atheniensium feroces illos spiritus ita perculit dejecitque, ut, pro infestis hostibus, paratos ad omnia adjutores deinceps illos haberet. Quid *Alexander?* Nam et hic, postquam eo crevit ipsius adversus *Thebanos* ira, ut, habitatoribus sub corona venditis, urbem ipsam funditus everteret; pietatis tamen erga deos, cum illa caperetur, non est oblitus: sed summo studio cavit, ne vel imprudentia ædes deorum aut omnino sacra ulla loca violarentur. Idem, postquam in Asiam transiit, ut immania Persarum facta adversus Græcos ulcisceretur, ab hominibus quidem pares sceleribus ipsorum pœnas conatus est exigere; ceterum a locis omnibus quæ diis dedicata erant, vim abstinuit: quantumvis Persæ hoc potissimum injuriæ genere per Græciam sævissent. Hæc assidue tunc cogitare *Philippum* etiam oportebat, ne in im-

συνεχῶς, μὴ οὕτω τῆς ἀρχῆς, ὡς τῆς προαιρέσεως, καὶ A. U. 536.
τῆς μεγαλοψυχίας διάδοχον αὐτὸν ἀναδεικνύναι καὶ
10 κληρονόμον τῶν προειρημένων ἀνδρῶν. ὁ δὲ, ἵνα μὲν καὶ
συγγενὴς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου φαίνηται, με-
γάλην ἐποιεῖτο παρ' ὅλον τὸν βίον σπουδήν· ἵνα δὲ Procedente
11 ζηλωτὴς, οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἔσχε λόγον. Τοιγαροῦν, ætate pejor fit Philip-
τἀναντία τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπιτηδεύων, τῆς pus.
ἐναντίας ἔτυχε παρὰ πᾶσι δόξης, προβαίνων κατὰ τὴν
ἡλικίαν.

XI. Ὧν ἦν ἓν [u] καὶ τὸ τότε πραχθέν. τοῖς γὰρ Thermi iræ nimis indulget Philippus.
Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμὸν,
2 καὶ κακῷ κακὸν ἰώμενος, οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν ἄτοπον. καὶ
Σκόπᾳ μὲν καὶ Δοριμάχῳ παρ' ἕκαστον εἰς ἀσέλγειαν
καὶ παρανομίαν ὠνείδιζε, τὴν ἐν Δωδώνῃ καὶ Δίῳ
προφερόμενος ἀσέβειαν εἰς τὸ θεῖον· αὐτὸς δὲ παρα-
πλήσια ποιῶν, οὐκ ᾤετο τῆς ὁμοίας ἐκείνοις τεύξεσθαι
3 δόξης παρὰ [x] τοῖς ἀκούουσι. τὸ μὲν γὰρ παραιρεῖσθαι Jus belli.
τῶν πολεμίων καὶ καταφθείρειν φρούρια, λιμένας, πό-
λεις, ἄνδρας, ναῦς, καρποὺς, τἄλλα τὰ τούτοις παρα-
πλήσια, δι' ὧν τοὺς μὲν ὑπεναντίους ἀσθενεστέρους ἂν
τις ποιήσαι, τὰ δὲ σφέτερα πράγματα καὶ τὰς ἐπιβο-
λὰς δυναμικωτέρας· ταῦτα μὲν ἀναγκάζουσιν οἱ τοῦ Justa moderatio victoris.
4 πολέμου νόμοι καὶ τὰ τούτου δίκαια δρᾷν. [y] τὸ δὲ,

[u] καὶ τὸ τότε πραχθὲν ex Reg. B. edidit Casaub. καὶ τότε τὸ πραχθὲν dant vett. libri omnes. [x] τοῖς ἀκούσασι Vat. Flor. Reg. A. [y] Perperam vulgo τὰ δὲ μήτι.

perio magis, quam in vitæ institutis, et magnitudine animi, successorem se illorum virorum atque hæredem probaret. At ille contra, ut de Alexandri quidem et Philippi genere videretur prognatus, plurimum per omnem vitam laboravit; virtutes vero illorum ut æmularetur, ne minimum quidem curavit. Itaque, quum prædictorum institutis virorum factis contrariis repugnaret, contrariam etiam apud homines famam, procedente ætate, invenit.

XI. Ejusmodi unum fuit, quod tunc accidit. Immanibus namque Ætolorum sceleribus paria delinquens præ ira, et *malum malo*, quod aiunt, *sanans*, nihil peccari a se existimabat. Et qui, propter admissa Dodonæ ac Dii facinora in deorum contumeliam, Scopæ ac Dorimacho contaminatam omni scelere vitam subinde objiciebat; quum eadem ipse faceret, non cogitavit, similem se quoque ignominiam apud eos manere, qui rem fando acciperent. Nam munitiones quidem hostium, portus, urbes, viros, naves, fructus, et hoc genus alia, occupare aut perdere, ut eo pacto res inimicorum atterantur, propriæ adaugeantur, et ad exitum consilia facilius perducantur; ad hæc, inquam, facienda leges et *jura belli* nos

Ol. 140. 2. μήτε τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπικουρίαν μέλλοντα μηδ' ἥντιν' οὖν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττοῦ καὶ ναοὺς, ἅμα δὲ τούτοις ἀνδριάντας, καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν, λυμαίνεσθαι· πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι
τρόπου καὶ θυμοῦ λυττῶντος ἔργον; Οὐ γὰρ ἐπ' ἀπω- 5
λείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς [z] ἀγνοήσασι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων· οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι, ἀλλὰ συσσώζειν μᾶλλον καὶ συνεξαιρεῖσθαι
Discrimen tyranni et regis. τοῖς [a] ἀναιτίοις τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν. Τυράννου μὲν 6
γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὸ, κακῶς ποιοῦντα, τῷ φόβῳ δεσπόζειν [b] ἀκουσίων, μισούμενον, καὶ μισοῦντα τοὺς ὑποταττομένους· βασιλέως δὲ, τὸ, πάντας εὖ ποιοῦντα, διὰ τὴν εὐεργεσίαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀγαπώμενον, ἑκόντων ἡγεῖ-
σθαι καὶ προστατεῖν. Μάλιστα δ' ἄν τις καταμάθοι 7
τὴν ἁμαρτίαν τὴν τότε Φιλίππου, λαβὼν πρὸ ὀφθαλμῶν, τίνα διάληψιν εἰκὸς ἦν Αἰτωλοὺς ἔχειν, εἰ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις ἔπραξε, καὶ μήτε τὰς στοὰς, μήτε τοὺς ἀνδριάντας διέφθειρε, μήτ' ἄλλο μηδὲν ἠκίσατο
τῶν ἀναθημάτων. Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι, τὴν βελτίστην 8
ἂν καὶ φιλανθρωποτάτην· [c] συνιδόντας μὲν αὐτοῖς τὰ

[z] ἀγνώμοσι edd. ex Bav. [a] Vulgo ἐναντίοις. [b] Mendose vulgo omnes ἀκουσίως. Sed verior illa lectio in cod. Bav. inter lineas indicata videtur. [c] συνειδότας malim cum Gronov.

cogunt. At, ubi nulla spes est vel tua commoda promovendi, vel hostibus ulla in re, ad præsens certe bellum quod attinet, incommodandi, solius animi caussa templa et statuas et quemcunque ejusdem generis apparatum perdere atque delere; quis neget, opus id esse hominis et moribus et ira furentis? Bonorum siquidem virorum est, cum nec bonis eo animo bellum gerere, non ut illos perdant atque exstinguant; sed ut, quæ illi deliquerint, curent emendanda atque sarcienda: neque ut innoxios eadem cum noxiis pœna involvant; verum ut potius ipsos etiam, qui sontes esse videntur, una cum insontibus salute impertiantur, atque a peste vindicent. *Tyranni* etenim proprium est, ut, male faciendo, invitis per vim ac metum dominetur, subjectis pariter exosus, et odio illos habens: *regis* vero proprium, ut, bene de omnibus merendo, dilectus cunctis propter beneficia et humanitatem, volentes imperio suo et consilio regat. *Philippus* sane quantum eo pacto tum peccaverit, ita facile quis intelligat, si apud se reputet, quid par sit cogitaturos fuisse *Ætolos*, si, contrario modo se gerens, nec porticus nec statuas corrupisset, neque ullum aliud e donariis temerasset. Ego certe existimo, *Ætolos* ipsum pro viro optimo atque humanissimo fuisse habituros: qui

περὶ Δῖον καὶ Δωδώνην πεπραγμένα, σαφῶς δὲ γινώ- A. U. 536.
σκοντας, ὅτι ὁ Φίλιππος τότε καὶ πρᾶξαι κύριος ἦν ὃ
βουληθείη, καὶ, πράξας τὰ δεινότατα, δικαίως ἂν
ἐδόκει τοῦτο πεποιηκέναι, τό γε κατ' ἐκείνους μέρος·
9 διὰ δὲ τὴν αὑτοῦ πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, οὐδὲν
εἵλετο τῶν ὁμοίων ἐκείνοις ἐπιτηδεύειν.

Justitia vincere hostem, præclarissima victoria est.

XII. Δῆλον γὰρ ἐκ τούτων, ὡς εἰκὸς ἦν [d] αὑτῶν μὲν
καταγινώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον ἀποδέχεσθαι καὶ θαυ-
μάζειν· ὡς βασιλικῶς καὶ μεγαλοψύχως αὐτοῦ χρω-
μένου τῇ τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτοὺς
2 ὀργῇ. Καὶ μὴν τό γε νικῆσαι τοὺς πολεμίους καλοκα-
γαθίᾳ καὶ τοῖς δικαίοις, οὐκ ἐλάττω, μείζω δὲ παρέχε-
3 ται χρείαν τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις κατορθωμάτων. οἷς μὲν
γὰρ δι' ἀνάγκην, οἷς δὲ κατὰ προαίρεσιν, εἴκουσιν οἱ
[e] λειφθέντες. καὶ τὰ μὲν μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων
ποιεῖται τὴν διόρθωσιν· τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ
4 βέλτιον μετατίθησι τοὺς ἁμαρτάνοντας. τὸ δὲ μέγι-
στον, ἐν οἷς μὲν τὸ πλεῖστόν ἐστι τῆς πράξεως τῶν
ὑποταττομένων· ἐν οἷς δ' αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίγνεται τῶν
5 ἡγουμένων. Ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἄν τις [f] αὐτῷ τῷ Φιλίππῳ
τῶν τότε γενομένων πᾶσαν ἐπιφέροι τὴν αἰτίαν, διὰ τὴν

Demetrius Pharius malus Philippi consultor.

[d] Tenui ut editum inde a Casaub. inveni. Sic vero habet Aug. a pr. manu et Reg. A. et Flor. nescio an et Vat. αὐτῶν ed. 1. 2. cum Bav. [e] λειφθέντες correxi cum Reisk. et Wesseling. Vulgo omnes ληφθέντες. [f] αὐτῷ τῷ Φιλίππῳ. Omittunt alii articulum.

quidem et conscientia stimularentur eorum quæ Dii et Dodonæ ipsi patraverant, et intelligerent, *Philippum* quidem et facultatem tunc habuisse faciendi quidquid vellet, et, si vel durissime in eos consuluisset, non sine juris specie (ipsorum certe caussa) fuisse illud facturum: sed eumdem, pro sua clementia et animi magnitudine, nihil ipsis simile voluisse facere.

XII. Ex quo apparet, *Ætolos* necessario se ipsos fuisse incusaturos, et *Philippum* laudaturos atque admiraturos: ut qui regio animo et magno suam adversus numen pietatem et contra ipsos iram simul ostendisset. Enimvero factis honestis atque justitia vincere hostes, res non minor est, imo vero etiam conducibilior, armis parta victoria. Hic enim, necessitate compulsi; illic, sponte cedunt victi. Et hæc quidem victoria, magnis cum damnis, ad officium male sanos revocat: illa vero, sine detrimento, delinquentes in viam rectam sistit. Maximum autem illud; quod, ubi res armis geritur, pars potissima victoriæ opus est militis; quum illud alterum decus eorum totum sit in solidum, qui gerendis negotiis præsunt. Sed merito fortasse aliquis contendat, non omnem culpam eorum, quæ tum gerebantur, in *Philippum*, ea tempestate adhuc juvenem, esse conserendam: verum illius partem longe maximam amicis, qui cum ipso versabantur, et

Ol. 140. 2.

ἡλικίαν· [g] τὸ πλεῖον δὲ τοῖς συνοῦσι καὶ συμπράττουσι τῶν φίλων, ὧν ἦν Ἄρατος καὶ Δημήτριος ὁ Φάριος. ὑπὲρ ὧν οὐ δυσχερὲς ἀποφήνασθαι καὶ μὴ παρόντα 6
[h] τότε, ποτέρου τὴν τοιαύτην εἰκὸς εἶναι συμβουλίαν. Χωρὶς γὰρ τῆς κατὰ τὸν ὅλον βίον προαιρέσεως, ἐν ᾗ 7
περὶ μὲν Ἄρατον οὐδὲν ἂν εὑρεθείη προπετὲς οὐδ' ἄκριτον, περὶ δὲ Δημήτριον τἀναντία· καὶ δεῖγμα τῆς προαιρέσεως ἑκατέρων ἐν [l] τοῖς παραπλησίοις ὁμολογούμενον ἔχομεν· ὑπὲρ οὗ, λαβόντες τὸν οἰκεῖον καιρὸν, 8
ποιησόμεθα τὴν ἁρμόζουσαν μνήμην.

Thermo regreditur Philippus.

XIII. Ὁ δὲ Φίλιππος (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβην) ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν, ἀναλαβὼν, ἐκ τοῦ Θέρμου προῆγε, ποιούμενος τὴν αὐτὴν ἐπάνοδον, ᾗ καὶ παρεγένετο· προβαλόμενος μὲν τὴν λείαν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων· ἐπὶ δὲ τῆς οὐραγίας ἀπολιπὼν τοὺς Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς μισθοφόρους· σπεύ- 2
δων ὡς τάχιστα διανῦσαι τὰς δυσχωρίας, διὰ τὸ προσδοκᾷν τοὺς Αἰτωλοὺς ἐξάψασθαι τῆς οὐραγίας, πιστεύοντας ταῖς ὀχυρότησι τῶν τόπων. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι

Ætoli extremum agmen carpentes repelluntur.

παρὰ πόδας. Οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ προσβεβοηθηκότες, καὶ 3
συνηθροισμένοι σχεδὸν εἰς τρισχιλίους, ἕως μὲν ὁ Φίλιππος ἦν ἐπὶ τῶν μετεώρων, οὐκ ἤγγιζον, ἀλλ'

[g] τὸ δὲ πλεῖον Aug. [h] τότε ποτέρου ex marg. Reg. B. adscivit Casaub. τότε θατέρου Vat. Flor. Bav. τότ' ἑκατέρου Aug. Reg. A. [l] Et hoc ex conject. oræ cod. Reg. B. inscripta recepit Casaub. Ceterum libri omnes ἐν οἷς παραπλησίως.

eorum quæ gerebantur adjutores erant, debere adscribi: quorum e numero erant *Aratus* et *Demetrius Pharius.* Utrius vero illorum exstitisse hoc consilium existimari debeat, etsi negotiis præsens non interfueris, haud tamen difficile sit affirmare. Nam, præter totius vitæ institutum, in qua nihil umquam fecisse temere aut sine exquisito judicio *Aratum* invenias, *Demetrium* vero omnia e contrario; quo fuerit uterque animo in rebus hujuscemodi, certum atque apud omnes indubitatum documentum habemus: de quo mentionem, prout res poscet, suo loco sumus facturi.

XIII. *Philippus* igitur, quæcumque agi ferrique poterant avehens (inde enim sumus digressi;) *Thermo,* itinere eodem quo venerat, regressus est. Agmen præcedebat præda, cum gravi armatura; in extrema acie Acarnanes et mercenarii relicti erant. Id autem magno studio rex agebat, ut, viarum angustiis quam primum superatis, Ætolos anteverteret; quos, difficultatibus locorum fretos, ultimum agmen carpturos suspicabatur: quod et statim factum. *Ætoli* namque, ferendæ opis gratia congregati, ad tria ferme millia, ductore *Alexandro Trichoniensi;* dum quidem in altis montibus erat

ἔμενον ἔν τισι τόποις ἀδήλοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ [k]Τρι- A. U. 536.
χωνέως προεστῶτος αὐτῶν· ἅμα δὲ τῷ κινῆσαι τὴν οὐ-
ραγίαν, ἐπέβαλον εὐθέως εἰς [l]τὸ Θέρμον, καὶ προσέκειντο
4 τοῖς ἐσχάτοις. γιγνομένης δὲ ταραχῆς περὶ τὴν οὐρα-
γίαν, ἔτι μᾶλλον ἐκθύμως οἱ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν
ἐπέκειντο, καὶ προσέφερον τὰς χεῖρας, πιστεύοντες τοῖς
5 τόποις. Ὁ δὲ Φίλιππος, προειδὼς τὸ μέλλον, ὑπό
τινα λόφον ὑπεστάλκει τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐν τῇ κατα-
6 βάσει, καὶ τῶν πελταστῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. ὧν
διαναστάντων ἐπὶ τοὺς ἐπικειμένους καὶ προπεπτωκό-
τας τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Αἰτωλῶν
ἀνοδίᾳ καὶ προτροπάδην συνέβη φυγεῖν, ἑκατὸν δὲ καὶ
τριάκοντα πεσεῖν, ἁλῶναι δὲ οὐ πολὺ τούτων ἐλάττους.
7 Γενομένου δὲ τοῦ προτερήματος τούτου, ταχέως οἱ περὶ
τὴν οὐραγίαν, ἐμπρήσαντες [m]τὸ Πάμφιον, καὶ μετ' Pamphium.
ἀσφαλείας διελθόντες τὰ στενὰ, συνέμιξαν τοῖς Μακε-
8 δόσιν. [n]ὁ δὲ Φίλιππος ἐστρατοπεδευκὼς περὶ τὴν
Μέταπαν, ἐνταυθοῖ προσανεδέχετο τοὺς ἀπὸ τῆς οὐρα- Metapa,
γίας. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν, κατασκάψας τὴν Μέτα- Acræ, Conope.
παν, προῆγε, καὶ παρενέβαλε περὶ τὴν καλουμένην πόλιν,
[o]Ἄκρας. τῇ δ' ἑξῆς, ἅμα προάγων, ἐπόρθει τὴν χώραν·
9 καὶ καταστρατοπεδεύσας περὶ Κωνώπην ἐπέμεινε τὴν
10 ἐχομένην ἡμέραν. τῇ δ' ἐπιούσῃ πάλιν ἀναζεύξας, Stratus.

[k] Τριχωνιέως edidit Casaub. ex Steph. Byz. [l] Etiam Bav. h. l. cum aliis τὸν habet, litera ν ab ead. manu intra lineas adscripta. [m] Παμφίαν vocaverat superius. [n] ὁ γὰρ Φίλ. Vat. Flor. Aug. Reg. A. [o] Ἄκραν secundum Stephanum Byz.

Macedo, non accesserunt, sed in occultis quibusdam locis se tenuerunt: ubi vero postrema acies moveri cœpit; extemplo illi *Thermum* invadere, et novissimos infestare. Quum in ultimis ordinibus tumultus esset ortus, eo acrius Ætoli, ingenio locorum freti, instare, urgere, cædere. Sed *Philippus*, futuri providus, Illyriorum et selectorum e cetratis manu sub collem quemdam subducta, descensum prætexuerat. Quibus repente coortis in eos ex hostibus, qui instabant ac longius erant progressi; occisis Ætolorum centum et triginta, captis non multo paucioribus, reliqui per cotes invias effusa fuga saluti suæ consuluerunt. Qua victoria de hoste parta, mox, qui agmen claudebant, *Pamphium* cremant, et sine discrimine superatis faucibus, sese cum Macedonibus conjungunt. *Philippus*, positis circa *Metapam* castris, novissimum agmen suorum eo loci præstolabatur. Postero die, ubi Metapam solo æquasset, ire pergit, et circa oppidum, quod *Acras* nominant, castra metatur. Inde postridie profectus, agros in transitu devastat: donec ventum est *Conopen*, ubi proximum quievit diem. Rursusque eo ex loco die insecuta va-

Ol. 140. 2. ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν Ἀχελῷον, ἕως ἐπὶ [p] τὸν Στράτον. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν, ἐπέστησε τὴν δύναμιν ἐκτὸς βέλους, ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον.

XIV. Ἐπυνθάνετο γὰρ, εἰς τὸν Στράτον συνδεδραμηκέναι τῶν Αἰτωλῶν πεζοὺς μὲν εἰς τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ [q] περὶ τετρακοσίους, Κρῆτας δ' εἰς πεντακοσίους.
οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος, αὖθις ἀρξάμενος, ἐκίνει 2
Limnæam ad naves ex Ætolia redit Philippus.
τοὺς πρώτους, ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν
Λιμναίαν καὶ τὰς ναῦς. Ἅμα δὲ τῷ τὴν οὐραγίαν 3
παραλλάξαι τὴν πόλιν, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τῶν
Αἰτωλικῶν ἱππέων, ἐξελθόντες, κατεπείραζον τῶν ἐσχά-
των. ἐπεὶ δὲ τό τε τῶν Κρητῶν πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως 4
καί τινες τῶν Αἰτωλικῶν συνῆψαν τοῖς αὐτῶν ἱππεῦσι,
γιγνομένης ὁλοσχερεστέρας συμπλοκῆς, ἠναγκάσθησαν
ἐκ μεταβολῆς οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν κινδυνεύειν. τὸ μὲν 5
οὖν πρῶτον, ἀμφοτέρων ἐφάμιλλος ἦν ὁ κίνδυνος· προσ-
βοηθησάντων δὲ τοῖς παρὰ τοῦ Φιλίππου μισθοφόροις
Ex Ætolia redit Philippus.
τῶν Ἰλλυριῶν, ἐνέκλιναν καὶ σποράδην ἔφευγον οἱ τῶν
Αἰτωλῶν ἱππεῖς καὶ μισθοφόροι. καὶ τὸ μὲν πολὺ 6
μέρος αὐτῶν ἕως εἰς τὰς πύλας καὶ πρὸς τὰ τείχη
συνεδίωξαν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως, κατέβαλον δ' εἰς
ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς χρείας, λοιπὸν οἱ μὲν ἐκ 7
τῆς πόλεως τὴν ἡσυχίαν ἦγον· οἱ δ' ἀπὸ τῆς οὐραγίας

[p] In Reg. A. superscriptum h. l. τήν. [q] περὶ quod deerat vulgo, recepi ex Flor. Aug. Reg. A. Sic et Perottus *fere*.

sis conclamatis, *Stratum* versus secundum Acheloum amnem iter instituit. Ubi locato milite extra teli jactum in tumulo qui urbi imminebat, oppidanos inde lacessebat.

XIV. Audierat enim *Philippus*, concurrisse *Stratum* ex Ætolis tria millia peditum, equites quadringentos, Cretenses ad quingentos. Quum autem obviam contra venire nemo auderet; iter institutum repetens, primam aciem progredi jubet, *Limnæam* ad naves contendens. Utprimum vero, qui agmen claudebant, urbem sunt prætergressi; pauci initio equites Ætoli, oppido egressi, ultimos carpere: mox, progressis pariter extra muros Cretensibus, nonnullis etiam Ætolis equitatui suo se adjungentibus, orto majore certamine, coacti sunt qui in ultimo erant agmine, fronte versa dimicare. Et principio quidem æquo utrimque Marte pugnabatur: ubi vero mercenariis, qui a Philippo stabant, auxilium ferri cœpit ab Illyriis; inclinata acies Ætolorum est, equitibus ac mercenariis passim fugam arripientibus. Plurima pars versus urbem profugit: quos regii usque ad portas et mœnia ipsa persecuti, ad centum occiderunt. Ab hoc prælio, quum de cetero jam oppidani quiescerent, novissimum regis agmen

ἀσφαλῶς συνῆψαν πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ τὰς ναῦς. A. U. 536.
8 Ὁ δὲ Φίλιππος, καταστρατοπεδεύσας ἐν ὥρᾳ, τοῖς
θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενημένης αὐτῷ περὶ τὴν
ἐπιβολὴν εὐροίας· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐκάλει, Convivio excipit duces suos.
9 βουλόμενος ἑστιᾶσαι πάντας. ἐδόκει γὰρ εἰς τόπους
αὐτὸν δεδωκέναι παραβόλους, καὶ τοιούτους, εἰς οὓς
10 οὐδεὶς ἐτόλμησε πρότερον στρατοπέδῳ παρεμβαλεῖν. ὁ
δὲ οὐ μόνον ἐνέβαλε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ
πᾶν, ὃ προέθετο, συντελεσάμενος, ἀσφαλῶς ἐποιήσατο
τὴν ἐπάνοδον. δι' ἃ περιχαρὴς ὢν [r] οὗτος μὲν ἐγίγνετο
11 περὶ τὴν τῶν ἡγεμόνων ὑποδοχήν. οἱ δὲ περὶ τὸν [s] Με- Tristes intersunt Megaleas et Leontius.
γαλέαν καὶ Λεόντιον δυσχερῶς ἔφερον τὴν γεγενημένην
ἐπιτυχίαν τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν διατεταγμένοι μὲν
[t] πρὸς τοῦ Ἀπελλοῦ πάσαις [u] μὲν ἐμποδιεῖν ταῖς ἐπιβο-
12 λαῖς αὐτοῦ, μὴ δυνάμενοι δὲ τοῦτο ποιεῖν. ἀλλὰ τῶν
πραγμάτων αὐτοῖς κατὰ τοὐναντίον [x] προχωρούντων,
ἀθυμοῦντες μὲν, ἀλλ' ἧκόν γε πρὸς τὸ δεῖπνον.

XV. Ἦσαν μὲν οὖν εὐθέως ἐν ὑπονοίᾳ τῷ τε βασιλεῖ
καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐχ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς χαίροντες ἐπὶ
2 τοῖς γεγονόσι. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, κἄπειτα
γενομένης ἀκαιρίας καὶ πολυποσίας, ἀναγκασθέντες
3 συμπεριφέρεσθαι, ταχέως ἐξεθεάτρισαν αὐτούς. [y] Λυ-

[r] οὗτος in αὐτὸς, refragantibus MStis, mutavit Casaub. [s] Μεγακλέαν Bav. [t] Sic correxi, cum veteres MSti omnes darent πρὸς τοῦ Ἀπελλῆ, quod editores (inde ab Hervag.) in πρὸς τὸν Ἀπελλῆ mutarunt, et sic etiam Reg. B. [u] μὲν post πάσαις deletum voluit Reisk. [x] Post προχωρούντων, in Vat. lacuna est unius integræ lineæ, quam recentior manus verbis ἀθυμοῦντες μὲν supplevit. [y] ἀφθιίσης Bav. quod in ἀφθείσης mutavit Casaub. Et sic Aug. Pronum esset cum Reisk. ἀφεθείσης reponere; ni scriptura libri Vaticani, in quo est ΑΥΘΕΙΣΗΣ, suaderet id quod dedi.

tuto ad castra et ad naves pervenit. Ibi tempestive metatus castra rex, diis rem divinam fecit, et pro felici expeditionis suæ exitu laudes gratesque illis egit: simul duces vocat, et convivio omnes excipit. Fuerat enim omnium opinio, *Philippum* in desperata quædam loca temere se præcipitasse, quo ante ipsum nemo ausus esset mortalium cum exercitu accedere: at ille non solum copias suas eo adduxerat; verum etiam, omnibus quæ destinaverat confectis, tuto inde se receperat. Propterea gaudio exsultans, ducibus suis epulas apparabat. *Megaleas* vero et *Leontius* lætis Philippi rebus dolebant, ut qui erant quidem ab Apelle constituti, ut conatus illius modis omnibus impedirent, sed efficere id non potuerant. Itaque, rebus in contrarium vertentibus, mœrentes illi quidem, sed tamen venerunt.

XV. Ibi tum confestim regi ceterisque oborta suspicio est, rerum successu non pariter cum reliquis ipsos gaudere. Deinde vero compotatione protracta, quum supra modum ferverent pocula, coacti *Megaleas* et *Leontius* idem cum

Ol. 140. 2.

Leontius cum suis Aratum invadunt.

θείσης γὰρ τῆς συνουσίας, ὑπό τε τῆς μέθης καὶ τῆς
ἀλογιστίας ἐλαυνόμενοι, περιήεσαν ζητοῦντες τὸν Ἄρα-
τον. συμμίξαντες δὲ κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ, τὸ μὲν 4
πρῶτον ἐλοιδόρουν· μετὰ δὲ, βάλλειν ἐνεχείρησαν τοῖς
λίθοις. προσβοηθούντων δὲ πλειόνων ἀμφοτέροις, θόρυβος 5
ἦν καὶ κίνημα κατὰ τὴν παρεμβολήν. ὁ δὲ βασιλεὺς
ἀκούων τῆς κραυγῆς, ἐξαπέστειλε τοὺς ἐπιγνωσομένους
καὶ διαλύσοντας τὴν ταραχήν. Ὁ μὲν οὖν Ἄρατος, 6
παραγενομένων τούτων, εἰπὼν τὰ γεγονότα, καὶ μάρ-
τυρας παρασχόμενος τοὺς συμπαρόντας, ἀπηλλάττετο
τῆς κακουχίας ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνήν. Ὁ δὲ Λεόντιος 7
ἀλόγως πως κατὰ τὸν θόρυβον ἀπέρρευσε. τὸν δὲ

Megaleas et Crino in carcerem ducuntur.

[z]Μεγαλέαν καὶ Κρίνωνα μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς,
ἐπεὶ συνῆκε τὸ γεγονὸς, ἐπετίμα πικρῶς. [a]οἱ δ' οὐχ 8
οἷον συνεστάλησαν, ἀλλ' ἐπεμέτρησαν φάσκοντες, οὐδὲ
λήξειν τῆς προθέσεως, ἕως ἂν τὸν μισθὸν ἐπιθῶσι τοῖς
περὶ τὸν Ἄρατον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ὀργισθεὶς ἐπὶ τῷ 9
ῥηθέντι, παραχρῆμα, πρὸς εἴκοσι τάλαντα κατεγγυ-
ήσας, ἐκέλευσεν αὐτοὺς εἰς φυλακὴν ἀπαγαγεῖν.

Aratum tutatur rex.

XVI. Τῇ δ' ἐπαύριον ἀνακαλεσάμενος τὸν Ἄρατον,
παρεκάλει θαῤῥεῖν, ὅτι ποιήσεται τὴν ἐνδεχομένην ἐπι-
στροφὴν τοῦ πράγματος. Ὁ δὲ Λεόντιος, συνεὶς τὰ 2

[z] Rursus Μεγακλέα Bav. Sed idem mox deinde constanter cum aliis Μεγαλέαν vocat. [a] οἳ οὐχ Bav. absque conjunct.

ceteris facere, ilicet interiora animorum suorum ipsi publicarunt. Etenim soluto convivio, mente ex ebrietate alienata, *Aratum* quærentes huc illuc circumcursant. Et quum in reditu a cœna in eum forte incidissent, dicteria primo in illum jacere, deinde etiam lapidibus incessere. Mox ab utraque parte multis ad clamorem pro ferenda ope accurrentibus, tumultus quidam et motus in castris est excitatus. Rex ut clamantes audit, mittit foras, qui, quid rei esset, viderent, tumultumque sedarent. Quibus postquam rem omnem, uti gesta fuerat, *Aratus* exposuit, et cunctorum qui aderant testimoniis confirmavit; e turba et vexatione in suum tabernaculum se recepit. *Leontius* vero, nescio quo modo, inter tumultuantium strepitum dilabitur. Rex, accitis *Megalea* et *Crinone*, et quæ acciderant cognitis, acerbe illos increpat. Qui adeo non submiserunt se in humilitatem reorum, ut contumeliam insuper adjicerent, dicerentque, *non prius se ab incepto destituros, quam meritas ab Arato pœnas exegissent.* Qua voce rex irritatus, e vestigio exacta ab iis satisdatione, talenta viginti multæ nomine solutum iri, in carcerem duci eos jubet.

XVI. Die insequenti *Aratum* ad se arcessitum bono animo Rex esse jubet: *sibi enim, quantæ par sit, curæ negotium hoc futurum.* Sed *Leontius* de Megaleæ casu factus cer-

περὶ τὸν Μεγαλέαν, ἧκε πρὸς τὴν σκηνὴν μετά τινων A. U. 536.
πελταστῶν· πεπεισμένος, καταπλήξεσθαι διὰ τὴν ἡλι-
κίαν καὶ ταχέως εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα.
3 Συντυχὼν δ᾽ αὐτῷ, προσεπυνθάνετο, τίς ἐτόλμησεν
ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας τῷ Μεγαλέᾳ; καὶ τίς εἰς τὴν
4 φυλακὴν ἀπαγαγεῖν; τοῦ δὲ βασιλέως ὑποστατικῶς,
[b]αὐτὸν, φήσαντος, συντεταχέναι· καταπλαγεὶς ὁ Λεόν-
5 τιος, καί τι προσανοιμώξας, ἀπῄει τεθυμωμένος. Ὁ δὲ Leucadem redit Philippus.
βασιλεὺς, ἀναχθεὶς παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ διάρας τὸν
κόλπον· ὡς θᾶττον εἰς τὴν Λευκάδα καθωρμίσθη, τοῖς
μὲν ἐπὶ τῆς τῶν λαφύρων οἰκονομίας τεταγμένοις, περὶ
ταῦτα, συνέταξε, [c]γιγνομένοις μὴ καθυστερεῖν· αὐτὸς
δὲ, συναγαγὼν τοὺς φίλους, ἀπέδωκε κρίσιν τοῖς περὶ
6 τὸν Μεγαλέαν. Τοῦ δ᾽ Ἀράτου κατηγορήσαντος ἀνέ- Judicio condemnantur inimici Arati.
καθεν τὰ πεπραγμένα τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, καὶ
διελθόντος τὴν γενομένην ὑπ᾽ αὐτῶν [d]ἐν Ἄργει σφαγὴν,
ἣν ἐποιήσαντο μετὰ τὸν Ἀντιγόνου χωρισμὸν, καὶ τὰς
πρὸς Ἀπελλῆν συνθήκας, ἔτι δὲ τὸν περὶ τοὺς Παλαιεῖς
7 ἐμποδισμόν· καὶ πάντα ταῦτα μετ᾽ ἀποδείξεως ἐνδεικ-
νυμένου καὶ μαρτύρων· οὐ δυνάμενοι πρὸς οὐδὲν ἀντιλέγειν
οἱ περὶ τὸν Μεγαλέαν, κατεκρίθησαν ὁμοθυμαδὸν ὑπὸ
8 τῶν φίλων. Καὶ Κρίνων μὲν ἔμεινεν ἐν τῇ φυλακῇ· τὸν

[b] Perperam scripti omnes αὐτοῦ. [c] γενομένοις Aug. Reg. A. Mendose γιγνομένοις Vat. Flor. [d] Reiskii amplexus sum emendationem. Vulgo omnes ἐναργῆ σφαγήν.

tior, cum cetratorum manu ad regem venit: ratus, facile se propter ætatem terrorem illi incussurum, et ad mutandam sententiam compulsurum. Is regem alloquens, ultro quærere ab illo sustinuit, *quisnam Megaleæ manus injicere, atque in carcerem compingere esset ausus?* Rege vero constanter ac fidenter respondente, *suo id factum esse jussu:* territus *Leontius*, ac nonnihil etiam suspirans, plenus iræ discessit. Mox cum universa classe profectus Macedo, sinu trajecto, brevi ad *Leucadem* appulit: ubi quum prædæ administrandæ præfectos negotium accelerare jussisset; ipse, coactis ad concilium amicis, de caussa *Megaleæ* cognitionem instituit. In eo consessu, omnium criminum, quæ inde a principio patraverant *Leontius* et qui cum eo sentiebant, *Aratus* illos accusavit: qui etiam *cædem* post discessum Antigoni *Argis* ab his factam exposuit, tum conjurationem cum Apelle initam, postremo regiis conatibus oblata in Palæensium obsidione impedimenta. Quorum omnium quia certa argumenta et testimonia idonea *Aratus* afferebat; *Megaleas* et socii, quid adversus objecta responderent, nihil habentes, omnium qui aderant consentientibus suffragiis sunt damnati. *Crinon* in carcere est

Ol. 140. 2. δὲ Μεγαλέαν Λεόντιος ἀνεδέξατο τῶν χρημάτων. Ἡ 9
μὲν οὖν [e]Ἀπελλοῦ καὶ τῶν περὶ τὸν Λεόντιον πρᾶξις ἐν
τούτοις ἦν, παλίντροπον λαμβάνουσα τὴν προκοπὴν ταῖς
ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν ἐλπίσιν. ἔδοξαν μὲν γὰρ, κατα- 10
πληξάμενοι τὸν Ἄρατον, καὶ μονώσαντες τὸν Φίλιππον,
ποιήσειν ὅ τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ συμφέρειν. ἀπέβη δὲ
τούτων τἀναντία.

Lycurgi conatus adversus Messenios et Tegeatas.

XVII. Κατὰ δὲ τοὺς προειρημένους καιροὺς, Λυ-
κοῦργος ἐκ μὲν τῆς Μεσσηνίας, οὐδὲν ἄξιον λόγου
πράξας, ἐπανῆλθε· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὁρμήσας ἐκ
Λακεδαίμονος, κατελάβετο τὴν [f]τῶν Τεγεατῶν πόλιν.
τῶν δὲ σωμάτων ἀποχωρησάντων εἰς τὴν ἄκραν, ἐπεβά- 2
λετο πολιορκεῖν ταύτην. οὐδαμῶς δὲ δυνάμενος ἀνύειν

Eleorum adv. Dymæos.

οὐδὲν, αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Σπάρτην. Οἱ δ' ἐκ τῆς 3
Ἤλιδος, καταδραμόντες τὴν Δυμαίαν, καὶ τοὺς [g]βοη-
θήσαντας τῶν ἱππέων εἰς ἐνέδραν ἐπαγαγόμενοι, ῥᾳδίως
ἐτρέψαντο. καὶ τῶν μὲν Γαλατικῶν οὐκ ὀλίγους κατέ- 4
βαλον, τῶν δὲ πολιτικῶν αἰχμαλώτους ἔλαβον Πολυμή-
δην τε τὸν Αἰγιέα, καὶ Δυμαίους, Ἀγησίπολιν καὶ

Dorimachi irrita expeditio in Macedoniam.

[h]Διοκλέα. Δορίμαχος δὲ [i]τὴν μὲν πρώτην ἔξοδον 5
ἐποιήσατο μετὰ τῶν Αἰτωλῶν, πεπεισμένος, καθάπερ
ἐπάνω προεῖπον, [k]αὐτὸν μὲν ἀσφαλῶς κατασύρειν τὴν

[e] Pro Ἀπελλοῦ dant Ἀπελλῆ Aug. Reg. A. Vulgo autem ex Bav. editur ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀπελλῆ καὶ τὸν Λεόντιον. [f] τῶν Τεγεατῶν ex Casauboni conject. recepi. Mendose omnes Ἐλεατῶν. [g] Vulgo βοηθήσοντας. [h] Διοκλέα scripsi cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Perotto. Μεγακλέα edd. ex Bav. [i] An τὸ μὲν πρῶτον τὴν ἔξοδον? [k] αὐτὸς μὲν malim, aut αὐτὴν μέν.

detentus: pro *Megaleæ* dicta multa *Leontius* sponsorem se obtulit. Hic fuit successus illius proditionis quam *Apelles et Leontius* instituerant: spei, per initia ab eis conceptæ, plane in exitu contrarius. Speraverant enim, territo fugatoque *Arato*, rege in solitudine amicorum derelicto, pro sua libidine omnia se recturos. Quod consilium in alia omnia ipsis vertit.

XVII. Per idem tempus *Lycurgus*, nullo operæ pretio facto, e Messenia domum rediit: deinde vero iterum Lacedæmone profectus, *Tegeatarum* urbem occupat. Et, quoniam quidquid erat hominum, in arcem confugerat, obsidionem hujus aggreditur: sed quum nihil promoveret, atque omnia ejus incepta caderent irrita, Spartam redire est coactus. *Elei* vero, in *Dymæorum* fines incursione facta, equites qui ad obsistendum occurrerant, in locum insidiarum adductos, non magno conatu fugant. Desiderati sunt e Gallorum turmis non pauci: ex oppidanis capti nonnulli; in his *Polymedes Ægiensis*, et *Agesipolis* ac *Diocles* Dymæi. *Dorimachus* initio, cum ad bellum gerendum copias Ætolorum educeret, pro certo habebat, sicut ante

Θετταλίαν, τὸν δὲ Φίλιππον ἀναστήσειν ἀπὸ τῆς περὶ A. U. 536.
6 τοὺς Παλαιεῖς πολιορκίας. εὑρὼν δὲ τοὺς περὶ τὸν Χρυσόγονον καὶ [l]Πετραῖον ἑτοίμους ἐν Θετταλίᾳ πρὸς τὸ διακινδυνεύειν, εἰς μὲν τὸ πεδίον οὐκ ἐθάῤῥει καταβαίνειν, ἐν δὲ ταῖς παρωρείαις προσανέχων, διῆγε.
7 προσπεσούσης δ' αὐτῷ τῆς τῶν Μακεδόνων εἰς τὴν Αἰτωλίαν εἰσβολῆς, ἀφέμενος τῶν κατὰ Θετταλίαν, ἐβοήθει τούτοις κατὰ σπουδήν. καταλαβὼν δ' ἀπηλλαγμένους ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοὺς Μακεδόνας, οὗτος μὲν
8 ὑπελείπετο καὶ καθυστέρει πάντων. Ὁ δὲ βασιλεὺς, Corinthum redit Philippus. ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος, καὶ πορθήσας ἐν παράπλῳ τὴν τῶν [m]Οἰανθέων χώραν, κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου
9 παντὸς [n]εἰς Κόρινθον. ὁρμίσας δὲ τὰς νῆας ἐν τῷ Λεχαίῳ, τήν τε δύναμιν ἐξεβίβαζε, καὶ τοὺς γραμματοφόρους διαπέστελλε πρὸς τὰς ἐν Πελοποννήσῳ συμμαχίδας πόλεις, δηλῶν τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ δεήσει πάντας μετὰ τῶν ὅπλων κοιταίους ἐν τῇ τῶν Τεγεατῶν γίγνεσθαι πόλει.

XVIII. Ταῦτα δὲ [o]διαταξάμενος, καὶ μείνας οὐδένα χρόνον [p]ἐν τῇ Κορίνθῳ, παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσιν ἀναζυγήν. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν δι' Ἄργους, ἧκε
2 δευτεραῖος εἰς Τέγεαν. προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἠθροισμένους τῶν Ἀχαιῶν, προῆγε διὰ τῆς ὀρεινῆς, σπουδάζων λαθεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν. Spartam properat.

[l] Πατραῖον h. l. edd. cum aliis. [m] Mendose omnes Ὑανθέων [n] εἰς τὴν Κόρινθον Flor. [o] διαπραξάμ. Flor. [p] ἐν τῇ Κορίνθῳ. Sic h. l. et passim deinde MSti omnes et edd.

diximus, se Thessaliam impune devastantem, ab obsidione Palæensium regem esse revocaturum. Sed, quum in Thessalia *Chrysogonum* et *Petræum* ad dimicandum paratos offendisset; non ausus in campos descendere, ad montium radices succedens, ibi se continebat. Postea, certior factus de impressione Macedonum in Ætoliam, omissa Thessalia, ad ferendum patriæ auxilium accurrit: sed, prius quam veniret, Macedones Ætolia jam excesserant: ita iste, tardius semper occurrens, frustra ubique erat. At rex, *Leucade* conscensis navibus, populatus in transitu *Œanthensium* agrum, cum universa classe Corinthum appulit: subductisque navibus in Lechæum portum, et milite in terram exposito, ad socias Peloponnesi urbes tabellarios in omnem partem cum literis mittit, diem edicens, qua die in *Tegeatarum* urbe cum armis manere ipsos volebat.

XVIII. His ita ordinatis nulla amplius mora Corinthi facta, vasis conclamatis, per Argos iter faciens, alteris castris *Tegeam* cum Macedonibus suis pervenit. Assumtaque ibi Achæorum manu, quæ parata erat, cupiens *Lacedæmoniorum* agrum nec cogitantibus

Ol. 140. 2. Philippus Spartam properat.

περιελθὼν δὲ ταῖς ἐρημίαις, τεταρταῖος ἐπέβαλε τοῖς 3 καταντικρὺ τῆς πόλεως λόφοις· καὶ παρήει, δεξιὸν ἔχων τὸ Μενελάϊον, ἐπ' αὐτὰς τὰς Ἀμύκλας. Οἱ δὲ 4 Λακεδαιμόνιοι, θεωροῦντες ἐκ τῆς πόλεως [q]παράγουσαν τὴν δύναμιν, ἐκπλαγεῖς ἐγένοντο καὶ περίφοβοι, θαυμάζοντες τὸ συμβαῖνον. ἀκμὴν γὰρ ταῖς διανοίαις ἦσαν 5 μετέωροι ἐκ τῶν προσπιπτόντων [r]ὑπὲρ τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν καταφθορὰν τοῦ Θέρμου, καὶ καθόλου ταῖς ἐν Αἰτωλίᾳ πράξεσι. καί τις ἐνεπεπτώκει θροῦς παρ' αὐτοῖς ὑπὲρ τοῦ τὸν Λυκοῦργον ἐκπέμπειν, βοηθήσοντα τοῖς Αἰτωλοῖς. ὑπὲρ δὲ τοῦ τὸ δεινὸν ἥξειν ἐπὶ σφᾶς 6 οὕτως ὀξέως ἐκ τηλικούτου διαστήματος, οὐδὲ διενοεῖτο τὸ παράπαν αὐτῶν οὐδείς· ἅτε καὶ τῆς ἡλικίας ἐχούσης ἀκμὴν εὐκαταφρόνητόν τι τῆς τοῦ βασιλέως. [s]διὸ καὶ παρὰ δόξαν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων συγκυρούντων, εἰκότως ἦσαν ἐκπλαγεῖς. Ὁ γὰρ Φίλιππος, τολμηρότερον 7 καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰς ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν ἅπαντας ἦγε τοὺς πολεμίους. Ἀναχθεὶς γὰρ ἐκ μέσης Αἰτωλίας, 8 καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, καὶ διανύσας ἐν νυκτὶ τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον, εἰς Λευκάδα κατῆρε. δύο δὲ 9 μείνας ἡμέρας ἐνταῦθα, τῇ τρίτῃ ποιησάμενος ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν τὸν ἀνάπλουν, δευτεραῖος πορθήσας ἅμα τὴν τῶν

Mira celeritate omnia gerit Philippus.

[q] τὴν παράγ. δύναμιν Bav. [r] ὑπὲρ ex conject. posui. Vulgo ὑπὸ τοῦ Φιλίππου. [s] διόπερ καὶ Flor.

ipsis invadere, per montana agmen duxit. Quarto die, circumducto per deserta loca exercitu, adsitos e regione urbis colles est assecutus: habensque ad dextram *Menelaium*, ad *Amyclas* ipsas pervenit. Lacedæmonii, cum ex urbe prætereuntes copias cernerent, stupore ac metu defixi, mirari factum. Adhuc enim, propter nuncium de clade Thermiorum, et ceteris rebus in Ætolia a Philippo gestis, suspensos cummaxime animos futuri exspectatione habebant; atque etiam mentio quædam apud illos fuerat injecta de mittendo Lycurgo, qui Ætolis auxilium ferret. Quod autem ad ipsos tam cito, e spatio tam longinquo, transiturum esset periculum, ne venerat quidem in mentem cuiquam omnino Spartanorum: quum præsertim ea rex ætate esset, quæ adprime contemtui est obnoxia. Quamobrem adeo præter ipsorum spem rebus evenientibus, non sine caussa commoti perturbatique erant. *Philippus* namque, et *audacia* et *sollertia* majore, quam pro ætate, consilia sua regens, ingentem animis hostium omnium suorum sollicitudinem atque fluctuationem injiciebat. Etenim e media Ætolia, sicut paullo ante dicebam, profectus, et sinu Ambraciо per noctem trajecto, Leucadem pervenerat: ubi mora bidui facta, tertio die sub lucem primam profectus,

10 Αἰτωλῶν παραλίαν, ἐν Λεχαίῳ καθωρμίσθη. μετὰ δὲ A. U. 536.
ταῦτα, κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὰς πορείας, ἑβδο-
μαῖος ἐπέβαλε τοῖς ὑπὲρ τὴν πόλιν κειμένοις παρὰ τὸ
Μενελάϊον λόφοις. ὥστε τοὺς πλείστους, ὁρῶντας τὸ
11 γεγονὸς, μὴ πιστεύειν τοῖς συμβαίνουσιν. οἱ μὲν οὖν
Λακεδαιμόνιοι, περιδεεῖς γεγονότες διὰ τὸ παράδοξον,
ἠπόρουν, καὶ δυσχερήστως διέκειντο πρὸς τὸ παρόν.

XIX. Ὁ δὲ Φίλιππος, τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατο-
2 πέδευσε περὶ τὰς Ἀμύκλας. Αἱ δ᾽ Ἀμύκλαι καλού-
μεναι, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρό-
τατος, καὶ καλλικαρπότατος· ἀπέχει δὲ τῆς Λακε-
3 δαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. ὑπάρχει δὲ καὶ τέμενος
Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ
τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς
4 θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι. Τῇ δ᾽ ἐπιούσῃ, πορθῶν
ἅμα τὴν χώραν, εἰς τὸν Πύῤῥου καλούμενον κατέβη
χάρακα. δύο δὲ τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐπιδραμὼν καὶ
δῃώσας τοὺς σύνεγγυς τόπους, κατεστρατοπέδευσε περὶ
5 τὸ Κάρνιον. ὅθεν ὁρμήσας, ἦγε πρὸς [t] Ἀσίνην· καὶ
ποιησάμενος προσβολὰς, [u] οὐδέν γε τῶν προὔργου περαί-
νων, ἀνέζευξε· καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιπορευόμενος ἔφθειρε τὴν
χώραν πᾶσαν, τὴν ἐπὶ τὸ Κρητικὸν πέλαγος τετραμ-
6 μένην, ἕως Ταινάρου. Μεταβαλλόμενος δ᾽ αὖθις, ἐποιεῖτο
τὴν πορείαν παρὰ [x] τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ

Amyclæ prope Lacedæmonem.

Laconicam usque ad Tænarum populatur Philippus.

[t] Ἀσσίνην MSti et edd. ante Casaub.
[u] οὐδὲν γε in οὐδὲν δὲ mutavit Casaub.
[x] Alii vulgo τὸν ναύστ.

populatus obiter Ætoliæ quam prætervehebatur oram, postridie ejus diei Lechæum appulerat. Deinde, continuato itinere, colles qui ad Menelaium Spartæ imminent, septimis castris attigit. Ut plerique, quum cernerent qua celeritate res gereret, vix factum crederent. *Lacedæmonii* igitur, inopinata rei novitate perterriti, quo se verterent in præsentia, quidve consilii caperent, nesciebant.

XIX. *Philippus* ad Amyclas primo die consedit. Quas vocant *Amyclas*, locus est, stadia circiter viginti distans ab urbe *Sparta;* qua præstantium arborum numero, qua fructuum optimorum copia, ante omnes alios excellens. Habet et *Apollinis fanum*, cuncta fere totius Laconicæ templa celebritate vincens. Sitæ autem sunt *Amyclæ* ad eam partem urbis quæ vergit ad mare. Postero die, agrum populatus, ad *Pyrrhi castra*, quæ vocant, descendit. Quumque per continuum biduum loca vicina devastasset, ad *Carnium* castris locum cepit. Inde *Asinam* duxit: conatusque illud oppidum oppugnare, quum nihil magnopere profecisset, motis signis, per omnem agrum qui Creticum mare spectat, *Tænarum* usque, infesto agmine populabundus ivit. Converso deinde itinere ad Lacedæmoniorum navale flexit, quod *Gythium* vocant,

Ol. 140. 2. καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δὲ
πόλεως ἀπέχει περὶ [y] τριάκοντα στάδια. τοῦτο δ' 7
ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρατοπέδευσε περὶ
τὴν [z] Ἑλίαν· ἥτις ἐστὶν, ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη,
πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν 8
ἀφιεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον πάντα
κατεπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς·
ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ
Λεύκας, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν [a] Βοιῶν χώραν.

Messenii serius Tegeam conveniunt.

XX. Οἱ δὲ Μεσσήνιοι, κομισάμενοι τὰ γράμματα
τὰ παρὰ τοῦ Φιλίππου, τὰ περὶ τῆς στρατείας, τῇ μὲν
ὁρμῇ τῶν ἄλλων οὐκ ἐλείποντο συμμάχων, ἀλλὰ τὴν
ἔξοδον ἐποιήσαντο μετὰ σπουδῆς, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους
ἄνδρας ἐξέπεμψαν, πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ
διακοσίους. τῷ δὲ μήκει τῆς ὁδοῦ καθυστερήσαντες τῆς 2
εἰς Τέγεαν παρουσίας τοῦ Φιλίππου, τὸ μὲν πρῶτον
ἠπόρουν, τί δέον εἴη ποιεῖν. ἀγωνιῶντες δὲ, μὴ δόξαιεν 3
ἐθελοκακεῖν, διὰ τὰς προγεγενημένας περὶ αὐτοὺς ὑπο-
ψίας· ὥρμησαν διὰ τῆς Ἀργείας εἰς τὴν Λακωνικὴν,

Messenii ad Glympes castra ponunt.

βουλόμενοι συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Φίλιππον. Παραγε- 4
νόμενοι δὲ πρὸς [b] Γλυμπεῖς χωρίον, ὃ κεῖται περὶ τοὺς
ὅρους τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς, πρὸς τοῦτο κατε-

[y] περὶ, quod abest vulgo, dedit Flor. et Perott. Pro τριάκ. autem videri potest διακόσια καὶ τριάκοντα ponendum. [z] Mutavi spiritum, quum in libris esset Ἐλίαν. [a] Sic Casaub. Ante eum edd. cum MStis Βοίων. Rectius fortasse Βοιατῶν. [b] Γλύμπεις videtur scribendum.

ubi portus est tutus, distans ab urbe triginta fere stadia. Mox relicto ad dextram Gythio circa *Heliam* consedit; quæ agri Laconici portio quædam est, omnium ejus partium et maxima et pulcerrima. Inde pabulatum dimisso milite, totum hunc locum omni clade belli affecit, et fruges fructusque universos, qui in eo erant, corrupit. Quin et *Acrias* usque, et *Leucas*, atque etiam ad *Bœarum* agrum, populationibus est perventum.

xx. *Messenii*, literis a Philippo acceptis de educendo milite, voluntate quidem propensa nemini sociorum cesserunt: quin summo studio expeditionem susceperunt, conscripto exercitu lectissimorum peditum ad bis mille, equitum ducentorum. Verum quia propter viæ longitudinem *Tegeam* occurrere ad eam diem, qua illuc Philippus venit, non poterant; serius advenientes, quid jam facto esset opus, ancipites animi primum dubitarunt. Veriti autem, ne, ob præteritas suspiciones, quibus laboraverant, de industria viderentur cessasse, per Argivorum fines *Laconicam* petere constituerunt; conjungi cum Philippo quam primum cupientes. Ad *Glympes* autem ut ventum, (castellum est, in confinio ditionis Argivorum et Laconum,)

5 στρατοπέδευσαν ἀπείρως ἅμα καὶ ῥαθύμως. οὔτε γὰρ A. U. 536.
τάφρον, οὔτε χάρακα τῇ παρεμβολῇ περιέβαλον, οὔτε
τόπον εὐφυῆ περιέβλεψαν· ἀλλὰ, τῇ τῶν κατοικούντων
τὸ χωρίον εὐνοίᾳ πιστεύοντες, ἀκάκως πρὸ τοῦ τείχους
6 αὐτοῦ παρενέβαλον. Ὁ δὲ Λυκοῦργος, προσαγγελ- Castris exuuntur a Lycurgo.
θείσης αὐτῷ τῆς τῶν Μεσσηνίων παρουσίας, ἀναλαβὼν
τοὺς μισθοφόρους, καί τινας τῶν Λακεδαιμονίων, προ-
ῆγε· καὶ συνάψας τοῖς τόποις ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ἐπέθετο
7 τῇ στρατοπεδείᾳ τολμηρῶς. οἱ δὲ Μεσσήνιοι, τἄλλα
πάντα κακῶς βουλευσάμενοι, καὶ μάλιστα [c] τὸ προελ-
θεῖν ἐκ τῆς Τεγέας, μὴ κατὰ τὸ πλῆθος ἀξιόχρεοι
ὑπάρχοντες, μήτε πιστεύοντες [d] ἐμπείροις, παρ' αὐτόν
γε τὸν κίνδυνον κατὰ τὴν ἐπίθεσιν ὅμως τὸ δυνατὸν ἐκ
8 τῶν πραγμάτων ἔλαβον πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. ἅμα
γὰρ τῷ συνιδεῖν ἐπιφαινομένους τοὺς πολεμίους, ἀφέμε-
9 νοι πάντων, σπουδῇ πρὸς τὸ χωρίον προσέφυγον. διόπερ
Λυκοῦργος τῶν μὲν ἵππων ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν πλεί-
στων, καὶ τῆς ἀποσκευῆς· τῶν δ' ἀνδρῶν ζωγρείᾳ μὲν
οὐδενὸς ἐκυρίευσε, τῶν δ' ἱππέων ὀκτὼ μόνον ἀπέκτεινε.
10 Μεσσήνιοι μὲν οὖν τοιαύτῃ περιπετείᾳ χρησάμενοι,
11 πάλιν δι' Ἄργους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπεκομίσθησαν. Ὁ Lycurgus ad Spartam Philippum exspectat.
δὲ Λυκοῦργος, μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ γεγονότι, παραγενό-
μενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα περὶ παρασκευὴν ἐγίγνετο·
καὶ συνήδρευε μετὰ τῶν φίλων, ὡς οὐκ ἐάσων τὸν

[c] τὸ ignorant MSti; ab Ursino adscivit Casaub. Forte τῷ fuerat scribendum.
[d] Ad ἐμπείροις forsan vocab. ἡγεμόσι cum Reisk. est adjiciendum.

castra metati sunt eo loci, et inscite, et negligenter. Nam neque fossa neque vallo se muniverunt; ac ne locum quidem stativis idoneum delegerant: sed benevolentiæ incolarum confisi, nihil quidquam mali suspectantes, pro mœnibus castelli consederunt. *Lycurgus*, de adventu Messeniorum factus certior, cum mercenario milite et paucis Lacedæmoniis eo ducit: et quum prima luce appropinquasset, magno impetu castra *Messeniorum* invadit. Illi, qui ceteroquin nihil pro sanis fecerant, maximeque in eo peccaverant, quod pedem Tegea efferre ausi erant, neque idoneum armatorum numerum habentes, neque peritorum consilio utentes; in ipsa tamen pugna adversus invadentem hostem, saluti suæ, quod quidem in ipsis fuit, non defuerunt. Nam ut primum apparere hostes viderunt, omnibus relictis impedimentis, ad ipsum castellum curriculo sese receperunt. Itaque supellectile quidem et equis plerisque *Lycurgus* est potitus: sed militum vivum quidem cepit neminem, octo tantum ex equitibus occidit. *Messenii*, hac clade affecti, per Argos patriam repetunt. *Lycurgus*, re bene gesta ferox, ubi Lacedæmonem est reversus, instruendo bello intentus, concilia cum amicis agitabat: et *Philippo* exeundi e Laconica potestatem, priusquam præ-

Ol. 140. 2. Φίλιππον ἐπανελθεῖν [e]ἐκ τῆς χώρας ἄνευ κινδύνου καὶ
συμπλοκῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐκ τῆς Ἑλίας ἀνα- 12
ζεύξας, προῆγε, πορθῶν ἅμα τὴν χώραν· καὶ τεταρ-
ταῖος αὖθις εἰς τὰς Ἀμύκλας κατῆρε παντὶ τῷ στρα-
τεύματι περὶ μέσον ἡμέρας.

XXI. Λυκοῦργος δὲ, διαταξάμενος περὶ τοῦ μέλλον-
τος κινδύνου τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς φίλοις, αὐτὸς μὲν
ἐξελθὼν ἐκ τῆς πόλεως, κατελάβετο τοὺς περὶ τὸ Μενε-
λάϊον τόπους, ἔχων τοὺς πάντας οὐκ ἐλάττους δισχι-
λίων. τοῖς δ' ἐν τῇ πόλει συνέθετο, προσέχειν τὸν νοῦν, 2
ἵν', ὅταν αὐτοῖς αἴρῃ τὸ σύνθημα, σπουδῇ κατὰ πλείους
τόπους ἐξαγαγόντες πρὸ τῆς πόλεως τὴν δύναμιν ἐκτάτ-
τωσι, [f]βλέπουσαν ἐπὶ τὸν Εὐρώταν, καθ' ὃν ἐλάχιστον
τόπον ἀπέχει τῆς πόλεως ὁ ποταμός. Τὰ μὲν οὖν περὶ 3
τὸν Λυκοῦργον καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐν τούτοις ἦν.
Ἵνα δὲ μὴ, τῶν τόπων ἀγνοουμένων, [g]ἀνυπότακτα καὶ 4
κωφὰ γίγνηται τὰ λεγόμενα, συνυποδεικτέον ἂν εἴη τὴν
φύσιν καὶ τάξιν αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ παρ' ὅλην τὴν 5
πραγματείαν πειρώμεθα ποιεῖν, συνάπτοντες καὶ συνοι-
κειοῦντες ἀεὶ τοὺς ἀγνοουμένους τῶν τόπων τοῖς γνωριζο-
μένοις καὶ παραδιδομένοις. Ἐπεὶ γὰρ τῶν κατὰ πό- 6
λεμον κινδύνων τοὺς πλείους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ
θάλατταν σφάλλουσιν αἱ τῶν τόπων διαφοραί· βουλό-

Menelaium, prope Lacedæmonem.

Locorum situs in Historia accurare designandus.

[e] ἐκ abest a vett. libris; ex Reg. B. recepit Casaub. [f] βλέπ. κατὰ edd. ex Bav. [g] Alii ἀνυπόδεικτα.

lii discrimen subiisset, videbatur non facturus. Rex, castris ex *Helia* motis, populabundus agmen ducens, quartis castris *Amyclas* cum universo exercitu circa meridiem est reversus.

XXI. *Lycurgus*, postquam ducibus amicisque suis necessaria ad futurum certamen præcepisset, cum bis mille omnino armatorum manu urbem ipse egressus, proxima *Menalaio* loca insidet: cum remanentibus in urbe constituit, ut signum, quod daturus ipsis erat, diligenter observarent; eoque sublato, militem propere multis simul locis oppido educerent, et, qua minimum a *Sparta* abest *Eurotas*, ibi ante ipsam urbem copias in aciem ita dirigerent, ut fluvium spectaret acies. Et *Lycurgus* quidem ac Lacedæmonii in his tum erant. Sed ne propter memorandorum locorum ignorationem sequens narratio confusa et vaga, atque ut ita dicam, surda existat; faciendum nobis, ut in rebus gestis commemorandis naturam simul ac situm locorum tradamus. Quod quidem ubique in hoc opere facere conamur, ut notis jam locis et in historiis priorum memoratis ignota connectamus componamusque. Quoniam enim et terra et mari res gerentibus plerisque ignorata locorum discrimina et proprietates

μεθα δὲ, πάντας, οὐχ οὕτω τὸ γεγονὸς, ὡς τὸ πῶς A. U. 536.
7 ἐγένετο, γινώσκειν· οὐ παρολιγωρητέον τῆς τῶν τόπων
ὑπογραφῆς, ἐν οὐδ' ὁποίᾳ μὲν τῶν πράξεων, ἥκιστα δ'
ἐν ταῖς πολεμικαῖς· οὐδ' ὀκνητέον, ποτὲ μὲν λιμέσι καὶ
πελάγεσι καὶ νήσοις συγχρῆσθαι σημείοις, ποτὲ δὲ
8 πάλιν, ἱεροῖς, ὄρεσι, [h] χώραις, ἐπωνύμοις· τὸ δὲ τελευ-
ταῖον, ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος διαφοραῖς, ἐπειδὴ κοινό-
9 ταται πᾶσιν ἀνθρώποις εἰσὶν αὗται. Μόνως γὰρ οὕτω
δυνατὸν, εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῶν ἀγνοουμένων τοὺς
10 ἀκούοντας, καθάπερ καὶ πρότερον εἰρήκαμεν. Ἔστι δ'
ἡ τῶν τόπων φύσις τοιαύτη, ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος.

XXII. Τῆς γὰρ Σπάρτης, τῷ μὲν καθόλου σχήματι, Spartæ situs.
περιφεροῦς ὑπαρχούσης, καὶ κειμένης ἐν τόποις ἐπι-
πέδοις, κατὰ μέρος δὲ περιεχούσης ἐν αὐτῇ [i] διαφόρους
2 ἀνωμάλους καὶ βουνώδεις τόπους· τοῦ δὲ ποταμοῦ
παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, ὃς
καλεῖται μὲν Εὐρώτας, γίγνεται δὲ τὸν πλείω χρόνον
3 ἄβατος διὰ τὸ μέγεθος· συμβαίνει τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν
τὸ Μενελάϊόν ἐστι, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ,
κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολὰς,
ὄντας τραχεῖς καὶ δυσβάτους καὶ διαφερόντως ὑψηλοὺς,
ἐπικεῖσθαι δὲ τῷ πρὸς τὴν πόλιν τοῦ ποταμοῦ διαστή-

[h] Hæc, cum vulgo conjuncta essent, interposita distinctione separavi. ὄρεσι χώραις ἐπωνύμοις suspicatus est Ernesti. [i] διαφόρους caret Bav.

sunt fraudi; nos autem optamus, ut omnes, qui nostra legent, non tantum quid actum fuerit, sed potissimum quo modo quæque res gesta sit, cognoscant: nulla quidem in parte omittenda nobis est locorum descriptio; nusquam vero minus, quam ubi bellicæ actiones explicantur: neque refugere debemus, quo minus modo portu aliquo, aut mari, aut insula, modo aliquo templo, monte, agro, aut aliquo cognomine; postremo cœli differentiis (quoniam harum notitia universis mortalibus maxime communis est) ad designanda loca, quibus quæque res gesta est, utamur. Hac quippe ratione sola, ut ante diximus, ad eorum locorum cognitionem, quæ adhuc ignorantur, perduci lectores queant. Est autem locorum, quibus de nunc agimus, natura hujusmodi.

XXII. *Sparta* urbs, si universam illius figuram spectes, formam habet rotundam; estque in planitie quidem sita, ita tamen, ut ex parte loca etiam aspera nonnulla atque tumulos in se contineat. Hanc ab Ortu præterlabitur amnis *Eurotas;* qui per majorem anni partem, propter aquarum copiam, vado transiri non potest. Illi autem tumuli, quibus impositum est *Menelaium*, ab altera fluminis sunt ripa, qua vergit urbs ad hibernum solis ortum: qui quum asperi sint difficilesque superatu, et insigni altitudine, prorsus imminent illi spatio, quod inter urbem

Ol. 140. 2.

ματι κυρίως· δι' οὗ φέρεται μὲν ὁ προειρημένος ποταμὸς 4
παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν· ἔστι δ' οὐ πλεῖον τὸ
πᾶν διάστημα, τριῶν ἡμισταδίων. δι' οὗ τὴν ἀνακομιδὴν 5
ἔδει ποιεῖσθαι κατ' ἀνάγκην τὸν Φίλιππον, ἐκ μὲν
εὐωνύμων ἔχοντα τὴν πόλιν καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους
ἑτοίμους καὶ παρατεταγμένους, ἐκ δεξιῶν δὲ τόν τε
ποταμὸν καὶ τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον, ἐπὶ τῶν λόφων
ἐφεστῶτας. Ἐμεμηχάνηντο δέ τι πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι 6
καὶ τοιοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι. φράξαντες γὰρ τὸν
ποταμὸν ἄνωθεν, ἐπὶ τὸν μεταξὺ τόπον τῆς πόλεως καὶ
τῶν βουνῶν ἐφῆκαν· οὗ διαβρόχου γενηθέντος, οὐχ οἷον
τοὺς ἵππους, ἀλλ' οὐδ' ἂν τοὺς πεζοὺς δυνατὸν ἦν
ἐμβαίνειν. διόπερ ἀπελείπετο, παρ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν 7
ὑπὸ τοὺς λόφους τὴν δύναμιν ἄγοντας, δυσπαραβοη-
θήτους καὶ μακροὺς αὐτοὺς ἐν πορείᾳ παραδιδόναι τοῖς
πολεμίοις. Εἰς ἃ βλέπων ὁ Φίλιππος, καὶ βουλευσά- 8
μενος μετὰ [k] τῶν φίλων, ἀναγκαιότατον ἔκρινε τῶν
παρόντων, τὸ τρέψασθαι πρώτους τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦρ-
γον ἀπὸ τῶν κατὰ Μενελάϊον τόπων. ἀναλαβὼν οὖν 9
τούς τε μισθοφόρους καὶ τοὺς πελταστάς, ἐπὶ δὲ τούτοις
καὶ τοὺς Ἰλλυριούς, προῆγε, διαβὰς τὸν ποταμόν, ὡς
ἐπὶ τοὺς λόφους. Ὁ δὲ Λυκοῦργος, συνθεωρῶν τὴν 10
ἐπίνοιαν τοῦ Φιλίππου, τοὺς μὲν μεθ' ἑαυτοῦ στρα-

Lycurgus et Lacedæmonii exspectant Philippum.

Philippus Lycurgum de Menelaio deturbare parat.

[k] τῶν ἄλλων ἡγεμόνων edd. ex Bav.

atque Eurotam est interjectum. Atque hoc intervallum universum, cum ipso amne, qui per illud juxta collium radices labitur, ultra stadium unum cum dimidio nequaquam patet. Hac necessario transeundum *Philippo* fuit in reditu: ita ut urbem, et Lacedæmonios paratos instructosque in acie, ad lævam haberet; ad dextram vero, tum amnem ipsum, tum *Lycurgi* copias, quæ colles insederant. Hoc amplius autem Lacedæmonii artificium istiusmodi erant commenti: obstructo namque flumine in superiore parte, restagnare aquam in illud quod diximus spatium, inter urbem et colles interceptum, fecerant: ut per locum irriguum ne pedites quidem tuto vestigium figere possent, nedum equites. Itaque illud unum supererat, ut præter radices montium et sub ipsos colles longo et minime ad subsidiandum sibi invicem apto agmine ductans exercitum, sese ac suos rex hostium telis exponeret. Hæc *Philippus* animadvertens, collato cum amicis consilio nihil magis necessarium ex præsentibus judicavit, quam ut *Lycurgum* primo de locis circa *Menelaium* deturbaret. Itaque mercenariis secum assumtis, cetratisque, et præter hos Illyriis, trajecto amne ad colles ducit. *Lycurgus*, Philippi consilio cognito, suos parare, et ad certamen accendere:

τιώτας ἡτοίμαζε καὶ παρεκάλει πρὸς τὸν κίνδυνον· τοῖς A. U. 536.
12 δὲ ἐν τῇ πόλει τὸ σημεῖον ἀνέφηνεν. οὗ γενομένου, παραυτίκα τοὺς πολιτικοὺς, οἷς ἐπιμελὲς ἦν, ἐξῆγον κατὰ τὸ συντεταγμένον πρὸ τοῦ τείχους, ποιοῦντες ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τοὺς ἱππεῖς.

Depellitur Lycurgus a Menelaio.

XXIII. Ὁ δὲ Φίλιππος, ἐγγίσας τοῖς περὶ τὸν Λυκοῦργον, τὸ μὲν πρῶτον [l]αὐτοὺς ἐφῆκε τοὺς μισθο-
2 φόρους. ἐξ οὗ καὶ συνέβη τὰς ἀρχὰς ἐπικυδεστέρως ἀγωνίζεσθαι τοὺς παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων· ἅτε καὶ τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῶν τόπων αὐτοῖς οὐ μικρὰ
3 συμβαλλομένων. ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν πελταστὰς ὁ Φίλιππος ὑπέβαλε τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἐφεδρείας ἔχοντας τάξιν, τοῖς δ' Ἰλλυριοῖς ὑπεράρας ἐκ πλαγίων ἐποιεῖτο
4 τὴν ἔφοδον· [m]τότε δὴ συνέβη, τοὺς μὲν παρὰ τοῦ Φιλίππου μισθοφόρους, ἐπαρθέντας τῇ τῶν Ἰλλυριῶν καὶ πελταστῶν ἐφεδρείᾳ, πολλαπλασίως ἐπιρρωσθῆναι πρὸς τὸν κίνδυνον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦ Λυκούργου, καταπλαγέντας τὴν τῶν βαρέων ὅπλων ἔφοδον, [n]ἐκκλίναντας
5 φυγεῖν. Ἔπεσον μὲν οὖν αὐτῶν εἰς ἑκατὸν, ἑάλωσαν δὲ μικρῷ πλείους· οἱ δὲ λοιποὶ διέφυγον εἰς τὴν πόλιν. ὁ δὲ Λυκοῦργος αὐτὸς, ταῖς ἀνοδίαις ὁρμήσας, νύκτωρ μετ' ὀλίγων ἐποιήσατο τὴν εἰς τὴν πόλιν πάροδον.
6 Φίλιππος δὲ τοὺς μὲν λόφους τοῖς Ἰλλυριοῖς κατελά-

[l] αὐτοὺς ἐφῆκε ex conject. scripsi cum Reiskio. Vulgo omnes αὐτοῖς. [m] δὴ carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. Urb. [n] ἐγκλίναντας Flor. Urb.

simul iis qui in urbe erant, signum dare. Quod ubi sublatum est in altum, extemplo urbanarum copiarum duces, sicut mandatum ipsis fuerat, urbe illas educunt, et pro mœnibus aciem instruunt; in cujus dextro cornu equites sunt locati.

XXIII. Macedo, ut propius *Lycurgum* est ventum, mercenarios ire in hostem, et pugnæ initium facere jubet. Unde etiam accidit, ut principio certaminis Lacedæmonii, quos et armatura et loci ingenium adjuvabat, secundiore fortuna pugnarent. Verum postquam cetratos *Philippus* subsequi illos jussit, et in usum subsidii a tergo pugnantium stare, atque ipse, circumductis Illyriis, a lateribus hostes cœpit invadere: tum enimvero mercenarii quidem regis, præsidio cetratorum et Illyriorum feroces, multis partibus acrius ac fortius in pugnam incumbere; Lycurgeus vero miles, ingruentis sibi gravis armaturæ metu perculsus, acie inclinata fugæ sese mandare. Desiderati sunt ex horum numero fere centum: capti aliquanto plures: reliqui in urbem fuga se receperunt. *Lycurgus* ipse, avia pervagatus, noctis silentio cum paucis Spartam rediit. *Philippus* Illyriorum opera colles occupat: ipse cum expedito milite et

Ol. 140. 2. βετο· τοὺς δ' εὐζώνους ἔχων καὶ πελταστὰς, ἐπανῄει
πρὸς τὴν δύναμιν. Ἄρατος δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, 7
ἄγων ἐκ τῶν Ἀμυκλῶν τὴν φάλαγγα, σύνεγγυς ἦν ἤδη
τῆς πόλεως. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, διαβὰς τὸν ποταμὸν, 8
ἐφήδρευε τοῖς εὐζώνοις καὶ πελτασταῖς, [o]ἔτι δὲ τοῖς
ἱππεῦσιν, [p]ἕως τὰ βαρέα τῶν ὅπλων ὑπ' αὐτοὺς τοὺς
βουνοὺς ἀσφαλῶς διῄει τὰς δυσχωρίας. Τῶν δ' ἐκ τῆς 9
πόλεως ἐπιβαλλομένων ἐγχειρεῖν τοῖς ἐφεδρεύουσι τῶν
ἱππέων, καὶ γενομένης συμπλοκῆς ὁλοσχερεστέρας, καὶ
τῶν πελταστῶν εὐψύχως ἀγωνισαμένων· καὶ περὶ τοῦτον 10
τὸν καιρὸν Φίλιππος ὁμολογούμενον προτέρημα ποιήσας,
καὶ συνδιώξας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων ἱππεῖς εἰς τὰς
πύλας, μετὰ ταῦτα διαβὰς ἀσφαλῶς τὸν Εὐρώταν,
ἀπουράγει τοῖς αὑτοῦ φαλαγγίταις.

Erumpentes Spartanos in urbem compellit Philippus.

Castra Philippi prope Spartam.

XXIV. Ἤδη δὲ τῆς ὥρας συναγούσης [q]ἅπαντας,
ἀναγκαζόμενος αὐτοῦ στρατοπεδεύειν, περὶ τὴν ἐκ τῶν
στενῶν ἔξοδον ἐχρήσατο στρατοπεδείᾳ· κατὰ σύμπτωμα 2
τῶν ἡγουμένων [r]περιβαλομένων τοιοῦτον τόπον, οἷον οὐκ
ἂν ἄλλον τις εὕροι, βουλόμενος εἰς τὴν χώραν τῆς
Λακωνικῆς παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν ποιεῖσθαι τὴν εἰσβολήν.
Ἔστι γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῶν προειρημένων στενῶν, ὅταν 3
ἀπὸ τῆς Τεγέας ἢ καθόλου τῆς μεσογαίου παραγιγνό-

[o] ἔτι δὲ ex conject. oræ Reg. B. inscripta recepit Casaub. Ante hunc edd. cum MStis mendose ἐπὶ δὲ. [p] ἕως ex ead. ora Reg. B. adscitum est, cum abesset a libris omnibus. [q] Mendose ἅπαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [r] περιβαλλομένων Flor. περιλαβομένων Casaub. invitis MStis.

cetratis ad exercitum revertitur. Per idem tempus *Aratus* phalangem *Amyclis* ducebat: quo ad urbem jam appropinquante, rex transit flumen, et cum levi armatura cetratisque et equitibus in subsidiis mansit, donec graviter armati juxta colles ipsos angustias viarum sine periculo sunt emensi. Conantibus interim oppidanis subsidiarios equites adoriri, magno excitato certamine, ita fortiter pugnarunt cetrati, ut etiam hac in parte non ancipitem rex victoriam consequeretur: qui, fugatis Lacedæmoniorum equitibus ad portas usque, mox amnem Eurotam sine discrimine transgressus, phalangis suæ agmen extremum cogebat.

XXIV. Quum vero hora diei omnes jam de recipiendo se admoneret; coactus eo loci considere *Philippus*, in ipso exitu angustiarum castra est metatus. Eveneratque forte fortuna, ut viarum ductores ejusmodi locum ad castrametationem caperent, cui similem alium nemo inveniat, habens in animo præter urbem ipsam facere in Laconicam impressionem. Venientibus namque Tegea, sive omnino ex mediterranea parte Peloponnesi, in

μενος ἐγγίζῃ τις τῇ Λακεδαίμονι, τόπος ἀπέχων μὲν A. U. 536.
τῆς πόλεως δύο μάλιστα σταδίους, ἐπ' αὐτοῦ δὲ κείμε- Castra Philippi prope
4 νος τοῦ ποταμοῦ. τούτου δὲ συμβαίνει τὴν μὲν ἐπὶ τὴν Spartam.
πόλιν καὶ τὸν ποταμὸν βλέπουσαν πλευρὰν περιέχεσθαι
πᾶσαν [s]ἀνόδῳ μεγάλῃ καὶ παντελῶς ἀπροσίτῳ· τὸ δ'
ἐπὶ τοῖς κρημνοῖς τούτοις χωρίον, ἐπίπεδόν ἐστι καὶ
[t]γεῶδες καὶ κάθυδρον, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὰς εἰσαγωγὰς
5 καὶ τὰς ἐξαγωγὰς τῶν δυνάμεων εὐφυῶς κείμενον· ὥστε
τὸν στρατοπεδεύσαντα ἐν αὐτῷ, καὶ κατασχόντα τὸν
ὑπερκείμενον λόφον, δοκεῖν μὲν ἐν ἀσφαλεῖ στρατοπε-
δεύειν διὰ τὴν παράθεσιν τῆς πόλεως· στρατοπεδεύειν
δὲ ἐν καλλίστῳ, κρατοῦντα τῆς εἰσόδου καὶ τῆς διόδου
6 [u]τῶν στενῶν. Πλὴν ὅγε Φίλιππος, καταστρατοπε-
δεύσας ἐν τούτῳ μετ' ἀσφαλείας, τῇ κατὰ πόδας
ἡμέρᾳ τὴν μὲν ἀποσκευὴν προαπέστειλε, τὴν δὲ δύναμιν
ἐξέταξεν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, εὐσύνοπτον τοῖς ἐκ τῆς
7 πόλεως. χρόνον μὲν οὖν τινα βραχὺν ἔμεινε· μετὰ δὲ
ταῦτα κλίνας ἐπὶ κέρας, ἦγε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς
8 ἐπὶ Τέγεαν. Συνάψας δὲ τοῖς τόποις, ἐν οἷς Ἀντίγονος Ex Laconica Corinthum redit Philippus.
καὶ Κλεομένης συνεστήσαντο τὸν κίνδυνον, αὐτοῦ κατε-
9 στρατοπέδευσε. τῇ δ' ἑξῆς θεασάμενος τοὺς τόπους,
καὶ θύσας τοῖς θεοῖς ἐφ' ἑκατέρου τῶν λόφων, ὧν ὁ μὲν
Ὄλυμπος, ὁ δ' Εὔας καλεῖται, μετὰ ταῦτα προῆγε,

[s] ἀποδῶ vel ἀποδῶ Vat. Aug. Reg. A. quod in ἀφόδῳ mutavit Flor. [t] γαιῶδες Vat. Reg. A. Ursin. [u] τῶν στενῶν. Sic correxi. Articulo plane carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. Alieno loco cum Bav. ponunt editi, τῶν τῆς εἰσόδου καὶ τῆς διόδου στενῶν.

aditu ipso illarum faucium, cum *Spartæ* jam appropinquas, ad duo ab urbe stadia in fluminis ripa locus ille occurrit: cujus lateri ei, quod urbem fluviumque respicit, longum ac difficile jugum prorsusque inaccessum prætexitur; at super istis præruptis cautibus campus est planus, terrenus, et aquarum copia abundans, ad introducendum pariter educendumque militem opportune situs: ut, qui ibi castra posuerit, et imminentem collem semel occupaverit, consedisse in tuto dici possit, quod ad propinquam quidem urbem attinet; simulque commodissimo loco, quandoquidem et aditum faucium et transitum in sua habet potestate. Ceterum *Philippus*, postquam ibi extra periculum quievisset, postero die, præmissis impedimentis, in locis planis aciem in oculis oppidanorum instruit: et, quum pugnandi potestatem ad breve tempus fecisset hostibus, mox detorquens aciem in alterum cornu, *Tegeam* agmen ducit. Ut ad id locorum est ventum, ubi Antigonus et Cleomenes olim pugnaverant: rex stativa ibi habet: dieque insequenti loca illa contemplatus, post rem divinam factam in utriusque collis vertice, quorum alteri Olympo, alteri Evæ nomen; postrema acie valide

Ol. 140. 2. στεῤῥοποιησάμενος τὴν οὐραγίαν. ἀφικόμενος δ' εἰς 10
Τέγεαν, καὶ λαφυροπωλήσας πᾶσαν τὴν λείαν, καὶ
μετὰ ταῦτα ποιησάμενος δι' Ἄργους τὴν πορείαν, ἧκε
μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κόρινθον. Παρόντων δὲ καὶ 11
πρεσβευτῶν παρά τε Ῥοδίων καὶ Χίων, περὶ διαλύσεως
τοῦ πολέμου, χρηματίσας τούτοις, καὶ συνυποκριθεὶς,
καὶ φήσας, ἕτοιμος εἶναι διαλύεσθαι καὶ νῦν καὶ πάλαι
πρὸς Αἰτωλούς· τούτους μὲν ἐξέπεμπε, διαλέγεσθαι
κελεύσας καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς περὶ τῆς διαλύσεως.
Αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς τὸ [x] Λέχαιον, ἐγίγνετο περὶ 12
πλοῦν, ἔχων τινὰς πράξεις ὁλοσχερεστέρας ἐν τοῖς περὶ
Φωκίδα τόποις.

Leontius seditionem excitat militum.

XXV. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, οἱ περὶ τὸν
Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν καὶ Πτολεμαῖον, ἔτι πεπεισ-
μένοι καταπλήξεσθαι τὸν Φίλιππον, καὶ λύειν τῷ τοι-
ούτῳ τρόπῳ τὰς προγεγενημένας ἁμαρτίας, ἐνέβαλον
λόγους εἴς τε τοὺς πελταστὰς καὶ τοὺς ἐκ τοῦ λε-
γομένου παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἀγήματος· ὅτι κιν- 2
δυνεύουσι μὲν ὑπὲρ πάντων, γίγνεται δ' αὐτοῖς οὐδὲν τῶν
δικαίων, οὐδὲ κομίζονται τὰς λείας τὰς γιγνομένας
αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐθισμῶν. Δι' ὧν παρώξυναν τοὺς νεανί- 3
σκους, συστραφέντας ἐγχειρῆσαι διαρπάζειν μὲν τὰς
τῶν ἐπιφανεστάτων φίλων καταλύσεις, ἐκβάλλειν δὲ
τὰς θύρας καὶ κατακόπτειν τὸν κέραμον τῆς τοῦ βασι-
λέως αὐλῆς. Τούτων δὲ συμβαινόντων, καὶ τῆς πόλεως 4

[x] Λέχεον h. l. dant libri nostri: et sic mox rursus, et passim alibi.

firmata, *Tegeam* contendit. Tegeæ quum prædam omnem curasset divendi, itinere dein per Argos habito, cum universo exercitu *Corinthum* pervenit. Ibi quum adessent *Rhodiorum et Chiorum legati*, de componendo bello missi; his legationibus operam rex dedit: et, simulatione usus, quum *paratum se* diceret *et nunc esse, et jam pridem fuisse, ad transigendum cum Ætolis*, eos dimisit; jussos, cum eisdem Ætolis pariter de pace agere. Ipse ad Lechæum descendit, et ad trajiciendum se parat; spem habens rerum quarumdam majoris momenti in *Phocide* conficiendarum.

XXV. Circa idem tempus, *Leontius, Megaleas*, et *Ptolemæus;* sperantes adhuc terreri *Philippum* posse, atque hoc pacto delicta sua priora fore tecta; apud cetratos, et eos qui more Macedonum *Agema* dicuntur, hujusmodi sermones jaciunt: *pericula quidem pro omnibus ipsos adire; ceterum nihil juris prorsus ipsis jam esse relictum; ac ne prædam quidem concedi quæ ex more ipsis deberetur.* His verbis animos juvenum ita incenderunt, ut divisi in cuneos præcipuorum ex amicis regis diversoria aggrederentur, et fores quoque regii prætorii revellerent, tegulasque effringerent. Quo facto, quum

ὅλης ἐν θορύβῳ καὶ ταραχῇ καθεστώσης, ἀκούσας ὁ
Φίλιππος, ἧκε μετὰ σπουδῆς ἐκ τοῦ Λεχαίου, θέων εἰς
5 τὴν πόλιν. καὶ συναγαγὼν εἰς τὸ θέατρον τοὺς Μακε-
δόνας, τὰ μὲν παρεκάλει, τὰ δ' ἐπέπληττε πᾶσιν ἐπὶ
6 τοῖς πεπραγμένοις. θορύβου δ' ὄντος καὶ πολλῆς [y] ἀκρι-
σίας, καὶ τῶν μὲν οἰομένων δεῖν ἄγειν καὶ βάλλειν τοὺς
αἰτίους, τῶν δὲ διαλύεσθαι καὶ μηδενὶ μνησικακεῖν·
7 τότε μὲν ὑποκριθεὶς ὡς πεπεισμένος, καὶ παρακαλέσας
πάντας, ἐπανῆλθε· σαφῶς μὲν εἰδὼς τοὺς ἀρχηγοὺς
τῆς κινήσεως γεγονότας, οὐ προσποιηθεὶς δὲ, διὰ τὸν
καιρόν.

A. U. 536.
Leontius seditionem excitat militum.

XXVI. Μετὰ δὲ τὴν ταραχὴν ταύτην αἱ μὲν ἐν
τῇ Φωκίδι [z] προφανεῖσαι πράξεις, ἐμποδισμούς τινας
2 ἔσχον. Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, ἀπεγνωκότες τὰς ἐν
αὐτοῖς ἐλπίδας, διὰ τὸ μηδὲν σφίσι προχωρεῖν τῶν
ἐπινοουμένων, κατέφευγον ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν· καὶ δια-
πεμπόμενοι συνεχῶς ἐκάλουν αὐτὸν ἐκ τῆς Χαλκίδος,
ἀπολογιζόμενοι τὴν περὶ σφᾶς ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν
3 ἐκ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα διαφορᾶς. συνέβαινε δὲ τὸν
Ἀπελλῆν πεποιῆσθαι τὴν ἐν Χαλκίδι διατριβὴν ἐξου-
4 σιαστικώτερον τοῦ καθήκοντος αὐτῷ. τὸν μὲν γὰρ
βασιλέα, νέον ἔτι καὶ τὸ πλεῖον ὑπ' αὐτὸν ὄντα, καὶ

Apellem Chalcide arcessit Leontius.

[y] ἀκρισίας recte Casaubonus cum Ursino et Reg. B. Libri vett. mendose ἀκριβείας. [z] Vulgo editum est προφανεῖς nullo plane sensu. Terminatio αι, quæ extremo verbo προφανεῖς olim erat superscripta, temere deinde neglecta est a librariis.

trepidationis ac tumultus plena jam omnia essent in urbe, *Philippus*, re cognita, e Lechæo in urbem ingenti celeritate accurrit. Deinde convocatos in theatro Macedones, partim monere, partim, propter illa quæ facta erant, universos increpare. Orto autem tumultu magnaque perturbatione, quum alii dicerent, ducendos in vincula cædendosque seditionis auctores; alii, dimittendos, ac veniam dandam; tum quidem dissimulata mente sua rex, tamquam effecisset quod voluerat, cohortatus omnes, concione discessit: ugnarus probe, quinam primi seditionis incentores exstitissent; verum in præsentia dissimulandum id sibi esse ratus.

XXVI. Composito isto tumultu, occasio aliquid in Phocide moliendi quæ *Philippo* fuerat ostensa, certis de caussis est impedita. *Leontius* vero, postquam vidit omnia sua consilia frustra esse, de salute jam sua desperans, *Apellis* opem imploravit: mittendisque subinde nunciis, quibus significabat ipsi, quantis difficultatibus atque incommodis ob susceptam cum rege simultatem circumveniretur, e Chalcide eum arcessebat. *Apelles* autem, dum *Chalcide* morabatur, licenter omnia et pro libidine agebat. Regem enim, utpote juvenem admodum, auctoritate sua plurimum regi, neque habere ullius rei potestatem, persuaserat hominibus:

Ol. 140. 2. μηδενὸς κύριον, ἀπεδείκνυε· τὸν δὲ τῶν πραγμάτων
χειρισμὸν, καὶ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν, εἰς ἑαυτὸν ἐπαν-
ῆγε. Διόπερ οἵ τε ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θετταλίας 5
ἐπιστάται καὶ χειρισταὶ τὴν ἀναφορὰν ἐποιοῦντο πρὸς
ἐκεῖνον, αἵ τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ἐν τοῖς ψηφίσ-
μασι καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἐπὶ βραχὺ μὲν ἐμνη-
μόνευον τοῦ βασιλέως· τὸ δ' ὅλον αὐτοῖς ἦν καὶ τὸ
πᾶν Ἀπελλῆς. Ἐφ' οἷς ὁ Φίλιππος, πυνθανόμενος, 6
πάλαι μὲν ἐσχετλίαζε, καὶ δυσχερῶς ἔφερε τὸ γιγνό-
μενον· ἅτε καὶ παρὰ πλευρὰν ὄντος Ἀράτου, καὶ
πραγματικῶς ἐξεργαζομένου τὴν ὑπόθεσιν· ἀλλ' ἐκαρ-
τέρει, καὶ πᾶσιν ἄδηλος ἦν, ἐπὶ τί φέρεται, καὶ ἐπὶ
ποίας ὑπάρχει γνώμης. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, ἀγνοῶν τὰ 7
κατ' αὐτὸν, πεπεισμένος δὲ, ἂν εἰς ὄψιν ἔλθῃ τῷ
Φιλίππῳ, πάντα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διοικήσειν,
ὥρμησε, τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐπικουρήσων, ἐκ τῆς
Χαλκίδος. Παραγενομένου δὲ εἰς Κόρινθον αὐτοῦ, 8
μεγάλην σπουδὴν ἐποιοῦντο καὶ [a]παρώξυναν τοὺς νέους
εἰς τὴν ἀπάντησιν οἱ περὶ τὸν Λεόντιον καὶ Πτολεμαῖον
καὶ Μεγαλέαν, ὄντες ἡγεμόνες τῶν τε πελταστῶν καὶ
τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων συστημάτων. γενομένης 9
δὲ τῆς εἰσόδου [b]τραγικῆς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπαντη-
σάντων ἡγεμόνων καὶ στρατιωτῶν, ἧκε πρὸς τὴν αὐλὴν ὁ

Magna cum pompa Corinthum intrat Apelles.

[a] παρώξυνον Flor. Idem paulo ante εἰς τὴν Κόρινθον. [b] στρατηγικῆς editio Herv. et seqq. cum Aug. et Reg. A.

itaque administrationem omnem rerum et summum imperium ad se trahebat. Quamobrem et, qui per Macedoniam ac Thessaliam in magistratibus aut negotiorum procurationibus erant constituti, ad ipsum de omnibus referebant; et Græciæ urbes, in suis decretis, et in honoribus donisque deferendis, levem admodum regis mentionem facientes, *Apellis* nomine primam pariter et imam ceram complebant. Quæ *Philippus* quum intelligeret, etsi rem indignam neque ferendam sibi dudum existimaverat; (præsertim quum *Aratus* etiam fodicaret illi latus, et exsequendo proposito suo sollerter intenderet:) sustinebat se tamen; adeo ut, quid moliretur, aut quid in animo haberet, nemo omnium sciret. *Apelles* igitur, Philippi mentem prorsus ignorans; haud dubitans vero, quin, ubi semel in conspectum regis venisset, omnia ex animi sui sententia esset confecturus; ad ferendum Leontio auxilium Chalcide proficiscitur. Quo Corinthum adventante, *Leontius*, *Ptolemæus* et *Megaleas*, qui cetratorum et aliorum corporum nobilissimorum præfecturas obtinebant, summo studio et assiduo juvenum hortatu effecerunt, ut obviam illi prodiretur. Quod quum multi et duces et milites fecissent, fuissetque ejus introitus in urbem affectata quadam

10 προειρημένος εὐθέως ἐκ πορείας. Βουλομένου δ' αὐτοῦ κατὰ τὴν προγεγενημένην συνήθειαν εἰσιέναι, παρακατέσχε τις τῶν ῥαβδούχων κατὰ τὸ συντεταγμένον,
11 φήσας, οὐκ εὐκαίρως ἔχειν τὸν βασιλέα. ξενισθεὶς δὲ, καὶ διαπορήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον διὰ τὸ παράδοξον, ὁ μὲν Ἀπελλῆς ἐπανῆγε διατετραμμένος· οἱ δὲ λοιποὶ παραχρῆμα πάντες ἀπέῤῥεον ἀπ' αὐτοῦ προφανῶς, ὥστε τὸ τελευταῖον μόνον μετὰ τῶν ἰδίων παίδων εἰσελ-
12 θεῖν εἰς τὴν αὐτοῦ κατάλυσιν. Βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι· μάλιστα δὲ τοὺς ἐν [c] τοῖς βασιλείοις.
13 Ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. [d] ἐκεῖναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν, ἄρτι χαλκοῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἴσχουσιν· οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ
14 γίγνονται. Ὁ δὲ Μεγαλέας, ὁρῶν παρὰ δόξαν ἐκβαίνουσαν αὐτοῖς τὴν ἐπικουρίαν τὴν κατὰ τὸν Ἀπελλῆν,
15 φόβου πλήρης ἦν, καὶ περὶ δρασμὸν ἐγένετο. ὁ δ' Ἀπελλῆς ἐπὶ μὲν τὰς συνουσίας καὶ [e] τοιαῦτα τῶν τιμῶν παρελαμβάνετο· τῶν δὲ διαβουλίων καὶ τῆς
16 μεθ' ἡμέραν συμπεριφορᾶς, οὐ μετεῖχε. Ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Φωκίδα πράξεις

A. U. 536. Ad regem non admittitur.

Aulici calculis computatorum sunt similes.

Megaleas aufugit.

In Phocidem frustra abit Philippus.

[c] ταῖς βασιλείαις Vat. Flor. Aug. Reg. A. [d] ἐκεῖναί τι correxi cum Reiskio. Vulgo omnes ἐκεῖνοί τε. [e] Aut τὰ τοιαῦτα legendum cum Reiskio, aut τοιαύτας τῶν τιμῶν.

pompa celebratus; ipse ex itinere confestim ad aulam perrexit. At ubi ad regem, pro veteri sua consuetudine, recta vult introire; unus e lictoribus, cui id negotii fuerat mandatum, retinuit; *non vacare*, dicens, *nunc regi.* Novitate rei insolitæ conturbatus *Apelles*, et diu quid faceret dubitans, pedem tandem anxius et confusus referre: ceteri palam ab ejus comitatu dilabi: ut ad extremum pueris dumtaxat suis stipatus hospitium ingrederetur. Enimvero, quum in universum omnes mortales *parvis momentis et sublimes evehantur, et rursum dejiciantur;* tum in iis *qui regum aulas colunt*, id præcipue locum habet. Plane enim *similes* isti *sunt calculis*, quos in tabulis calculatoriis est videre: nam ut hi, pro lubitu calculantis, modo chalcum (sive oboli octavam partem) valent, modo talentum; ita etiam *aulici, ad regis nutum, beati aut miseri* repente existunt. *Megaleas*, postquam adeo præter opinionem ea spe auxilii, quam in Apelle posuerat, destitutum se videt, metu plenus fugam occupare cogitat. *Apelles* vero ad cœnam quidem et id genus honores admittebatur: at in deliberationibus habendis, et in diurna regis conversatione, nullus erat ei locus. Proximis diebus, in *Phocidem* ad ea exsequenda, quæ dudum moliebatur, trajecturus e Lechæo *Phi-*

N 2

Ol. 140. 2. πάλιν ἐκ τοῦ Λεχαίου ποιούμενος τὸν πλοῦν, ἐπεσπάσατο τὸν Ἀπελλῆν. διαπεσούσης δ' αὐτῷ τῆς ἐπιβολῆς, οὗτος μὲν αὖθις ἐξ Ἐλατείας ἀνέστρεφε.

XXVII. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Μεγαλέας εἰς τὰς Ἀθήνας [f]ἀπεχώρησε, καταλιπὼν τὸν Λεόντιον [g]ἔγγυον τῶν εἴκοσι ταλάντων. τῶν δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις 2
στρατηγῶν οὐ προσδεξαμένων αὐτὸν, μετῆλθε πάλιν εἰς τὰς Θήβας. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀναχθεὶς ἐκ τῶν κατὰ 3
Κίῤῥαν τόπων, κατέπλευσε μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν εἰς τὸν τῶν Σικυωνίων λιμένα· κἀκεῖθεν ἀναβὰς εἰς τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἄρχοντας παρῃτήσατο, [h]πρὸς δὲ τὸν Ἄρατον καταλύσας, μετὰ τούτου τὴν πᾶσαν ἐποιεῖτο διαγωγὴν, τῷ δ' Ἀπελλῇ συνέταξε πλεῖν εἰς Κόρινθον. προσπεσόντων δὲ τῶν κατὰ τὸν Μεγαλέαν αὐτῷ, τοὺς 4
μὲν πελταστὰς, ὧν ἡγεῖτο Λεόντιος, εἰς τὴν Τριφυλίαν ἐξαπέστειλε μετὰ Ταυρίωνος, ὥς τινος χρείας κατεπειγούσης· τούτων δὲ ἀφορμησάντων, ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τὸν Λεόντιον πρὸς τὴν ἀναδοχήν. Συνέντες δ' οἱ πελ- 5
τασταὶ τὸ γεγονὸς, διαπεμψαμένου τινὰ πρὸς αὐτοὺς τοῦ Λεοντίου, πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν βασιλέα· παρακαλοῦντες, εἰ μὲν πρὸς ἄλλο τι πεποίηται τὴν [i]ἀπαγωγὴν τοῦ Λεοντίου, μὴ χωρὶς αὐτῶν ποιή-

Philippus Sicyone ad Aratum divertit.

Leontius in vincula ducitur.

[f] ἀνεχώρησε edd. [g] ἔγγυον ex vestigiis corruptæ scripturæ librorum vett. restitui; a quibus longius recedit ἐγγυητὴν, quod ex conject. Ursini et Reg. B. recepit Casaubonus. [h] πρὸς δὲ τὸν Ἄρατον. Sic correxit Casaub. Libri omnes τὸν δὲ Ἄρατον, absque præpositione. An debuerunt ἐν δ' Ἀράτου? [i] ἀπαγωγὴν scripsi cum Reg. B. Ceteri omnes ἐπαγωγὴν.

lippus, Apellem sibi comitem adjunxit. Postquam vero ad irritum spes illa ei cecidit, ab Elatea rursus est retrogressus.

XXVII. Quo quidem tempore *Megaleas*, derelicto Leontio, qui pro viginti talentorum summa fidem suam ejus nomine obstrinxerat, Athenas concessit: deinde, quoniam a magistratibus Atheniensium non admittebatur, Thebas se contulit. Rex, cum satellitio suo *Cirrha* profectus, ad *Sicyoniorum* portum naves applicat: mox ut in urbem adscendit, quum principes civitatis hospitio illum invitarent, comitate illorum non usus, ad *Aratum* divertit, et cum eo omne tempus transigebat; Apellem vero Corinthum jussit navigare. Mox cognita *Megaleæ* fuga, cetratos, quorum dux erat Leontius, in Triphyliam cum Taurione, tamquam opera illorum in aliqua necessaria re usurus, mittit; statimque post horum discessum *Leontium* ad luendam pecuniam, pro qua spoponderat, in vincula duci jubet. Qua de re certiores facti cetrati per quemdam a Leontio missum, regem per legatos orant, *si propter aliam caussam aliquam Leontium duci jussisset, ne ipsis absenti-*

6 σασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων κρίσιν· εἰ δὲ μὴ, A. U. 536.
ὅτι νομιοῦσι μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι καὶ καταγινώ-
σκεσθαι [k] πάντες· εἶχον γὰρ ἀεὶ τὴν τοιαύτην ἰσηγορίαν
7 Μακεδόνες πρὸς τοὺς βασιλεῖς· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἐγγύην
τοῦ Μεγαλέου, διότι τὰ χρήματα κατὰ κοινὸν εἰσ-
8 ενέγκαντες, ἐκτίσουσιν αὐτοί. Τὸν μὲν οὖν Λεόντιον ὁ Occiditur a Philippo.
βασιλεὺς, παροξυνθεὶς, θᾶττον ἢ προέθετο, διὰ τὴν τῶν
πελταστῶν φιλοτιμίαν, ἐπανείλετο.

XXVIII. Οἱ δὲ παρὰ τῶν Ῥοδίων καὶ Χίων πρέσ- Induciæ Philippi cum Ætolis.
βεις ἐπανῆκον ἐκ τῆς Αἰτωλίας· ἀνοχάς τε πεποιημένοι
τριακονθημέρους, καὶ πρὸς τὰς διαλύσεις ἑτοίμους φά-
2 σκοντες εἶναι τοὺς Αἰτωλούς· καὶ τεταγμένοι ῥητὴν
ἡμέραν, εἰς ἣν ἠξίουν τὸν Φίλιππον ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ
Ῥίον, ὑπισχνούμενοι πάντα ποιήσειν τοὺς Αἰτωλοὺς,
3 ἐφ᾽ ᾧ συνθέσθαι τὴν εἰρήνην. Ὁ δὲ Φίλιππος, δεξάμενος
τὰς ἀνοχὰς, τοῖς μὲν συμμάχοις ἔγραψε, διασαφῶν,
πέμπειν εἰς Πάτρας τοὺς συνεδρεύσοντας καὶ βουλευσο-
μένους ὑπὲρ τῆς πρὸς Αἰτωλοὺς διαλύσεως· αὐτὸς δ᾽ ἐκ
τοῦ Λεχαίου κατέπλευσε δευτεραῖος εἰς τὰς Πάτρας.
4 Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐπιστολαί τινες ἀνεπέμ- Megaleas incitat Ætolos.
φθησαν πρὸς αὐτὸν ἐκ τῶν κατὰ τὴν Φωκίδα τόπων,
παρὰ τοῦ Μεγαλέα διαπεμπόμεναι πρὸς τοὺς Αἰτω-
λοὺς, ἐν αἷς ἦν παράκλησίς τε τῶν Αἰτωλῶν, θαῤῥεῖν
καὶ μένειν ἐν τῷ πολέμῳ, διότι τὰ κατὰ τὸν Φίλιππον

[k] πάντως edd. ex Bav.

bus de accusatione illius vellet cognoscere: alioquin in suam maximam contumeliam et contemtum ipsorum omnium id fieri putaturos. (Sic enim Macedones cum suis regibus libere loquendi potestatem semper habuerunt.) *Sin autem ex caussa sponsionis pro Megalea ductus foret; paratos se esse, collatitia pecunia id nomen expungere.* Offendit gravissime regem tantus hic cetratorum erga Leontium favor ac studium: propterea que citius, quam habuerat in animo, e vivis eum sustulit.

XXVIII. Inter hæc *Rhodiorum et Chiorum legati* ex Ætolia revertuntur, pacti inducias ad dies triginta: et, *inclinatis ad pacem faciendam animis Ætolos esse,* nunciant. Quin etiam *diem* certum iidem constituerant, *ad quem ut Rhium Philippus veniret* postulabant: *omnia facturos esse Ætolos, quo pax conveniat,* promittentes. Rex, induciis affirmatis, per literas cum sociis egit, ut legatos suos, de pace cum Ætolis facienda tractaturos, mitterent *Patras:* quo etiam ipse e Lechæo post bidui navigationem pervenit. Eodem vero tempore *epistolæ* quædam *Megaleæ* ad eum missæ sunt e Phocide; quas ille *ad Ætolos* scripserat, hortans, *ut in suscepto bello fortiter pergerent: Philippi enim res, deficiente commeatu,*

Ol. 140. 2. ἔξω τελέως ἐστὶ διὰ τὴν ἀχορηγίαν· πρὸς δὲ τούτοις, κατηγορίαι τινὲς τοῦ βασιλέως καὶ λοιδορίαι φιλαπεχθεῖς ἦσαν. Ἀναγνοὺς δὲ ταύτας, καὶ νομίσας 5
πάντων τῶν κακῶν ἀρχηγὸν εἶναι τὸν [l]Ἀπελλῆν· τοῦτον μὲν εὐθέως, φυλακὴν περιστήσας, ἐξαπέστειλε μετὰ σπουδῆς εἰς [m]τὴν Κόρινθον, ἅμα δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν ἐρώμενον. ἐπὶ δὲ τὸν Μεγαλέαν εἰς τὰς Θήβας 6
Ἀλέξανδρον ἔπεμψε, προστάξας ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς πρὸς τὴν ἐγγύην. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου τὸ προσ- 7
ταχθὲν ποιήσαντος, οὐχ ὑπέμεινε τὴν πρᾶξιν ὁ Μεγαλέας, ἀλλ' αὑτῷ προσήνεγκε τὰς χεῖρας. περὶ δὲ τὰς 8
αὐτὰς ἡμέρας συνέβη καὶ τὸν [n]Ἀπελλῆ μεταλλάξαι τὸν βίον, ἅμα δὲ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν ἐρώμενον. Οὗτοι 9
μὲν οὖν, τῆς ἁρμοζούσης τυχόντες καταστροφῆς, ἐξέλιπον τὸν βίον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν εἰς Ἄρατον γενομένην ἐξ αὐτῶν ἀσέλγειαν.

Minus sibi infert Megaleas.

Apelles in vinculis moritur.

Non convenit pax cum Ætolis.

XXIX. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὰ μὲν ἔσπευδον ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, πιεζόμενοι τῷ πολέμῳ, καὶ παρὰ δόξαν αὐτοῖς προχωρούντων τῶν πραγμάτων. [o]ἐλπίσαντες γὰρ 2
ὡς παιδίῳ νηπίῳ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἀπειρίαν· τὸν μὲν Φίλιππον εὗρον τέλειον ἄνδρα, καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ κατὰ τὰς πράξεις· αὐτοὶ δὲ ἐφάνησαν εὐκαταφρόνητοι, καὶ παιδαριώδεις, ἔν

[l] Ἀπιλλῆ Flor. et sic idem plerumque superius. [m] τὴν Κόρινθον Aug. Reg. A.
[n] Ἀπελλῆ. Sic nunc omnes, et mox rursus itidem. [o] ἐλπίσ. δὲ edd.

plane esse profligatas deploratasque: ad hæc criminationes quædam in regem et probra erant subjecta, quæ odium Megaleæ in ipsum palam facerent. His literis lectis, *Philippus*, omnium malorum caput *Apellem* esse nihil dubitans, extemplo custodibus circumdatum, cum filio, et cum puero quem in deliciis habebat, Corinthum misit. Alexandro etiam imperat, ut ad *Megaleam* persequendum Thebas iret, et de ea pecunia, cujus nomine sponsio facta fuerat, diem illi ad magistratus diceret. Et Alexander quidem, quod jussus fuerat, exsequitur: sed *Megaleas*, non exspectato rei exitu, manus sibi intulit. Iisdemque diebus *Apelles* quoque una cum filio ac puero delicato mortem obiit. Hic fuit istorum hominum finis; anteactæ vitæ, maxime autem insolentiæ, qua in *Aratum* usi fuerant, conveniens.

XXIX. *Ætoli*, ducebantur illi quidem studio pacis, ut quibus esset jam bellum grave, quum nihil quidquam ipsis ex voto succederet. Nam qui speraverant, cum Philippo sibi tamquam cum puero infante rem futuram, et propter ætatem, et propter rerum imperitiam; Philippum quidem, et in suscipiendis, et in exsequendis consiliis, perfectæ ætatis virum erant experti; ipsi vero tam in singulorum administratione, quam in bello univer-

τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγμασιν. A. U. 536.
3 Ἅμα δὲ προσπιπτούσης αὐτοῖς τῆς τε περὶ τοὺς πελ-
ταστὰς γενομένης ταραχῆς, καὶ τῆς τῶν περὶ τὸν
Ἀπελλῆ καὶ Λεόντιον ἀπωλείας, ἐλπίσαντες μέγα τι
καὶ δυσχερὲς κίνημα περὶ τὴν αὐλὴν εἶναι, παρεῖλκον
4 ὑπερτιθέμενοι τὴν ἐπὶ τὸ Ῥίον ταχθεῖσαν ἡμέραν. Ὁ
δὲ Φίλιππος, ἀσμένως ἐπιλαβόμενος τῆς προφάσεως
ταύτης, διὰ τὸ θαῤῥεῖν ἐπὶ τῷ πολέμῳ, καὶ προδιει-
ληφὼς ἀποτρίβεσθαι τὰς [p] διαλύσεις, τότε παρακα-
λέσας τοὺς ἀπηντηκότας τῶν συμμάχων, οὐ τὰ πρὸς
διαλύσεις πράσσειν, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀνα-
5 χθεὶς αὖθις ἀπέπλευσεν εἰς [q] τὴν Κόρινθον. καὶ τοὺς μὲν
Μακεδόνας διὰ Θετταλίας ἀπέλυσε πάντας εἰς τὴν
οἰκείαν, παραχειμάσοντας· αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ Κεγ-
χρεῶν, καὶ παρὰ τὴν Ἀττικὴν κομισθεὶς δι' Εὐρίπου,
6 κατέπλευσεν εἰς Δημητριάδα· κἀκεῖ Πτολεμαῖον, ὃς
ἦν ἔτι λοιπὸς τῆς τῶν περὶ τὸν Λεόντιον ἑταιρείας, κρίνας
7 ἐν τοῖς Μακεδόσιν, ἀπέκτεινε. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς
τούτους, Ἀννίβας μὲν, εἰς Ἰταλίαν ἐμβεβληκὼς,
ἀντεστρατοπέδευε ταῖς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσι, περὶ
8 τὸν Πάδον καλούμενον ποταμόν· Ἀντίοχος δὲ, τὰ
πλεῖστα μέρη Κοίλης Συρίας κατεστραμμένος, αὖθις
εἰς παραχειμασίαν ἀνέλυσε· Λυκοῦργος δὲ ὁ βασιλεὺς
τῶν Λακεδαιμονίων εἰς Αἰτωλίαν ἔφυγε, καταπλαγεὶς

Ptolemæus capitis pœna afficitur.

Synchronismus.

Lycurgus ad Ætolos profugit.

[p] διαλύσεις πράσσειν. Sic correxi. Vulgo omnes εἰσπράσσειν. [q] τὸν Κορ. h. l. Flor.

so, nullius momenti homines atque puerilis ingenii apparuerant. Simul vero ac renunciatum ipsis est de motu cetratorum, et de Apellis ac Leontii interitu; magnam aliquam ac difficilem seditionem in aula regis excitatum iri sperantes, constitutum diem conveniendi ad *Rhium* dilationibus producebant. Eam occasionem lætus arripiens *Philippus*, ut qui belli exitum sibi sponderet faustum, quique jam ante constituisset impedire quo minus fœdus feriretur; hortatus socios qui aderant, ne pacis, sed belli curam susciperent, sublatis ancoris denuo Corinthum petit. Deinde, venia Macedonibus data, ut per Thessaliam hibernatum in patriam concederent; ipse Cenchreis profectus, Atticæque oram prætervectus, *Demetriadem* per Euripum navigans appulit: ubi *Ptolemæum*, solum jam relictum ex omnibus qui ejusdem cum Leontio societatis fuerant, Macedonibus de caussa ejus cognoscentibus, capitis pœna affecit. Hoc est tempus, quo *Hannibal*, Italiam ingressus, circa Padum fluvium castra castris Romanorum opposita habebat: et *Antiochus*, redacta in potestatem majori parte Cœle-Syriæ, in hiberna se recepit: *Lycurgus* vero, rex Lacedæmoniorum, metuens sibi ab Ephoris, in Ætoliam confugit. Falso namque crimine delatus

Ol. 140. 2. τοὺς Ἐφόρους. Οἱ γὰρ Ἔφοροι, προσπεσούσης αὐτοῖς 9
ψευδοῦς διαβολῆς, ὡς μέλλοντος αὐτοῦ νεωτερίζειν,
ἀθροίσαντες τοὺς νέους νυκτὸς, ἦλθον ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ὁ
δὲ προαισθόμενος, ἐξεχώρησε μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν.

Philippus hibernat in Macedonia.

XXX. Τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπιγενομένου, καὶ Φιλίππου
μὲν τοῦ βασιλέως εἰς Μακεδονίαν ἀπηλλαγμένου, τοῦ
δ' Ἐπηράτου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν καταπεφρονη-
μένου μὲν ὑπὸ τῶν πολιτικῶν νεανίσκων, κατεγνωσμένου
δὲ τελέως ὑπὸ τῶν μισθοφόρων· οὔτ' ἐπειθάρχει τοῖς
παραγγελλομένοις οὐδεὶς, οὔτ' ἦν ἕτοιμον οὐδὲν πρὸς τὴν 2

Pyrrhias Ætolus Achaiam populatur.

τῆς χώρας βοήθειαν. εἰς ἃ βλέψας Πυῤῥίας, ὁ παρὰ
τῶν Αἰτωλῶν ἀπεσταλμένος στρατηγὸς τοῖς Ἠλείοις,
ἔχων Αἰτωλῶν εἰς χιλίους καὶ [r]τριακοσίους, καὶ τοὺς
τῶν Ἠλείων μισθοφόρους, ἅμα δὲ τούτοις πολιτικοὺς
πεζοὺς μὲν εἰς χιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους, ὥστ' εἶναι
τοὺς πάντας εἰς τρισχιλίους· οὐ μόνον τὴν τῶν Δυμαίων 3
καὶ Φαραιέων συνεχῶς ἐπόρθει χώραν, ἀλλὰ καὶ τὴν
τῶν Πατραιέων. τὸ δὲ τελευταῖον ἐπὶ τὸ Παναχαϊκὸν 4
ὄρος καλούμενον ἐπιστρατοπεδεύσας, τὸ κείμενον ὑπὲρ
τῆς τῶν Πατραιέων πόλεως, ἐδῄου πᾶσαν τὴν ἐπὶ τὸ

Iners prætor Achæorum Eperatus.

Ῥίον καὶ τὴν ἐπὶ Αἴγιον κεκλιμένην χώραν. Λοιπὸν αἱ 5
μὲν πόλεις κακοπαθοῦσαι, καὶ μὴ τυγχάνουσαι βοη-
θείας, δυσχερῶς [s]προσῆγον τὰς εἰσφοράς· οἱ δὲ στρα-

[r] τριακοσίους restituit ex veteribus MStis, qui in hoc consentiunt omnes. Et Perottus *trecentos*. Temere τετρακοσίους edd. et Reg. B. errore ex ed. 1. propagato. [s] προσῆγον πρὸς τὰς εἰσφορὰς Vat. Flor. ut suspicatus erat Reiskius.

ad Ephoros Lycurgus fuerat, quasi res novas moliretur: qui propterea noctu congregatis juvenibus ad domum illius adierant: verum is, re prius intellecta, cum familia sua periculum prævertit.

xxx. Quum autem ineunte hieme in Macedoniam rex esset reversus, et Achæorum prætorem *Eperatum* miles quidem Achaicus contemneret, mercenarius vero prorsus pro nihilo haberet: nemine imperio illius obediente, nullum erat ad defensionem finium præsidium paratum. Idcirco *Pyrrhias*, quem *Ætoli* ducem *Eleis* miserant, habens secum Ætolos ad mille trecentos, et mercenarios Eleorum, præterea e civilibus Eleorum copiis pedites circiter mille, equites ducentos; ut in summa constaret illius exercitus e tribus fere militum millibus; non solum Dymæorum et Pharæensium agros assidue populabatur, sed etiam Patræensium: ac tandem *Panachaicum montem*, qui vocatur, qui Patræensium urbi imminet, suo milite insidens, omnem circa regionem, et qua Rhium, et qua Ægium spectat, vastare, urereque. Itaque civitates Achaicæ, ab hoste vexatæ, nec defensæ a suis, tributum jam ægre admodum conferebant: milites autem, quia proroga-

τιῶται, τῶν ὀψωνίων παρελκομένων καὶ καθυστερούντων, A. U. 536.
6 τὸ παραπλήσιον ἐποίουν περὶ τὰς βοηθείας. ἐξ ἀμφοῖν δὲ τῆς τοιαύτης ἀνταποδόσεως γιγνομένης, ἐπὶ τὸ χεῖρον προὔβαινε τὰ πράγματα, καὶ τέλος διελύθη τὸ ξενικόν. πάντα δὲ ταῦτα συνέβαινε γίγνεσθαι διὰ τὴν τοῦ
7 προεστῶτος ἀδυναμίαν. Ἐν τοιαύτῃ δ᾽ ὄντων διαθέσει τῶν κατὰ τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τῶν χρόνων ἤδη καθηκόντων, Ἐπήρατος μὲν ἀπετίθετο τὴν ἀρχὴν, οἱ δ᾽ Ἀχαιοὶ τῆς θερείας ἐναρχομένης, στρατηγὸν αὐτῶν Ἄρατον [t]κατέστησαν τὸν πρεσβύτερον. Καὶ τὰ μὲν Aratus senior, prætor Achæorum. Ol. 140. 3. A. U. 537.
8 κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν. Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ, κατά τε τὴν τῶν χρόνων διαίρεσιν, καὶ κατὰ τὴν τῶν πράξεων περιγραφὴν, ἁρμόζοντα τόπον εἰλήφαμεν, μεταβάντες ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν πράξεις, τὰς κατὰ Res Asiæ. Ol. cxl.
τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα τοῖς προειρημένοις ἐπιτελεσθείσας, αὖθις ὑπὲρ ἐκείνων ποιησόμεθα τὴν ἐξήγησιν.

XXXI. Καὶ πρῶτον ἐπιχειρήσομεν δηλοῦν, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας Ἀντιόχῳ Bellum Antiochi et Ptolemæi de Cœle-Syria.
2 καὶ Πτολεμαίῳ συστάντα πόλεμον· σαφῶς μὲν γινώσκοντες, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, εἰς ὃν ἐλήξαμεν τῶν Ἑλληνικῶν, [u]ὅσον οὔπω κρίνεσθαι συνέβαινε καὶ πέρας λαμβάνειν αὐτόν· αἱρούμενοι δὲ τὴν τοιαύτην
3 ἐπίστασιν καὶ διαίρεσιν τῆς ἐνεστώσης διηγήσεως. [x]Τοῦ

[t] κατεστήσαντο πρεσβ. Flor. edd. cum Bav. Aug. et Regiis.

[u] Abest vulgo ὅσον ab edd.

[x] Τὸ μὲν γὰρ

bantur ipsis stipendia, neque sua die præstabantur, quoties pro ferenda ope aliquo vocabantur, idem faciebant. Et quum utrique suam vicem hoc pacto ulciscerentur, quotidie ruere omnia in pejus: ac tandem, quod erat militis stipendiarii, dilabi. Omnia autem hæc mala Achæis afferebat socors et imbecillum prætoris Eperati ingenium. Hic erat Achaiæ status, quando *Eperatus* anno circumacto magistratu abiit. Achæorum gens initio æstatis *Aratum seniorem* creavit prætorem. Ac *de rebus* quidem *Europæ* hactenus. Nunc, quoniam et per temporum distinctionem, et per rerum gestarum aptam circumscriptionem, commodum nacti sumus locum; ad Res Asiæ, quæ *eadem Olympiade* cum rebus ante expositis contigerunt, oratione versa, de illis deinceps agemus.

XXXI. Primum autem, sicut initio proposuimus, illud *Bellum* exponemus, quod *pro Cœle-Syria Antiochus et Ptolemæus* inter se gesserunt. Etsi enim non fugit nos, bellum istud tempore illo, ad quod substitimus in enarrandis Græciæ rebus, fini suo atque exitui fuisse proximum; consulto tamen institionem hujusmodi ac divisionem instantis narrationis fecimus. Nam ut lectores in exacta notitia temporis,

Ol. 140.

Instituti ratio in narrandis rebus Asiæ.

μὲν γὰρ μὴ τῆς τῶν κατὰ μέρος καιρῶν ἀκριβείας
διαμαρτάνειν τοὺς ἀκούοντας, ἱκανὴν τοῖς φιλομαθοῦσι
πεπείσμεθα παρασκευάζειν ἐμπειρίαν, ἐκ τοῦ τὰς ἑκά-
στων ἀρχὰς καὶ συντελείας παρυπομιμνήσκειν, καθ'
ὁποίους ἐγίγνοντο καιροὺς τῆς ὑποκειμένης Ὀλυμπιάδος
καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πράξεων. [y]Τὸ δ' εὐπαρακολούθητον 4
καὶ σαφῆ γίγνεσθαι τὴν διήγησιν· οὐδὲν ἀναγκαιότερον
ἐπὶ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος ἡγούμεθα εἶναι, τοῦ μὴ
συμπλέκειν ἀλλήλαις τὰς πράξεις, ἀλλὰ χωρίζειν καὶ
διαιρεῖν αὐτὰς, καθόσον ἐστὶ δυνατόν· μέχρις ἂν ἐπὶ 5
τὰς ἑξῆς Ὀλυμπιάδας ἐλθόντες, κατ' ἔτος ἀρξώμεθα
γράφειν τὰς κατάλληλα γενομένας πράξεις. Ἐπεὶ 6
γὰρ οὐ τινὰ, τὰ δὲ παρὰ πᾶσι γεγονότα γράφειν
προῃρήμεθα, καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, μεγίστῃ τῶν προ-
γεγονότων ἐπιβολῇ κεχρήμεθα τῆς ἱστορίας, καθάπερ
καὶ πρότερόν που δεδηλώκαμεν· δέον ἂν εἴη, μεγίστην 7
ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ τοῦ χειρισμοῦ καὶ τῆς
οἰκονομίας, ἵνα καὶ κατὰ μέρος καὶ καθόλου σαφὲς τὸ
σύνταγμα γίγνηται τῆς πραγματείας. Διὸ καὶ νῦν 8
βραχὺ προσαναδραμόντες περὶ τῆς Ἀντιόχου καὶ
Πτολεμαίου βασιλείας, πειρασόμεθα λαμβάνειν ἀρχὰς
ὁμολογουμένας καὶ γνωριζομένας περὶ τῶν λέγεσθαι
μελλόντων, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀναγκαιότατον.

Historiam Universalem scribit Polybius.

[y] Sic veteres libri omnes. Τῷ δ' εὐπαρακ. Reg. B. Πρὸς δὲ τὸ εὐπαρακ. Casaub. ex conject.

quo res quæque per partes sunt actæ, non fallantur, satis abunde instruere illos putamus, dum et initio et in fine uniuscujusque rei gestæ monemus in transitu, quemnam ad annum hujus Olympiadis, in qua versamur, pertineat, et quidnam eodem tempore in Græcia sit gestum. Quod ad hoc vero attinet, ut facilis intellectu per se et perspicua sit cujusque rei gestæ narratio: nihil magis necessarium in hac Olympiade duximus, quam ut res in illa gestas ne misceremus, sed, quatenus fieri posset, separaremus atque distingueremus; donec ad sequentes Olympiades fuerit ventum: quarum quidem res gestas, ut quæque illarum, variis locis actæ, ratione temporis inter se congruent, in annos singulos digeremus. Nam qui non aliquam partem separatim, verum omnia simul, quæ ubique locorum fuere gesta, perscribere instituerimus; et, quod jam alicubi antea dicebamus, majus Historiæ opus, ut verbo dicam, quam fere hactenus quisquam suscipere sit ausus, ipsi susceperimus; præcipua videlicet adhibenda nobis cura fuerit, quo sic omnia ordinentur atque distribuantur, ut et universa scriptio operis nostri et singulæ illius partes perspicuam explicationem habeant. Quare etiam nunc pauca *de regno Antiochi et Ptolemæi* altius paullo repetentes, confessum notumque omnibus principium sequentis narrationis conabimur prehendere. Id enim cum primis necessarium est.

XXXII. Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ Ol. 140. Principium, dimidium Totius.
παντὸς εἶναι φάσκοντες, μεγίστην παρῄνουν ποιεῖσθαι
2 σπουδὴν ἐν ἑκάστοις ὑπὲρ τοῦ καλῶς ἄρξασθαι. δοκοῦν-
τες δὲ λέγειν ὑπερβολικῶς, ἐλλειπέστερόν μοι φαίνονται
τῆς ἀληθείας εἰρηκέναι. θαῤῥῶν γὰρ ἄν τις εἴποι, οὐχ
ἥμισυ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ παντὸς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ
3 τέλος διατείνειν. Πῶς γὰρ ἄρξασθαί τινος καλῶς οἷόν Principium, plus quam dimidium Totius.
τε, μὴ προσπεριλαβόντα τῷ νῷ τὴν συντέλειαν τῆς
ἐπιβολῆς, μηδὲ γινώσκοντα, ποῦ, καὶ πρὸς τί, καὶ τίνος
4 χάριν ἐπιβάλλεται τοῦτο ποιεῖν; πῶς δὲ πάλιν οἷόν τε
συγκεφαλαιώσασθαι πράγματα δεόντως, μὴ συναναφέ-
ροντα τὴν ἀρχὴν, πόθεν ἢ [z]πῶς ἢ διὰ τί πρὸς τὰς
5 ἐνεστώσας ἀφῖκται πράξεις; Διόπερ οὐκ [a]ὡς ἕως τοῦ
μέσου [b]νομίζοντας διατείνειν τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἕως τοῦ
τέλους, πλείστην περὶ ταύτας ποιητέον σπουδὴν, καὶ
τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν ὅλων. ὃ δὴ
καὶ νῦν ἡμεῖς πειρασόμεθα ποιεῖν.

XXXIII. [c]Καί τοι γ' οὐκ ἀγνοῶ, διότι καὶ πλείους Ante Polyb. solus Ephorus Historiam Universalem scripsit.
ἕτεροι τῶν συγγραφέων τὴν αὐτὴν ἐμοὶ προεῖνται φωνὴν,
φάσκοντες τὰ καθόλου γράφειν, καὶ μεγίστην τῶν
2 προγεγονότων ἐπιβεβλῆσθαι πραγματείαν· περὶ ὧν ἐγὼ,
παραιτησάμενος Ἔφορον, τὸν πρῶτον καὶ μόνον ἐπι-

[z] πῶς καὶ διὰ τί edd. [a] Abest ἕως a Vat. Flor. Urb. [b] νομίζοντες Urb. et Aug. a pr. manu. [c] Abest vulgo particula γε.

XXXII. Enimvero cum dicebant veteres, *Principium* esse *dimidium totius;* hoc nimirum docere nos voluerunt, *in quacumque re, quam suscipias, plurimum operæ esse ponendum, ut illam recte inchoes.* Qui quum videantur rei veritatem ita dicendo excessisse, meo judicio minus quam par erat dixerunt. Merito siquidem non vereatur aliquis confirmare, principium non solum esse dimidium totius, sed ad ipsum quoque operis finem pertinere. Nam quomodo aliquis recte ullum opus incipiet, qui summam illius non fuerit animo complexus? aut qui non apud se statuerit, unde, quorsum, et cujus rei gratia opus illud ordiatur? Aut rursus, quomodo rerum expositarum summam in extremo recte aliquis colliget, qui prima cum ultimis non composuerit, ut sciat unde, quomodo, et quas ob caussas ad illa extrema pervenerit? Qui igitur historiam universalem aut scribere aut legere cogitant, his *præcipua cura circa principia* est adhibenda: persuasis, *non ad dimidium operis dumtaxat, verum etiam ad ejusdem finem ultimum illa pertinere.* Id quod et nos pro virili facere ipsi conabimur.

XXXIII. Quamquam haud clam me est, plerosque rerum gestarum Scriptores idem mecum dicere; *universalem nimirum scribere se historiam; et majus a se opus esse susceptum, quam fuerit umquam ab ullo e prioribus.* De quibus ego scriptoribus si, velut e turba ceterorum, unum *Ephorum* ex-

Ol. 140.

Annales temporum, in parietibus descripti.

βεβλημένον τὰ καθόλου γράφειν, τὸ μὲν πλείω λέγειν ἢ
μνημονεύειν τινὸς τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνόματος παρήσω.
μέχρι δὲ τούτου [d]μνησθήσομαι, διότι τῶν καθ' ἡμᾶς 3
τινες γραφόντων ἱστορίαν, [e]ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἐξηγη-
σάμενοι σελίσιν ἡμῖν τὸν Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων
πόλεμον, φασὶ τὰ καθόλου γράφειν. Καί τοι, διότι 4
πλεῖσται μὲν καὶ μέγισται τότε περί τε τὴν Ἰβηρίαν
καὶ Λιβύην, ἔτι δὲ τὴν Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἐπετε-
λέσθησαν πράξεις, ἐπιφανέστατος δὲ καὶ πολυχρονιώ-
τατος ὁ κατ' Ἀννίβαν πόλεμος γέγονε πλὴν τοῦ περὶ
Σικελίαν, [f]πάντες δὲ ἠναγκάσθημεν πρὸς αὐτὸν ἀποβλέ-
πειν διὰ τὸ μέγεθος, δεδιότες τὴν συντέλειαν τῶν ἀπο-
βησομένων, τίς οὕτως ἐστὶν ἀδαής, ὃς οὐκ οἶδεν; Ἀλλ' 5
ἔνιοι τῶν πραγματευομένων, οὐδὲ ἐφ' ὅσον οἱ τὰ κατὰ
καιροὺς ἐν ταῖς [g]χρονογραφίαις ὑπομνηματιζόμενοι πο-
λιτικῶς εἰς τοὺς τοίχους, οὐδ' ἐπὶ τοσοῦτον μνησθέντες,
πάσας φασὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον
περιειληφέναι πράξεις. [h]Τούτου δ' ἐστὶν αἴτιον, ὅτι τὸ 6
μὲν τῷ λόγῳ τῶν μεγίστων ἔργων ἀντιποιήσασθαι,
τελείως ἐστὶ ῥᾴδιον· τὸ δὲ τοῖς πράγμασιν ἐφικέσθαι
τινὸς τῶν καλῶν, οὐκ εὐμαρές. διὸ καὶ τὸ μὲν ἐν μέσῳ 7

[d] μεμνησόμεθα Bav. Aug. Reg. A. μνησόμεθα Urb. [e] ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσι σελιδίοις ἡμῖν ἐξηγησάμενοι edd. cum uno Bav. σελῖσιν cum circumfl. pro σελίσιν dant Vat. et Urb. [f] πάντες δὲ εἰς αὐτὸν ἠναγκάσθημεν προσαποβλέπειν Aug. [g] χρονογραφίαις Vat. Flor. Urb. χρωματογραφίαις edd. cum ceteris codd. [h] Τοῦτο δ' ἐστὶν Vat. Flor. Urb.

emero, qui primus et solus ad scriptionem universalis historiæ animum appulit, plura hic dicere, aut quemquam illorum nominatim perstringere, supersedebo. Tantum dicam, exstitisse memoria nostra nonnullos, ex iis qui res gestas posteris tradere sunt aggressi, qui tribus quatuorve pagellis Romanorum et Carthaginiensium bellum complexi, *orbis terrarum res peragere se* jactarent. Atqui temporibus illis plurima maximaque facinora per Hispaniam, Africam, item Siciliam atque Italiam fuisse edita, bellumque Hannibalicum et famæ celebritate, et temporis longinquitate, alia omnia superasse, primo Punico excepto, quo de Sicilia certatum est; tanti denique momenti bellum hoc fuisse, ut, metuentibus cunctis quorsum tandem illud evaderet, mentes omnium nostrum in se converteret: hæc, inquam, omnia, quis adeo rudis atque imperitus est, quin sciat? Non desunt tamen ex istarum rerum Scriptoribus, qui, quum ista ne in tantum quidem persecuti sint, quantum ab his fieri solet, qui rerum subinde gestarum *annales in domorum parietibus* populari ratione *describunt*, tamen omnia se profitentur esse complexos, quæ aut apud Græcos, aut apud barbaros acciderint. Est autem hujus rei caussa, quod, maxima quæque operum verbis quidem aggredi, sane quam facillimum est; at factis et re ipsa præclarum aliquod

κεῖται, καὶ πᾶσι κοινὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς μόνον Ol. 140.
τολμᾷν δυναμένοις ὑπάρχει· τὸ δὲ καὶ λίαν ἐστὶ
σπάνιον, καὶ σπανίοις συνεξέδραμε κατὰ τὸν βίον.
8 Ταῦτα μὲν οὖν προήχθην εἰπεῖν, χάριν τῆς ἀλαζονείας
τῶν ὑπερηφανούντων [1]ἑαυτοὺς καὶ τὰς ἰδίας πραγμα-
τείας. Ἐπὶ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπάνειμι τῆς ἐμαυτοῦ προθέ-
σεως.

XXXIV. Ὡς γὰρ θᾶττον Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Ptolemæus
Φιλοπάτωρ, μεταλλάξαντος τοῦ πατρὸς, ἐπανελόμενος Philopator, rex Ægypti.
τὸν ἀδελφὸν Μάγαν, καὶ τοὺς τούτῳ συνεργοῦντας, Ol. 139. 2. A. U. 532.
2 παρέλαβε τὴν τῆς Αἰγύπτου δυναστείαν· νομίσας, τῶν
μὲν οἰκείων φόβων ἀπολελῦσθαι δι' αὑτοῦ, καὶ διὰ
τῆς προειρημένης πράξεως· τῶν δ' ἐκτὸς κινδύνων ἀπηλ-
λάχθαι διὰ τὴν τύχην, Ἀντιγόνου μὲν καὶ Σελεύκου
μετηλλαχότων, Ἀντιόχου δὲ καὶ Φιλίππου, τῶν διαδε-
δεγμένων τὰς ἀρχὰς, παντάπασι νέων καὶ μονονοὺ
3 παίδων ὑπαρχόντων· καταπιστεύσας διὰ ταῦτα τοῖς
παροῦσι καιροῖς, πανηγυρικώτερον διῆγε τὰ κατὰ τὴν
4 ἀρχήν. ἀνεπίστατον μὲν καὶ δυσέντευκτον αὑτὸν παρα-
σκευάζων τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ
κατὰ τὴν Αἴγυπτον χειρίζουσιν· ὀλίγωρον δὲ καὶ ῥά-
θυμον ὑποδεικνύων τοῖς ἐπὶ τῶν ἔξω πραγμάτων δια-
5 τεταγμένοις· ὑπὲρ ὧν οἱ πρότεροι οὐκ ἐλάττω, μείζω δ'

[1] ἑαυτοὺς κατὰ τὰς editio Hervag. et seqq. cum uno cod. Aug. εἰς αὑτοὺς malim cum Reiskio pro ἑαυτούς.

inceptum exsequi, difficile. Quamobrem, illud quidem, ut in medio positum, prope dixerim commune esse omnibus, qui modo audere voluerint: hoc vero adprime arduum ac rarum est, et paucissimis in omni hominum vita contigit. Ad hæc igitur dicenda me impulit illorum jactantia, qui de se suisque operibus nimis magnifice prædicant. Nunc illa de quibus dicere institui, pergam ordiri.

XXXIV. Ptolemæus, cognomento *Philopator*, post obitum patris, occiso fratre *Maga*, et qui ejus sectam sequebantur, Ægypti dominatum suscepit. Qui quidem ita existimabat; a domesticorum quidem metu ipsum semet opera sua, et eorum quos diximus cæde, liberasse; ab exteris vero ne periculum ullum haberet metuendum, a fortuna esse provisum: quippe *Antigono et Seleuco* exstinctis, regnare nunc in eorum locum *Antiochum et Philippum*, ambos juvenes admodum, et tantum non pueros. Igitur fortunæ suæ præsenti propteri llas, quas diximus, caussas confisus, sic regnum suum administrabat, quasi continuos ludos agitaret. Et cum aulicis suis, tum ceteris qui rebus in Ægypto præerant, incuriosum se omnium, et difficilem aditu, præbebat: negligentem vero et socordem illis se ostendebat, qui extra Ægyptum præfecturas curabant; quum priores reges uon minori curæ, quin imo majori, quam Ægy-

Ol. 139. 2. Res externas sedulo curaverant reges Ægypti.

ἐποιοῦντο σπουδὴν, ἢ περὶ τῆς κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον δυναστείας. Τοιγαροῦν ἐπέκειντο μὲν τοῖς τῆς Συρίας 6 βασιλεῦσι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, Κοίλης Συρίας καὶ Κύπρου [k] βασιλεύοντες· παρέκειντο δὲ τοῖς 7 κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάσταις, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς νήσοις· δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων κατὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀπὸ Παμφυλίας ἕως Ἑλλησπόντου, καὶ τῶν κατὰ [1] Λυσιμάχειαν τόπων. ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν τῇ Θράκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ 8 πράγμασι, τῶν κατ' Αἶνον καὶ Μαρώνειαν καὶ ποῤῥώτερον ἔτι πόλεων κυριεύοντες. καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ 9 μακρὰν ἐκτετακότες τὰς χεῖρας, καὶ προβεβλημένοι πρὸ αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τὰς δυναστείας, οὐδέποτε περὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον ἠγωνίων ἀρχῆς. διὸ καὶ τὴν σπουδὴν εἰκότως μεγάλην ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἔξω πραγμάτων.

Omnia negligit Ptolemæus Philopator.

Ὁ δὲ προειρημένος βασιλεὺς ὀλιγώρως ἕκαστα τούτων 10 χειρίζων διὰ τοὺς ἀπρεπεῖς ἔρωτας, καὶ τὰς ἀλόγους καὶ συνεχεῖς μέθας, εἰκότως ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ καὶ τῆς ψυχῆς ἅμα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιβούλους εὗρε καὶ πλείους. ὧν ἐγένετο πρῶτος Κλεομένης ὁ Σπαρτιάτης. 11

Cleomenes Alexandriæ. Olymp. 139. 2 sq. A. U. 532 sq.

XXXV. Οὗτος γὰρ, ἕως μὲν ὁ προσαγορευόμενος Εὐεργέτης ἔζη, πρὸς ὃν ἐποιήσατο τὴν κοινωνίαν τῶν πραγμάτων καὶ τὰς πίστεις, ἦγε τὴν ἡσυχίαν· πεπεισ-

[k] κυριεύοντες Vat. Flor. Aug. Reg. A. et ora cod. Bav. [1] Λυσιμαχίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

ptum ipsam, suumque in ea imperium, res externas habuissent. Nam Cœle-Syriæ et Cypri regna quum tenerent, Syriæ regibus terra marique imminebant. Et, quum clarissimas urbes opportunissimaque loca per omnem oram a Pamphylia ad Hellespontum in potestate sua haberent, Lysimachiæ item vicinum tractum obtinerent; Asiæ regulos, ipsasque insulas ex proximo observabant. Thraciæ denique ac Macedoniæ rebus velut ex insidiis inhiabant; Æno, Maronea, et ulterioribus etiam urbibus potientes. Atque hoc pacto porrectis in longinqua manibus, quum externis hisce tot principatibus velut objecto scuto tegerentur, de imperio Ægypti nullam umquam sollicitudinem habuerant. Quare merito magnæ illis curæ erant res extra Ægyptum. Quas rex hic, de quo loquimur, quum susque deque haberet, dum fœdis amoribus et insanis continuisque potationibus indulget; mirari debet nemo, si multos brevi tempore, qua vitæ, qua regni, insidiatores invenit. Primus autem horum omnium Spartanus fuit *Cleomenes.*

XXXV. Hic vir, quamdiu Ptolemæus Evergeta vivebat, quocum societatem et fœdus icerat, nihil movit; quod semper speraret idonea se ab illo au-

μένος ἀεὶ, δι' ἐκείνου τεύξεσθαι τῆς καθηκούσης ἐπικουρίας, εἰς τὸ τὴν πατρῴαν ἀνακτήσασθαι βασιλείαν. A. U. 532 sq.
2 ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος μὲν μετήλλαξε, προήει δ' ὁ χρόνος, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καιροὶ [m] μονονοὺκ ἐπ' ὀνόματος ἐκάλουν τὸν Κλεομένην, μετηλλαχότος μὲν Ἀντιγόνου, πολεμουμένων δὲ τῶν Ἀχαιῶν, κοινωνούντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Αἰτωλοῖς τῆς πρὸς Ἀχαιοὺς καὶ Μακεδόνας ἀπεχθείας κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὴν καὶ
3 [n] πρόθεσιν τὴν Κλεομένους· τότε δὴ καὶ μᾶλλον ἠναγκάζετο σπεύδειν καὶ φιλοτιμεῖσθαι περὶ τῆς ἐξ Ἀλεξαν-
4 δρείας ἀπαλλαγῆς. Διόπερ τὸ μὲν πρῶτον ἐντεύξεις ἐποιεῖτο, παρακαλῶν, μετὰ χορηγίας τῆς καθηκούσης Cleomenem negligit Ptolemæus.
5 καὶ δυνάμεως αὐτὸν ἐκπέμψαι· μετὰ δὲ ταῦτα, παρακουόμενος, ἠξίου μετὰ δεήσεως, μόνον αὐτὸν ἀπολῦσαι μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν· τοὺς γὰρ καιροὺς ἱκανὰς ὑποδεικνύειν ἀφορμὰς αὐτῷ πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς πα-
6 τρῴας ἀρχῆς. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὔτ' [o] ἐφιστάνων οὐδενὶ τῶν τοιούτων, οὔτε προνοούμενος τοῦ μέλλοντος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, εὐήθως καὶ ἀλόγως ἀεὶ
7 παρήκουε τοῦ Κλεομένους. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σωσίβιον, (οὗτος γὰρ μάλιστα τότε προεστάτει τῶν πραγμάτων) συνεδρεύσαντες, τοιαύτας τινὰς ἐποιήσαντο περὶ αὐτοῦ Sosibius, princeps minister Ptolemæi.
8 διαλήψεις· μετὰ μὲν γὰρ στόλου καὶ χορηγίας ἐκπέμπειν αὐτὸν οὐκ ἔκρινον, καταφρονοῦντες τῶν ἔξω πρα-

[m] μονονοὺ καὶ ἐπ' ὀνόμ. edd. cum aliis. [n] πρόθ. τοῦ Κλ. edd. ex Bav.
[o] Veteres libri omnes ἐφιστάνων ἐν οὐδενὶ, quod placuit Reiskio.

xilia impetraturum ad regnum paternum recuperandum. Sed postquam ille quidem obierat, tempora autem currebant, et rerum in Græcia status tantum non ipso nomine *Cleomenem* vocabat: mortuus namque erat Antigonus, et Achæi bello distinebantur: quodque inde a principio propositum habuerat et perficere studuerat Cleomenes, Ætoli Lacedæmoniis juncti communi jam odio Achæos et Macedones persequebantur: tum vero magis etiam cogebatur *Cleomenes* omni studio atque animi contentione suum ab *Alexandria* discessum urgere. Regem igitur adire primo, hortarique, ut rebus necessariis ac milite instructum se dimittat: deinde, quum negligenter audiretur, precibus etiam atque etiam contendere, *quo abeundi sibi cum sua dumtaxat familia veniam daret: ipsa namque tempora satis luculentas sibi regni patrii recipiendi occasiones suppeditare.* Et rex quidem nulli serio negotio attendens, futurique parum providus ob jam expositas caussas, pro cetera fatuitate atque stultitia sua verborum Cleomenis rationem nullam habebat. *Sosibius* vero, cujus erat tum in eo regno summa auctoritas, coacto amicorum concilio, de *Cleomene* ita statuit: *cum classe et pecunia ac commeatu nequaquam esse illum emittendum.* Nam quia fato functus erat

Olymp. 139. 2 sq.

γμάτων, διὰ τὸ μετηλλαχέναι τὸν Ἀντίγονον, καὶ
νομίζειν μάταιον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν εἰς ταῦτα δα-

Suspectum habet Cleomenem.

πάνην. πρὸς δὲ τούτοις ἠγωνίων, μή ποτε, μετηλλα- 9
χότος μὲν Ἀντιγόνου, τῶν δὲ λοιπῶν μηδενὸς ὑπάρ-
χοντος ἀντιπάλου, ταχέως ἀκονιτὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλ-
λάδα ποιησάμενος [p]ὑπ' αὐτὸν, βαρὺς καὶ φοβερὸς

Cleomenes suspectus Alexandriæ.

[q]αὐτὸς ὁ Κλεομένης ἀνταγωνιστὴς σφίσι γένηται·
τεθεαμένος μὲν ὑπ' αὐγὰς αὐτῶν τὰ πράγματα, 10
κατεγνωκὼς δὲ τοῦ βασιλέως, θεωρῶν δὲ πολλὰ τὰ
παρακρεμάμενα μέρη καὶ μακρὰν ἀπεσπασμένα τῆς
βασιλείας, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς ἔχοντα πρὸς πρα-
γμάτων λόγον. Καὶ γὰρ [r]νῆες ἐν τοῖς κατὰ Σάμον 11
ἦσαν τόποις οὐκ ὀλίγαι· καὶ στρατιωτῶν πλῆθος ἐν τοῖς
κατ' Ἔφεσον. [s]Δι' ἃ ταύτην μὲν οὖν τὴν ἐπιβολὴν, ὥστ' 12
ἐκπέμπειν αὐτὸν μετὰ χορηγίας, ἀπεδοκίμασαν, διὰ
τὰς προειρημένας αἰτίας· τό γε μὴν, ὀλιγωρήσαντας
ἄνδρα τοιοῦτον, ἐξαποστεῖλαι, πρόδηλον ἐχθρὸν καὶ
πολέμιον, οὐδαμῶς ἡγοῦντο σφίσι συμφέρειν. λοιπὸν
ἦν, ἄκοντα κατέχειν. τοῦτο δ' αὐτόθεν καὶ χωρὶς 13
λόγου πάντες μὲν ἀπεδοκίμαζον, οὐκ ἀσφαλὲς νομί-
ζοντες εἶναι λέοντι καὶ προβάτοις ὁμοῦ ποιεῖσθαι τὴν
ἔπαυλιν· μάλιστα δὲ τοῦτο τὸ μέρος ὁ Σωσίβιος ὑφεω-
ρᾶτο, διά τινα τοιαύτην αἰτίαν.

[p] ὑφ' αὐτὸν Vat. Flor. [q] αὐτὸς ὁ Κλεομ. ex Reiskii conject. posui. αὐτοῖς editio Hervag. et seqq. cum Aug. et aliis codd. Pronomen plane abest a Bav. [r] ναῦς Vat. Flor. Aug. Reg. A. [s] Δι' ἃ scripsi cum Reiskio, pro διὰ quod erat in libris.

ortus, per eam quam *Amycæ* planitiem nominant, labens, Antiochiam petit: eamque dividens, ac purgamenta omnia hominum præ ingenti aquarum copia secum avehens, ad extremum non procul a Seleucia in prædictum mare se exonerat.

LX. *Antiochus*, prius quam quidquam moliretur, in urbem misit, qui principibus viris pecuniam offerrent, maximaque in posterum beneficia pollicerentur, si urbem absque certamine traderent. Et quum flectere præpositos summæ rerum non posset; eorum nonnullos, qui per partes curabant, corrupit. His confisus copias parabat, tamquam a mari urbem classico milite invasurus; a continente, per eos qui erant in castris. Igitur exercitu trifariam diviso, suos cohortatus prout occasio præsens postulabat; propositis etiam præconis voce ingentibus præmiis coronisque, tam militibus, quam ducibus qui fortiter dimicarent; *Zeuxidi* cum ipsius commilitonibus portam, qua itur Antiochiam, attribuit; *Hermogeni*, loca fano Castorum proxima. *Ardyem* et *Diognetum* ab ea parte, ubi navale erat et suburbium, impetum facere præcipit. Convenerat enim hoc fere modo inter Regem et proditores: *ut, si per vim caperetur suburbium, urbs illi mox esset tradenda.* Ubi datum signum fuit, omnes simul

δοθέντος δὲ τοῦ συνθήματος, πάντες ἅμα καὶ πανταχόθεν ἐνεργὸν ἐποιοῦντο καὶ βίαιον τὴν προσβολήν· τολμηρότατα μέν τοι προσέβαλον οἱ περὶ τὸν Ἄρδυν
7 καὶ Διόγνητον· διὰ τὸ τοὺς μὲν ἄλλους τόπους, εἰ μὴ τετραποδητὶ τρόπον τινὰ προσπλεκόμενοι βιάζοιντο, τήν γε διὰ τῶν κλιμάκων προσβολὴν μὴ προσίεσθαι [f]παράπαν· τὰ δὲ νεώρια καὶ τὸ προάστειον ἐπιδέχεσθαι τὴν προσφορὰν καὶ στάσιν καὶ πρόσθεσιν τῶν κλιμάκων
8 ἀσφαλῶς. Διὸ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ναυτικοῦ τοῖς νεωρίοις, τῶν δὲ περὶ τὸν Ἄρδυν τοῖς προαστείοις προσηρεικότων τὰς κλίμακας, καὶ βιαζομένων εὐρώστως, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως οὐ δυναμένων τούτοις βοηθεῖν, διὰ τὸ κατὰ [g]πάντα τόπον περιεστάναι τὸ δεινόν· ταχέως συνέβη τὸ
9 προάστειον ὑποχείριον γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Ἄρδυν. οὗ κρατηθέντος, εὐθέως οἱ διεφθαρμένοι τῶν κατὰ μέρος ἡγεμόνων, προστρέχοντες πρὸς τὸν Λεόντιον τὸν ἐπὶ τῶν ὅλων, ἐκπέμπειν ᾤοντο δεῖν, καὶ τίθεσθαι τὰ πρὸς
10 Ἀντίοχον, πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἁλῶναι τὴν πόλιν. ὁ δὲ Λεόντιος, ἀγνοῶν μὲν τὴν διαφθορὰν τῶν ἡγεμόνων, καταπεπληγμένος δὲ τὴν διατροπὴν αὐτῶν, ἐξέπεμψε τοὺς θησομένους τὰς πίστεις ὑπὲρ τῆς τῶν ἐν τῇ πόλει [h]πάντων ἀσφαλείας πρὸς τὸν Ἀντίοχον.

A. U. 535. Antiochus oppugnat Seleuciam.

Seleuciam in deditionem accipit Antiochus.

LXI. Ὁ δὲ βασιλεύς, δεξάμενος τὴν ἔντευξιν, συνεχώρησε δώσειν τοῖς ἐλευθέροις τὴν ἀσφάλειαν. οὗτοι δ'

[f] *τὸ παράπαν* malim. [g] *πάντα τόπον* monente Reiskio dedi. Vulgo omnes *πάντα τρόπον*. Sed recte Perottus, *undique*. [h] *πάντων* abest ab Aug. Reg. A.

undique acriter magnaque vi irruere: eximia tamen præ ceteris audacia irruptionem conari *Ardys* et *Diognetus*. Nam ceteræ quidem partes, nisi quis more quadrupedum incedens, atque interim cum hoste confligens, vi locum aliquem occupaverit, scalarum certe ope omnino haud queunt invadi: navalibus contra ac suburbio, et admoveri propius scalæ et ad muros firmiter erigi, tutoque applicari possunt. Itaque quum miles e classe navalia, Ardys suburbium, scalis applicitis, acerrime invaderent; nec possent oppidani ferre opem, quia ab omni parte hostes urgebant; brevi in Ardyis potestatem suburbium devenit. Quo occupato, confestim duces illi minores, qui a rege erant corrupti, ad *Leontium*, penes quem summum erat imperium, accurrunt; et, *ut ad Antiochum legati de pace mittantur, priusquam per vim urbs expugnetur*, postulant. *Leontius*, qui fraudem suorum ducum ignorabat, consternatione illorum perterritus, misit ad *Antiochum*, qui pro securitate omnium, qui in urbe erant, paciscerentur.

LXI. Rex, acceptis conditionibus quæ offerebantur, *liberis capitibus nihil*

Ol. 140. 1.

ἦσαν εἰς ἑξακισχιλίους. Παραλαβὼν δὲ τὴν πόλιν, οὐ 2
μόνον ἐφείσατο τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεφευγότας τῶν Σελευκέων καταγαγὼν, τήν τε πολιτείαν αὐτοῖς [1]ἀπέδωκε καὶ τὰς οὐσίας· ἠσφαλίσατο δὲ φυλακαῖς τόν τε λιμένα καὶ τὴν ἄκραν. Ἔτι δὲ περὶ ταῦτα 3
διατρίβοντος αὐτοῦ, προσπεσόντων παρὰ Θεοδότου γραμμάτων, ἐν οἷς αὐτὸν ἐκάλει κατὰ σπουδὴν, ἐγχειρίζων τὰ κατὰ Κοίλην Συρίαν, πολλῆς ἀπορίας ἦν καὶ δυσχρηστίας πλήρης, ὑπὲρ τοῦ τί πρακτέον, καὶ πῶς χρηστέον ἐστὶ τοῖς προσαγγελλομένοις. Ὁ δὲ Θεόδο- 4
τος, ὢν τὸ γένος Αἰτωλὸς, καὶ μεγάλας παρεσχημένος τῇ Πτολεμαίου βασιλείᾳ χρείας, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον· ἐπὶ δὲ τούτοις, οὐχ οἷον χάριτος ἠξιωμένος, ἀλλὰ καὶ τῷ βίῳ κεκινδυνευκὼς καθ᾽ οὓς καιροὺς Ἀντίοχος ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ Μόλωνα στρατείαν· τότε, κατεγνωκὼς 5
τοῦ βασιλέως, καὶ διηπιστηκὼς τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν, καταλαβόμενος διὰ μὲν αὐτοῦ Πτολεμαΐδα, διὰ δὲ Παναιτώλου Τύρον, ἐκάλει τὸν Ἀντίοχον μετὰ σπουδῆς.
Ὁ δὲ βασιλεὺς, καὶ τὰς ἐπὶ τὸν Ἀχαιὸν ἐπιβολὰς 6
ὑπερτιθέμενος, καὶ τἄλλα πάντα πάρεργα ποιησάμενος, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, ποιούμενος τὴν πορείαν ᾗ καὶ πρόσθεν. διελθὼν δὲ τὸν ἐπικαλούμενον 7
αὐλῶνα Μαρσύαν, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὰ στενὰ

Theodotus Antiochum in Cœle-Syriam invitat.

Cœle-Syriam petit Antiochus.

[1] ἀπέδωκε ex ingenio corrigere jussit Ursinus. Sic autem et scripsit Reg. B. ἐπέδωκε vett. MSti omnes.

se nociturum pollicetur: erant autem hi ad sex millia. Tradita vero urbe, non liberis solum pepercit; sed etiam, restitutis in patriam civibus qui in exilium pulsi fuerant, et leges suas civitati, et suas cuique privatorum facultates reddidit: portum vero et arcem præsidiis firmavit. Erat adhuc in his occupatus *Antiochus*, cum literæ a *Theodoto* illi afferuntur, quibus rogabatur, ut *quam primum in Cœlen Syriam contenderet;* quam *se totam ipsi traditurum* literis significabat. Eo nuncio accepto, hærere ac fluctuari dubius animi rex; ut qui plane statuere haud posset, nec quid ageret, nec quid consilii super eo, quod afferebatur, caperet. Erat *Theodotus* ille, ut supra diximus, genere Ætolus; qui maximo usui quum fuisset Ægypti regibus, adeo condignum meritis præmium nullum retulerat, ut etiam de vita periculum ipsi esset creatum per id tempus, quo Antiochus adversus Molonem bellum gerebat. Tunc igitur Theodotus, Ptolemæum plane insuper habens, et illius aulæ proceribus diffisus, occupata per se Ptolemaide, per *Panætolum* Tyro, Antiochum magno studio vocabat. Jam rex, et expeditione adversus Achæum in aliud tempus dilata, et aliis inceptis omnibus posthabitis, cum exercitu profectus, eamdem, quam etiam ante instituerat, viam ingreditur. Et *Marsyam campum,* qui vocatur, emensus, circa

8 τὰ κατὰ Γέῤῥα, πρὸς τῇ μεταξὺ κειμένῃ λίμνῃ. Πυν- A. U. 535.
θανόμενος δὲ, Νικόλαον, τὸν παρὰ Πτολεμαίου στρα-
τηγὸν, προσκαθῆσθαι τῇ Πτολεμαΐδι, πολιορκοῦντα τὸν
Θεόδοτον· τὰ μὲν βαρέα τῶν ὅπλων ἀπέλιπε, προσ-
τάξας τοῖς ἡγουμένοις πολιορκεῖν τοὺς Βρόχους, τὸ
κείμενον ἐπὶ τῆς λίμνης καὶ τῆς παρόδου χωρίον· αὐτὸς
δὲ, τοὺς εὐζώνους ἀναλαβὼν, προῆγε, βουλόμενος λῦσαι
9 τὴν πολιορκίαν. ὁ δὲ Νικόλαος πρότερον ἤδη, πεπυσ-
μένος τὴν τοῦ βασιλέως παρουσίαν, αὐτὸς μὲν ἀνεχώ-
ρησε· τοὺς δὲ περὶ Λαγόραν τὸν Κρῆτα καὶ Δορυμένην
τὸν Αἰτωλὸν ἐξαπέστειλε, προκαταληψομένους τὰ στενὰ
10 τὰ περὶ Βηρυτόν. οἷς προσβαλὼν ὁ βασιλεὺς ἐξ ἐφόδου,
καὶ τρεψάμενος, ἐπεστρατοπέδευσε τοῖς στενοῖς.

LXII. Προσδεξάμενος δὲ καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν Tyrum et Ptolemaidem a Theodoto accipit.
ἐνταῦθα, καὶ παρακαλέσας τὰ πρέποντα, ταῖς προκει-
μέναις ἐπιβολαῖς, μετὰ ταῦτα [k]προήγαγε μετὰ πάσης
τῆς δυνάμεως, εὐθαρσὴς καὶ μετέωρος ὢν πρὸς τὰς
2 ὑπογραφομένας ἐλπίδας. Ἀπαντησάντων δὲ τῶν περὶ τὸν
Θεόδοτον καὶ Παναίτωλον αὐτῷ, καὶ τῶν ἅμα τούτοις
φίλων, ἀποδεξάμενος τούτους φιλανθρώπως, παρέλαβε
τήν τε Τύρον καὶ Πτολεμαΐδα, καὶ τὰς ἐν ταύταις
3 παρασκευάς· ἐν αἷς ἦν καὶ πλοῖα τετταράκοντα·
τούτων κατάφρακτα μὲν εἴκοσι διαφέροντα ταῖς κα-

[k] προῆγε Flor.

fauces ubi sunt *Gerra*, ad lacum qui montes interjacet, castra locat. Ibi cognito, *Nicolaum* Ptolemæi ducem, oppidum *Ptolemaidem* obsidere in qua *Theodotus* esset inclusus; relicta gravi armatura, datoque ducibus mandato, ut *Brochos* castellum, in ipso propter lacum transitu situm, obsiderent; ipse cum expeditis militibus ad eximendam obsessione Ptolemaidem iter intendit. Sed priusquam eo veniret, multo ante Nicolaus, cognito regis adventu, Ptolemaide discesserat, misso *Lagora* Cretensi cum *Dorymene* Ætolo, qui fauces prope *Berytum* occuparent. Hos igitur adortus rex, quum primo impetu in fugam compulisset, in ipsis faucibus castra metatur.

LXII. Eo loci copiis deinde ceteris acceptis, postquam suos quæ res et tempus monebant esset cohortatus, de cetero bonæ spei plenus, et exspectatione elatus magnarum rerum quarum spes ei ostendebatur, cum universo exercitu ire pergebat. Processerunt illi obviam *Theodotus et Panætolus*, amicis suis comitati: quos omnes quum benigne Antiochus appellasset *Tyrum* et *Ptolemaidem* traditas ab his, cum omnibus apparatibus qui in oppidis illis erant, accepit. Inter cetera repertæ ibi sunt naves quadraginta:

Ol. 140. 1. τασκευαῖς, ἐν οἷς οὐδὲν ἔλαττον ἦν τετρήρους· τὰ δὲ
λοιπά, τριήρεις καὶ δίκροτα καὶ κέλητες. ταῦτα μὲν
οὖν Διογνήτῳ παρέδωκε τῷ ναυάρχῳ. Προσπεσόντος δ' 4
αὐτῷ τὸν μὲν Πτολεμαῖον εἰς Μέμφιν ἐξεληλυθέναι,
τὰς δὲ δυνάμεις ἠθροῖσθαι πάσας εἰς Πηλούσιον, καὶ
τάς τε διώρυγας ἀναστομοῦν, καὶ τὰ πότιμα τῶν
Aliis oppidis potitur. ὑδάτων ἐμφράττειν· τῆς μὲν ἐπὶ τὸ Πηλούσιον ἐπιβολῆς 5
ἀπέστη, τὰς δὲ πόλεις ἐπιπορευόμενος ἐπειρᾶτο, τὰς
μὲν βίᾳ, τὰς δὲ πειθοῖ, πρὸς αὐτὸν ἐπάγεσθαι. τῶν 6
δὲ πόλεων αἱ μὲν ἐλαφραί, καταπεπληγμέναι τὴν
ἔφοδον αὐτοῦ, προσετίθεντο· αἱ δὲ πιστεύουσαι ταῖς
παρασκευαῖς, καὶ ταῖς ὀχυρότησι τῶν τόπων, ὑπέμενον·
ἃς ἠναγκάζετο προσκαθεζόμενος πολιορκεῖν, καὶ κατα-
τρίβειν τοὺς χρόνους. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον τοῦ 7
μὲν ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν, ὅπερ
ἦν καθῆκον, οὕτω παρεσπονδημένοι προφανῶς, οὐδ' ἐπι-
βολὴν εἶχον, διὰ τὴν ἀδυναμίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ 8
αὐτοῖς ὠλιγώρητο πάντα τὰ κατὰ τὰς πολεμικὰς
παρασκευάς.

Ministri Ptolemæi legationibus distinent Antiochum.

LXIII. Λοιπὸν δὲ συνεδρεύσαντες οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ Σωσίβιον, οἱ τότε προεστῶτες τῆς βασιλείας ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τὸ δυνατὸν ἔλαβον πρὸς τὸ
παρόν. ἐβουλεύσαντο γάρ, γίγνεσθαι μὲν περὶ τὴν τοῦ 2
πολέμου παρασκευήν· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ διαπρεσβευό-

quarum erant viginti tectæ, omnibus armamentis egregie instructæ; earumdemque nulla minor quadriremi: ceteræ, triremes, dicrota et celoces. Et hæ quidem naves Diogneto navarcho sunt traditæ. At Rex factus certior, *Ptolemæum Memphim concessisse, copias Pelusii esse congregatas, Nilique canales aperire, et puteos omnes aquam dulcem continentes obruere;* mutata sententia de ducendo versus Pelusium, oppidatim circumducens exercitum, urbium alias vi, alias æquitate conditionum sibi adjungere conabatur. Igitur quæ leviter munitæ erant, hæ adventu illius perterritæ, ad ejus amicitiam fidemque se applicabant; quæ rerum necessariarum paratibus et firmitate locorum fidebant, eæ manebant in fide: et his obsidendis plurimum temporis insumere rex cogebatur. At *Ptolemæus* e vestigio subveniendi rebus suis, sicut par erat ipsum facere, manifesta adeo perfidia appetitum, ne consilium quidem aut rationem ullam, præ socordia, inibat: usque adeo rei militaris cura atque exercitatio omnis ab eo fuerat insuper habita.

LXIII. Ceterum *Agathocles et Sosibius*, penes quos illa tempestate summa in eo regno fuit auctoritas, deliberantes cum suis, ex iis quæ fieri poterant, id quod possibile erat in præsentia elegerunt. Decernunt enim: *in præparatione belli*

μενοι κατεκλύειν τὸν Ἀντίοχον, συνεργοῦντες κατὰ A. U. 535.
τὴν ἔμφασιν τῇ προϋπαρχούσῃ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ
3 Πτολεμαίου διαλήψει. αὕτη δ' ἦν, ὡς πολεμεῖν μὲν
οὐκ ἂν τολμήσοντος· διὰ λόγου δὲ καὶ τῶν φίλων
διδάξοντος, καὶ πείσοντος αὐτὸν ἀποστῆναι τῶν κατὰ
4 Κοίλην Συρίαν τόπων. Κριθέντων δὲ τούτων, οἱ περὶ τὸν
Ἀγαθοκλέα καὶ Σωσίβιον, ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ταχθέν-
τες, ἐξέπεμπον ἐπιμελῶς τὰς πρεσβείας [l]πρὸς Ἀντίο-
5 χον. ἅμα δὲ διαπεμψάμενοι πρός τε Ῥοδίους καὶ
Βυζαντίους, καὶ Κυζικηνοὺς, σὺν δὲ τούτοις Αἰτωλοὺς,
6 ἐπεσπάσαντο πρεσβείας ἐπὶ τὰς διαλύσεις. αἳ καὶ Interim bellum parant.
παραγενόμεναι, μεγάλας αὐτοῖς ἔδοσαν ἀφορμὰς, δια-
πρεσβευόμεναι πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς, εἰς τὸ
λαβεῖν ἀναστροφὴν καὶ χρόνον [m]εἰς τὰς τοῦ πολέμου
7 παρασκευάς. [n]Ταύταις τε δὴ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐχρη-
μάτιζον ἐν τῇ Μέμφει προκαθήμενοι· παραπλησίως δὲ
καὶ τὰς παρὰ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀπεδέχοντο,
8 φιλανθρώπως ποιούμενοι τὰς ἀπαντήσεις. ἀνεκαλοῦντο
δὲ καὶ συνήθροιζον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοὺς μισθο-
φόρους τοὺς ἐν ταῖς ἔξω πόλεσιν ὑπ' αὐτῶν μισθοδοτου-
9 μένους. ἐξαπέστελλον δὲ καὶ ξενολόγους, καὶ παρε-
σκεύαζον τοῖς προϋπάρχουσι καὶ τοῖς παραγιγνομένοις
10 τὰς σιταρχίας. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τὴν λοιπὴν

[l] πρὸς τὸν Ἀντίοχον Flor. [m] πρὸς τὰς τοῦ πολ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.
[n] ταύταις δὲ δὴ editio Hervag. et sqq. invitis MStis.

operam sibi naviter esse ponendam; interim vero legatos ad Antiochum mittendos, qui impetum illius relaxent: ita denique omnia in speciem esse comparanda, ut Antiochus in ea, quam ante concepisset de Ptolemæo, opinione confirmetur: nunquam videlicet ausurum ipsum bellare secum; verum per amicos et colloquia acturum, et, ut Cœle-Syria excedat, rogaturum. Hæc ubi placuit sententia, *Agathocles et Sosibius,* quibus negotii totius cura fuerat demandata, ad *Antiochum* magno studio legationes miserunt. Simul ab Rhodiis, Byzantiis, Cyzicenis, itemque Ætolis legatos ad tractandum de pace arcessunt: qui ut venerunt, dum ultro citroque ad reges ambos commeant, præclaram ipsis occasionem dederunt, et tempus et otium nanciscendi ad bellum præparandum. Cum hisce legatis *Agathocles et Sosibius* de negotiis, prout quæque res inciderat, *Memphi* sedentes agebant: ibidemque eos excipiebant qui ab *Antiocho* venirent, postulatisque illorum perhumane respondebant. Simul vero mercenarios omnes, quos in urbibus ditionis suæ extra Ægyptum Ptolemæus alebat, convocant et Alexandriam contrahunt. Ad conducendum etiam militem peregrinum conquisitores dimittunt: et, ne vel iis quos jam habebant, vel iis qui deinceps essent venturi, annona deesset, providebant. Nec minus de ceteris quoque omnibus rebus bello

Ol. 140. 1. ἐγίγνοντο παρασκευὴν, ἀνὰ μέρος καὶ συνεχῶς διατρέ-
χοντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ τῶν
χορηγιῶν πρὸς τὰς προκειμένας ἐπιβολάς. Τὴν δὲ περὶ 11
τὰ ὅπλα κατασκευὴν, καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκλογὴν καὶ
διαίρεσιν, Ἐχεκράτει τῷ Θετταλῷ καὶ Φοξίδᾳ τῷ
Μελιταιεῖ παρέδοσαν· ἅμα δὲ τούτοις Εὐρυλόχῳ τῷ 12
Μάγνητι, καὶ Σωκράτει τῷ Βοιωτίῳ· σὺν οἷς ἦν καὶ
Κνωπίας Ἀλωρίτης. Εὐκαιρότατα γὰρ δὴ τούτων 13
ἐπελάβοντο τῶν ἀνδρῶν, οἵτινες ἔτι Δημητρίῳ καὶ
Ἀντιγόνῳ συστρατευόμενοι κατὰ ποσὸν ἔννοιαν εἶχον τῆς
ἀληθείας, καὶ καθόλου τῆς ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρείας.
οὗτοι δὲ, παραλαβόντες τὸ πλῆθος, ἐνδεχομένως ἐχεί- 14
ριζον καὶ στρατιωτικῶς.

Magna cura in Ægypto instauratur militia.

In Ægypto instauratur militia.

LXIV. Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ γένη καὶ καθ' ἡλικίαν
διελόντες, ἀνέδοσαν ἑκάστοις τοὺς ἐπιτηδείους καθοπλισ-
μοὺς, ὀλιγωρήσαντες τῶν πρότερον αὐτοῖς ὑπαρχόντων.
μετὰ δὲ ταῦτα συνέταξαν οἰκείως πρὸς τὴν παροῦσαν 2
χρείαν, λύσαντες τὰ συστήματα καὶ τὰς ἐκ τῶν πρό-
τερον ὀψωνιασμῶν καταγραφάς. Ἑξῆς δὲ τούτοις 3
ἐγύμναζον, συνήθεις ἑκάστους ποιοῦντες οὐ μόνον τοῖς
παραγγέλμασιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οἰκείαις τῶν καθο-
πλισμῶν κινήσεσιν. ἐποιοῦντο δὲ καὶ συναγωγὰς ἐπὶ 4
τῶν ὅπλων καὶ παρακλήσεις, ἐν αἷς μεγίστην παρ-

necessariis solliciti erant: eaque fine Alexandriam alternis vicibus subinde excurrebant; ut ne quid omnino deficeret eorum, quæ ad proposita exsequenda poterant desiderari. Armorum vero fabricam, virorumque delectum atque centuriationem *Echecrati* Thessalo et *Phoxidæ* Melitæensi permiserunt. Adhibiti etiam sunt ad curationem ejusdem muneris *Eurylochus* Magnes, et *Socrates* Bœotius, et cum his *Cnopias* Alorita. Accidit enim sane quam opportunissima res Ægyptiis, ut viros istos nanciscerentur; qui sub Demetrio et Antigono adhuc stipendia fecerant, et verorum certaminum, atque adeo omnium quæ ad expeditionales usus spectant, mediocrem saltem peritiam habebant. Hi igitur multitudinem sibi traditam, quantum fieri poterat, militari disciplina informabant.

LXIV. Jam primum per genera perque ætates distributis, convenientia cuique arma, spretis iis quibus ante uti solebant, diviserunt. Deinde, dissolutis legionibus, et antiquata tota illa descriptione, quæ in recensendis stipendiorum caussa militibus antea servabatur, ex usu præsente eos centuriarunt. Secundum hæc, assiduis exercitationibus non solum imperia militiæ familiaria illis reddebant, sed etiam proprios cuique armorum generi motus. Postremo armatos in concionem quoque subinde convocabant, et cohortabantur: qua in re egregiam cumprimis operam illis navaverunt

εἴχοντο χρείαν Ἀνδρόμαχος Ἀσπένδιος καὶ Πολυ- A. U. 535.
5 κράτης Ἀργεῖος· προσφάτως μὲν ἐκ τῆς Ἑλλάδος In Ægypto instauratur militia.
διαβεβηκότες, συνήθεις δὲ ἀκμὴν ὄντες ταῖς Ἑλληνικαῖς
ὁρμαῖς, καὶ ταῖς ἑκάστων ἐπινοίαις· πρὸς δὲ τούτοις,
ἐπιφανεῖς ὑπάρχοντες ταῖς τε πατρίσι καὶ τοῖς βίοις·
6 Πολυκράτης δὲ καὶ μᾶλλον, διά τε τὴν τῆς οἰκίας
ἀρχαιότητα, καὶ διὰ τὴν Μνασιάδου τοῦ πατρὸς δόξαν
7 ἐκ τῆς ἀθλήσεως. οἳ, καὶ κατ' ἰδίαν καὶ κοινῇ παρα-
καλοῦντες, ὁρμὴν καὶ προθυμίαν ἐνειργάσαντο τοῖς ἀν-
θρώποις πρὸς τὸν μέλλοντα κίνδυνον.

LXV. Εἶχον δὲ καὶ τὰς ἡγεμονίας ἕκαστοι τῶν Copiæ et duces Ptolemæi.
προειρημένων ἀνδρῶν, οἰκείας ταῖς ἰδίαις ἐμπειρίαις.
2 Εὐρύλοχος μὲν γὰρ, ὁ Μάγνης, ἡγεῖτο σχεδὸν ἀνδρῶν
τρισχιλίων, τοῦ καλουμένου παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν
Ἀγήματος. Σωκράτης δὲ, ὁ Βοιώτιος, πελταστὰς
3 ὑφ' ἑαυτὸν εἶχε δισχιλίους. ὁ δ' Ἀχαιὸς Φοξίδας,
καὶ Πτολεμαῖος ὁ Θρασέου, σὺν δὲ τούτοις Ἀνδρό-
μαχος, ὁ Ἀσπένδιος, συνεγύμναζον μὲν ἐπὶ τὸ αὐτὸ
4 τὴν φάλαγγα καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας· ἡγοῦντο
δὲ, τῆς μὲν φάλαγγος, Ἀνδρόμαχος καὶ Πτολεμαῖος,
τῶν δὲ μισθοφόρων Φοξίδας· οὔσης τῆς μὲν φάλαγγος
εἰς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, τῶν δὲ μισθοφόρων
5 εἰς ὀκτακισχιλίους. Τοὺς δ' ἱππεῖς, τοὺς μὲν περὶ
τὴν αὐλὴν, ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, Πολυκράτης παρε-
σκεύαζε καὶ τοὺς ἀπὸ Λιβύης, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐγχω-

Andromachus Aspendius et *Polycrates* Argivus: qui et recens e Græcia illuc trajecerant, et quibus Græcanicus adhuc ardor animi inerat, omniumque Græcarum artium usus; prætereaque viri illustres erant, tum splendore patriæ suæ uterque, tum et privatis opibus: *Polycrates* præsertim, qui antiquissima prognatus stirpe, patrem habuerat *Mnasiadem*, plurimarum olim palmarum athletam. Hi modo privatim, modo publice, hortando monendoque audaciam et alacritatem ad futurum certamen animis militum inseruerunt.

LXV. Porro singuli eorum, quos modo nominavimus, virorum pro ea peritia, qua quisque præcipue pollebat, ducatus in exercitu gerebant. *Eurylochus* Magnes trium ferme millium dux erat, eorum qui apud reges Agema vocantur. *Socrates* Bœotius cetratis bis mille præerat. *Phoxidas* Achæus, et *Ptolemæus* Thraseæ filius, prætereaque *Andromachus* Aspendius, ad eumdem modum phalangem et Græcos mercenarios exercebant: ceterum phalangis duces erant Andromachus et Ptolemæus; conductitii militis, Phoxidas. Constabat autem phalanx viginti quinque fere hominum millibus: mercede conducti ad octies mille erant. Equites, ad regium comitatum pertinentes, erant ad septingentos; quos *Polycrates* instituebat, et una cum his alios, partim e Libya accitos,

Ol. 140. 1.
Ptolemæi copiæ et duces.

ῥίους· καὶ τούτων αὐτὸς ἡγεῖτο πάντων, περὶ τρισχι-
λίους ὄντων τὸν ἀριθμόν. τούς γε μὴν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος 6
[o] καὶ πᾶν τὸ τῶν μισθοφόρων ἱππέων πλῆθος Ἐχεκράτης,
ὁ Θετταλὸς, διαφερόντως ἀσκήσας, ὄντας εἰς δισχι-
λίους, μεγίστην ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κινδύνου παρέσχετο
χρείαν. Οὐδενὸς δ' ἧττον ἔσπευδε περὶ τοὺς [p] ὑπ' αὐτὸν 7
ταττομένους, Κνωπίας [q] Ἀλωρίτης, ἔχων τοὺς μὲν πάν-
τας Κρῆτας εἰς τρισχιλίους, αὐτῶν δὲ τούτων χιλίους
Νεοκρῆτας, ἐφ' ὧν ἐτετάχει Φίλωνα, τὸν Κνώσσιον.
Καθώπλισαν δὲ καὶ Λίβυας τρισχιλίους εἰς τὸν Μα- 8
κεδονικὸν τρόπον· ἐφ' ὧν ἦν Ἀμμώνιος, ὁ Βαρκαῖος.
Τὸ δὲ τῶν Αἰγυπτίων πλῆθος ἦν μὲν εἰς δισμυρίους 9
φαλαγγίτας, ὑπετάττετο δὲ Σωσιβίῳ. συνήχθη δὲ καὶ 10
Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν πλῆθος, ἐκ μὲν τῶν κατοίκων καὶ
τῶν ἐπιγόνων εἰς τετρακισχιλίους· οἱ δὲ προσφάτως
ἐπισυναχθέντες, ἦσαν εἰς δισχιλίους· ὧν ἡγεῖτο Διο-
νύσιος, ὁ Θρᾷξ. Ἡ μὲν οὖν Πτολεμαίῳ παρασκευα- 11
ζομένη δύναμις, τῷ τε πλήθει, καὶ ταῖς διαφοραῖς,
τοσαύτη καὶ τοιαύτη τις ἦν.

Dura opp. frustra oppugnat Antiochus.

LXVI. Ἀντίοχος δὲ, συνεσταμένος πολιορκίαν περὶ τὴν καλουμένην πόλιν Δοῦρα, καὶ περαίνειν οὐδὲν δυνάμενος, διά τε τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου καὶ τὰς τῶν

[o] Mendose vulgo ex Bav. edebatur καὶ πάντων μισθοφόρων ἱππέων Ἐχεκράτης, et deinde ὄντας τὸ πλῆθος εἰς δισχιλίους. [p] ὑφ' αὐτὸν Flor. Urb. [q] Ἀλαριώτης h. l. Bav. et Ἀλλαριώτης Vat. Flor. Urb. Ursin. Aug. Reg. A.

partim ex Ægypto conscriptos: præeratque idem hisce omnibus, qui ad tria millia complebant. Græcis vero et mercenariis cunctis equitibus (ad duo omnino millia erant) *Echecrates* Thessalus erat præfectus: qui, quum eximia cura eos exercuisset; in ipso dein discrimine plurimum operæ pretium fecit. *Cnopias* quoque Alorita in commisso sibi milite instruendo præparandoque nemini omnium concedebat: ii autem erant omnino Cretenses ad ter mille; e quorum numero fuere Neocretes mille, quibus *Philonem* Cnossium præposuerat. Armaverunt et Afrorum tria millia more Macedonico, præfecto *Ammonio* Barcæo. Ægyptiorum multitudo ad viginti millia phalangitarum accedebat; qui ducem *Sosibium* habebant. Contracta est et Thracum Gallorumque manus; cum ex inquilinis et horum liberis, ad millia quatuor; tum ex iis qui insuper recens fuerant conscripti, ad duo ferme hominum millia: duxque illis impositus *Dionysius* Thrax. Igitur *Ptolemæo* quidem qui præparabatur exercitus, hoc numero constabat, et hac gentium ceterarumque rerum diversitate.

LXVI. *Antiochus* interim urbem Dura premebat obsidione: cujus incepti quum exitum nullum videret; (nam et locus erat natura munitus, et ob-

2 περὶ τὸν Νικόλαον παραβοηθείας· συνάπτοντος ἤδη τοῦ A. U. 535.
χειμῶνος, συνεχώρησε ταῖς παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσ- Inducias
βείαις, ἀνοχάς τε ποιήσασθαι τετραμήνους, καὶ περὶ init cum
τῶν ὅλων εἰς πάντα συγκαταβήσεσθαι τὰ φιλάνθρωπα. Ptolemæo.
3 ταῦτα δ' ἔπραττε, πλεῖστον μὲν ἀπέχων τῆς ἀληθείας·
σπεύδων δὲ, μὴ πολὺν χρόνον ἀποσπᾶσθαι τῶν οἰκείων
τόπων, ἀλλ' ἐν τῇ Σελευκείᾳ ποιήσασθαι τὴν τῶν δυνά-
μεων παραχειμασίαν, διὰ τὸ προφανῶς τὸν Ἀχαιὸν
ἐπιβουλεύειν μὲν τοῖς σφετέροις πράγμασι, συνεργεῖν δὲ
4 τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁμολογουμένως. Τούτων δὲ
συγχωρηθέντων, Ἀντίοχος τοὺς μὲν [r]πρέσβεις ἐξέπεμψε,
παραγγείλας διασαφεῖν αὐτῷ τὴν ταχίστην τὰ δόξαντα
τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον, καὶ συνάπτειν εἰς Σελεύκειαν.
5 ἀπολιπὼν δὲ φυλακὰς τὰς ἁρμοζούσας ἐν τοῖς τόποις,
καὶ παραδοὺς Θεοδότῳ τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν, ἐπαν-
ῆλθε· καὶ, παραγενόμενος εἰς τὴν Σελεύκειαν, διαφῆκε
6 τὰς δυνάμεις εἰς παραχειμασίαν. [s]Καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη Sperat An-
τοῦ μὲν γυμνάζειν τοὺς ὄχλους ὠλιγώρει· πεπεισμένος, tiochus,
οὐ [t]προσδεηθήσεσθαι τὰ πράγματα μάχης, διὰ τὸ retinere se
τινῶν μὲν μερῶν τῆς Κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης ἤδη posse Cœ-
κυριεύειν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλπίζειν ἐξ ἑκόντων καὶ διὰ lesyriam.
7 λόγου παραλήψεσθαι· μὴ [u]τολμώντων τὸ παράπαν
τῶν περὶ τὸν Πτολεμαῖον εἰς τὸν περὶ τῶν ὅλων συγκα-
8 ταβαίνειν κίνδυνον. Ταύτην δὲ συνέβαινε τὴν διάληψιν

[r] πρεσβευτὰς Flor. Aug. Reg. A. [s] καὶ λοιπὸν ἤδη Bav. absque τὸ.
[t] προσδεήσεσθαι Vat. Flor. [u] τολμόντων Aug. Possis τολμησόντων suspicari.

sessis subinde auxilia submittebat Nicolaus:) adpetente jam hieme, missis a *Ptolemæo* legationibus demum annuit, ut et *induciæ ad menses quatuor* fierent, et *de summa re ad conditiones æquissimas se descensurum* diceret. Hoc autem ille faciebat, quum longe ab eo abesset, ut veram animi mentem proderet: sed, qui diutius a ditione sua abesse nollet, Seleuciam exercitum reducere ad hibernandum properabat; quum manifeste imperio ipsius insidiaretur *Achæus*, et aperte jam cum Ptolemæo faceret. Pactus igitur inducias *Antiochus*, legatos remisit, jussos *quam primum sibi voluntatem Ptolemæi renunciare, et Seleuciam ad se venire.* Deinde, ubi præsidia locis opportunis imposuisset, rerum omnium cura *Theodoto* mandata, ad reditum se accinxit. *Seleuciam* ut ventum, in hiberna exercitum dimisit; nullam de cetero exercendi militis curam gerens. Persuaserat enim sibi, ad conficiendam rem nihil dimicatione futurum opus: et, partes nonnullas Cœlæ Syriæ et Phœniciæ jam in potestate habens, cetera loca a volentibus se accepturum, et omnia colloquiis transacturum sperabat; Ptolemæum quidem certe, periculum summæ rerum facere nequaquam ausurum. In

Ol. 140. 1. καὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἔχειν· διὰ τὸ τὰς ἐντεύξεις αὐτοῖς
τὸν Σωσίβιον, ἐν τῇ Μέμφει προκαθήμενον, φιλανθρώπους
ποιεῖσθαι· τῶν δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν παρασκευῶν 9
μηδέ ποτε τοὺς διαπεμπομένους [x]πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἐᾷν
αὐτόπτας γενέσθαι.

Irritæ legationes inter Antiochum et Ptolemæum.

LXVII. Πλὴν καὶ τότε τῶν πρέσβεων ἀφικομένων, οἱ
μὲν περὶ τὸν Σωσίβιον ἕτοιμοι πρὸς πᾶν. Ὁ δ' Ἀν- 2
τίοχος μεγίστην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς τὸ, [y]καθάπερ καὶ
τοῖς ὅπλοις, καὶ τοῖς δικαίοις ἐπὶ τῶν ἐντεύξεων, κατα-
περιεῖναι τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας. καὶ δὴ, παραγενο- 3
μένων τῶν πρεσβευτῶν εἰς τὴν Σελεύκειαν, καὶ συγκα-
ταβαινόντων εἰς τοὺς κατὰ μέρος ὑπὲρ τῆς διαλύσεως
λόγους, κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωσίβιον ἐντολάς·
ὁ μὲν βασιλεὺς τὸ μὲν ἄρτι γεγονὸς ἀτύχημα καὶ 4
προφανὲς ἀδίκημα, περὶ τῆς ἐνεστώσης καταλήψεως τῶν
περὶ Κοίλην Συρίαν τόπων, οὐ δεινὸν ἐνόμιζε κατὰ τὰς
δικαιολογίας· [z]τὸ δὲ πλεῖστον, οὐδ' ἐν ἀδικήματι κατ- 5
ηριθμεῖτο τὴν πρᾶξιν, ὡς καθηκόντων αὐτῷ τινῶν ἀντι-
πεποιημένος. Τὴν δὲ πρώτην Ἀντιγόνου τοῦ Μονο- 6
φθάλμου κατάληψιν καὶ τὴν Σελεύκου δυναστείαν τῶν
τόπων τούτων, ἐκείνας, ἔφη, κυριωτάτας εἶναι καὶ δι-
καιοτάτας κτήσεις· καθ' ἃς αὐτοῖς, οὐ Πτολεμαίῳ,
καθήκειν τὰ κατὰ Κοίλην Συρίαν. καὶ γὰρ Πτολε- 7
μαῖον διαπολεμῆσαι πρὸς Ἀντίγονον, οὐκ αὐτῷ, Σε-

[x] πρὸς τὸν Πτολεμαῖον suspicatus et interpretatus est Casaub. [y] καθάπερ ex καθάπαξ corruptum judicavit Reiskius. Casaubonus cum Ursino ante καὶ τοῖς δικαίοις inseruerunt οὕτω, invitis MStis. [z] τὸ δὲ πλεῖον malim.

eadem autem persuasione cum Antiocho legati etiam erant: quoniam perquam humaniter cum eis *Sosibius*, Memphi præsidens, erat collocutus; et nemo eorum, qui ad *Antiochum* missitabantur, apparatus belli, qui Alexandriæ fiebant, oculis suis umquam viderat.

LXVII. Igitur tunc quoque, ubi ad *Sosibium* advenerunt legati; ille, *ad omnia paratum se*, dicere. *Antiochus* autem, quoties cum legatis conveniebat, summo studio id agebat, ut non minus caussæ justitia, quam vi armorum, Alexandrinos superare videretur. Et postquam Seleuciam legati venere, et ad disceptandas sigillatim pacis conditiones descenderunt, prout mandatum illis a *Sosibio* fuerat; *Antiochus*, in commemorandis caussæ suæ justis, illatum paullo ante damnum Ptolemæo, et manifestam injuriam, *quod loca nonnulla Cœlesyriæ occupasset, non ita gravem esse*, aiebat; *quin potius, ne injuriæ quidem loca habendam: quippe res ad se pertinentes ipsum vindicasse sibi. Antigonum Coclitem, qui primus hæc loca tenuerit, ac deinde Seleucum, verissimos justissimosque fuisse Cœlesyriæ possessores; ad illos, non ad Ptolemæum, pertinuisse istam provinciam. Nam quod Ptolemæus cum Antigono bellum*

λεύκῳ δὲ συγκατασκευάζοντα τὴν ἀρχὴν τῶν τόπων A. U. 535.
8 τούτων. Μάλιστα δὲ τὸ κοινὸν ἐπίεζε πάντων τῶν
βασιλέων συγχώρημα, καθ' οὓς καιρούς, Ἀντίγονον
νικήσαντες, καὶ βουλευόμενοι κατὰ προαίρεσιν ὁμόσε
πάντες, Κάσσανδρος, Λυσίμαχος, Σέλευκος, ἔκριναν
9 Σελεύκου τὴν ὅλην Συρίαν ὑπάρχειν. Οἱ δὲ παρὰ
Πτολεμαίου, τἀναντία τούτων ἐπειρῶντο συνιστάνειν.
τό τε γὰρ παρὸν ηὖξον ἀδίκημα, καὶ δεινὸν ἐποίουν τὸ
γεγονὸς, εἰς παρασπόνδημα τὴν Θεοδότου προδοσίαν καὶ
10 τὴν ἔφοδον ἀνάγοντες τὴν Ἀντιόχου. [a] προεφέροντο δὲ
καὶ τὰς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου κτήσεις· φάσκον-
τες, ἐπὶ τούτῳ συμπολεμῆσαι Σελεύκῳ Πτολεμαῖον, ἐφ'
ᾧ τὴν μὲν ὅλης τῆς Ἀσίας ἀρχὴν Σελεύκῳ περιθεῖναι·
τὰ δὲ κατὰ Κοίλην Συρίαν αὑτῷ κατακτήσασθαι καὶ
11 Φοινίκην. Ἐλέγετο μὲν οὖν ταῦτα καὶ παραπλήσια
τούτοις πλεονάκις ὑπ' ἀμφοτέρων, κατὰ τὰς διαπρεσ-
βείας καὶ τὰς ἐντεύξεις· ἐπετελεῖτο δὲ τὸ παράπαν
οὐδέν· ἅτε τῆς δικαιολογίας γιγνομένης διὰ τῶν κοινῶν
φίλων, μεταξὺ δὲ μηδενὸς ὑπάρχοντος τοῦ δυνησομένου
παρακατασχεῖν καὶ κωλῦσαι τὴν τοῦ δοκοῦντος ἀδικεῖν
12 ὁρμήν. Μάλιστα δὲ παρεῖχε δυσχρηστίαν ἀμφοτέροις
τὰ περὶ τὸν Ἀχαιόν. Πτολεμαῖος μὲν γὰρ ἐσπούδαζε
13 περιλαβεῖν ταῖς συνθήκαις αὐτόν· Ἀντίοχος δὲ καθ-

Irritæ legationes inter Antiochum et Ptolemæum.

[a] *προσεφέροντο* edd. cum Bav. Aug. et Regiis.

gessisset; id eum fecisse, non ut sibi, sed ut Seleuco eorum locorum imperium pararet. Maxime vero *communem cunctorum regum concessionem* urgebat, *qua, Antigono devicto, Cassander, Lysimachus, et Seleucus, ad consultandum congregati, de communi sententia Seleuco Syriam universam decreto suo attribuerunt.* Contraria his, qui a *Ptolemæo* erant missi, probare nitebantur. Nam et *præsentem injuriam* exaggerabant: et, *proditione Theodoti, atque expeditione ista Antiochi, indigno modo violatam fidem esse,* contendebant. Objiciebant et illud: *Ptolemæum, Lagi filium, provinciam istam quæsivisse sibi: quippe ea lege arma ipsum consociasse cum Seleuco, ut Asiæ quidem universæ dominatus Seleuco pararetur, Cœlen vero Syriam et Phœnicen propriam ut sibi faceret.* Hæc et his similia quum in colloquiis cum legatis, ultro citroque commeantibus, sæpius utrimque essent jactata; effici tamen nihil omnino poterat: quoniam per communes amicos controversia disceptabatur, et intererat conventibus nemo, a quo reprimi et inhiberi posset impetus illius, qui lædere alterum videretur. Maximam vero utrisque difficultatem afferebat caussa *Achæi:* nam, quum *Ptolemæus* id summo studio ageret, ut fœderibus ille comprehenderetur; *Antiochus* contra, ne fieri

Ol. 140. 1. *ἅπαξ οὐδὲ λόγον ἠνείχετο περὶ τούτων, δεινὸν ἡγούμενος τὸ καὶ τολμᾶν τὸν Πτολεμαῖον περιστέλλειν τοὺς ἀποστάτας, καὶ μνήμην ποιεῖσθαι περί τινος τῶν τοιούτων.*

Terra marique inchoatur bellum. Ol. 140. 2. A. U. 536.

LXVIII. *Διόπερ, ἐπεὶ πρεσβεύοντες μὲν* [b]*ἅλις εἶχον ἀμφότεροι, πέρας δ' οὐδὲν ἐγίγνετο περὶ τὰς συνθήκας, συνῆπτε δὲ* [c]*τὰ τῆς ἐαρινῆς ὥρας· Ἀντίοχος μὲν συνῆγε τὰς δυνάμεις, ὡς εἰσβαλῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ καταστρεψόμενος τὰ καταλειπόμενα μέρη τῶν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ πραγμάτων. οἱ δὲ περὶ τὸν* 2

Nicolaus, dux copiarum Ptolemæi.

Πτολεμαῖον ὁλοσχερέστερον ἐπιτρέψαντες τῷ Νικολάῳ, χορηγίας τε παρεῖχον εἰς τοὺς κατὰ Γάζαν τόπους δαψιλεῖς, καὶ δυνάμεις ἐξέπεμπον πεζικὰς καὶ ναυτικάς. ὧν προσγενομένων, εὐθαρσῶς ὁ Νικόλαος εἰς τὸν 3
πόλεμον [d]*ἐνέβαινε, πρὸς πᾶν τὸ παραγγελλόμενον ἑτοίμως αὐτῷ συνεργοῦντος Περιγένους τοῦ ναυάρχου. τοῦ-* 4

Perigenes navarchus.

τον γὰρ ἐπὶ τῶν ναυτικῶν δυνάμεων ἐξαπέστειλαν οἱ περὶ τὸν Πτολεμαῖον· ἔχοντα καταφράκτους μὲν ναῦς τριάκοντα, φορτηγοὺς δὲ πλείους τῶν τετρακοσίων. Νικόλαος δὲ τὸ μὲν γένος ὑπῆρχεν Αἰτωλός· τριβὴν δὲ καὶ 5
τόλμαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς οὐδενὸς εἶχεν ἐλάττω τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ στρατευομένων. προκαταλαβόμενος 6
δὲ μέρει μέν τινι τὰ κατὰ Πλάτανον στενά, τῇ δὲ λοιπῇ δυνάμει, μεθ' ἧς [e]*ἦν αὐτός, τὰ περὶ Πορφυρεῶνα*

Angustias ad Platanum et Porphyreonem occupat Nicolaus.

[b] *ἅλις* ex Ursini conject. recepi, pro mendoso *ἄλξεις* quod occupaverat libros omnes. [c] *τὸ τῆς ἐαρινῆς* edd. ex Bav. [d] *ἀνέβαινε* edd. ex Bav. [e] *αὐτὸς ἦν* Flor. Aug. Reg. A.

quidem mentionem ullam omnino ejus rei ferre poterat; *rem* esse *indignam* clamitans, *audere Ptolemæum rebelles protegere, aut hujusmodi cujuspiam conditionis meminisse.*

LXVIII. Ita tempore legationibus extracto, quum pax tamen nullo modo conveniret; ineunte jam vere, copias contrahit suas *Antiochus*, habens in animo terra marique hostem aggredi, et reliquas *Cœlæ Syriæ* partes nondum subactas in potestatem redigere. *Ptolemæus* summam rerum tuendam *Nicolao* tradit: commeatus omnium rerum *Gazam* adfatim convehit: copias, cum pedestres, tum maritimas, emittit. Quæ ubi advenerunt, audacter jam bello se accingit *Nicolaus:* ad omnia quæ imperaret promtum adjutorem habens *Perigenem*, qui navibus præerat. Hunc enim *Ptolemæus* classi, quam submittebat, præposuerat; tectas quidem naves triginta habentem, onerarias vero amplius quadringentas. *Nicolaus* genere Ætolus erat; usu vero bellicarum rerum et fortitudine, nemini eorum ducum qui Ptolemæo tunc militabant, concedebat. Hic, parte exercitus præoccupatis angustiis ad *Platanum*, altera parte, cum qua erat ipse, proxima *Porphyreoni* urbi loca tenens, ne hac faceret Antiochus im-

πόλιν· [f]ταύτῃ παρεφύλαττε τὴν εἰσβολὴν τοῦ βασιλέως, A. U. 536.
ὁμοῦ συνορμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως.
7 Ἀντίοχος δὲ, παρελθὼν εἰς Μάραθον, καὶ παραγενο-
μένων πρὸς αὐτὸν Ἀραδίων ὑπὲρ συμμαχίας, οὐ μόνον
προσεδέξατο τὴν συμμαχίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν διαφορὰν
τὴν προϋπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους κατέπαυσε,
διαλύσας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ πρὸς τοὺς τὴν ἤπειρον κατοι-
8 κοῦντας τῶν Ἀραδίων. Μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενος
τὴν εἰσβολὴν κατὰ τὸ καλούμενον Θεοῦ πρόσωπον, ἧκε
πρὸς Βηρυτόν· Βότρυν μὲν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβό-
9 μενος, Τριήρη δὲ καὶ Κάλαμον ἐμπρήσας. Ἐντεῦθεν δὲ
Νίκαρχον μὲν καὶ Θεόδοτον προαπέστειλε, συντάξας
προκαταλαβέσθαι τὰς δυσχωρίας περὶ τὸν Λύκον κα-
λούμενον ποταμόν· αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν,
προῆλθε καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Δαμούραν
ποταμὸν, συμπαραπλέοντος ἅμα καὶ Διογνήτου τοῦ
10 ναυάρχου. παραλαβὼν δὲ πάλιν ἐντεῦθεν τούς τε περὶ
τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκαρχον τοὺς ἐκ τῆς δυνάμεως
εὐζώνους, ὥρμησε κατασκεψόμενος τὰς προκατεχομένας
11 ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νικόλαον δυσχωρίας. συνθεωρήσας δὲ
τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας, τότε μὲν ἀνεχώρησε πρὸς τὴν
παρεμβολήν· κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, καταλιπὼν
αὐτοῦ [g]τά τε βαρέα τῶν ὅπλων, καὶ Νίκαρχον ἐπὶ
τούτων, προῆγε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν
προκειμένην χρείαν.

Antiochus Aradios in societatem accipit.

Phœniciam intrat juxta Theoprosopon.

Nicarchus et Theodotus, duces Antiochi.

Diognetus navarchus.

[f] ταύτην Bav. Aug. Reg. A.

[g] τὰ βαρέα Bav. Flor.

pressionem, impediebat; classe interim cum navalibus copiis haud procul in ancoris stante. *Antiochus*, *Marathum* progressus, quum ad eum *Aradii* venissent de societate acturi, non solum accepit illos in societatem; sed etiam controversiam, quæ insulanos Aradios et eos qui continentem habent invicem antea alienaverat, sedavit, atque ut in gratiam inter se coirent effecit. Deinde juxta *Theoprosopon*, quod vocatur, hostium fines ingressus, *Berytum* venit, *Botry* in transitu capta, *Triere* et *Calamo* crematis. Inde *Nicarchum* et *Theodotum* præmisit, jussos in angustiis viæ ad *Lycum* fluvium occupandis hostem antevertere. Ipse cum exercitu pergit ire; moxque ad *Damuram* amnem castra communit; *Diogneto* navarcho cum classe illum semper comitante. Hic rursus assumtis secum Theodoto et Nicarcho cum ea expeditorum manu quam habebant, angustias, quas Nicolaus præoccupaverat, speculatum est profectus: naturaque locorum probe perspecta, in castra se recepit. Postero die, relicto ibidem milite graviter armato, et *Nicarcho* illi præfecto, ad proposita exsequenda cum reliquis copiis sese rex accinxit.

Ol. 140. 2. Nicolaum statione depellit Antiochus.

LXIX. Τῆς δὲ κατὰ τὸν Λίβανον παρωρείας [h]κατὰ τοὺς τόπους τούτους συγκλειούσης τὴν παραλίαν εἰς στενὸν καὶ βραχὺν τόπον, συμβαίνει καὶ τοῦτον αὐτὸν ῥάχει δυσβάτῳ καὶ τραχεῖ διεζῶσθαι, στενὴν δὲ καὶ δυσχερῆ παρ' αὐτὴν τὴν θάλατταν ἀπολειπούσῃ πάροδον. ἐφ' ᾗ τότε Νικόλαος παρεμβεβληκὼς, καὶ τοὺς 2
μὲν τῷ τῶν ἀνδρῶν πλήθει προκατειληφὼς τόπους, τοὺς δὲ ταῖς χειροποιήτοις κατασκευαῖς διησφαλισμένος, ῥαδίως ἐπέπειστο κωλύσειν τῆς εἰσόδου τὸν Ἀντίοχον. ὁ δὲ βασιλεὺς, διελὼν εἰς τρία μέρη τὴν δύναμιν, τὸ 3
μὲν ἓν Θεοδότῳ παρέδωκε, προστάξας, συμπλέκεσθαι καὶ βιάζεσθαι παρ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν τοῦ Λιβάνου. τὸ δὲ [i]ἕτερον μέρος Μενεδήμῳ· διὰ πλειόνων ἐντειλά- 4
μενος κατὰ μέσην πειράζειν τὴν ῥάχιν. τὸ δὲ τρίτον 5
πρὸς θάλατταν ἀπένειμε, Διοκλέα τὸν στρατηγὸν τῆς Παραποταμίας ἡγεμόνα συστήσας. Αὐτὸς δὲ, μετὰ 6
τῆς θεραπείας, εἶχε τὸν μέσον τόπον, πάντα βουλόμενος ἐποπτεύειν καὶ παντὶ τῷ δεομένῳ παραβοηθεῖν. ἅμα δὲ 7
τούτοις ἐξηρτυμένοι παρενέβαλον εἰς ναυμαχίαν, οἱ περὶ τὸν Διόγνητον καὶ Περιγένην, συνάπτοντες κατὰ τὸ δυνατὸν τῇ γῇ, καὶ πειρώμενοι ποιεῖν ὡσανεὶ μίαν ἐπιφάνειαν τῆς πεζομαχίας καὶ ναυμαχίας. Πάντων δὲ 8
ποιησαμένων ἀφ' ἑνὸς σημείου καὶ παραγγέλματος ἑνὸς τὰς προσβολὰς, ἡ μὲν ναυμαχία πάρισον εἶχε τὸν

[h] κατὰ τὸν τόπον τοῦτον edd. ex Bav.

[i] Abest μέρος a Bav. Flor. et Regiis.

LXIX. Quum autem *Libani* montis tractus oram maritimam in angustum ac breve spatium eo loci cogat; accedit insuper, ut illud ipsum spatium arduo atque aspero dorso transversim intercipiatur, quod arctum et difficilem propter mare tramitem relinquit. Ibi tunc *Nicolaus* consederat, et, locis aliis idoneo militum præsidio occupatis, aliis structura castellorum munitis, facile se aditu prohibiturum esse *Antiochum* credebat. Rex, diviso in tres acies exercitu, unam *Theodoto* tradit, addito præcepto, ut ad ipsum Libani latus adgrederetur hostem, et vi perrumpere conaretur: alteram aciem *Menedemo* attribuit, cui etiam atque etiam imperavit, ut per medium illud dorsum tentaret transitum: tertiam aciem litus maris legere jussit, præposito *Diocle*, qui Parapotamiam ad Euphratem præfecturam obtinebat. Ipse, cum prætoria cohorte, medium cepit locum; testis spectatorque omnium quæ gererentur futurus, et, ut quisque suorum laboraret, opem eo laturus. Simul vero et *Diognetus* ac *Perigenes* navales copias ad pugnam direxerunt, terræ quam maxime fieri poterat appropinquantes; et, ut terrestris navalisque prælii una dumtaxat facies appareret, connitentes. Mox quum uno omnes dato signo, et uno imperio, hostem simul invaderent; mari qui-

κίνδυνον, διὰ τὸ καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς παρασκευαῖς
9 παραπλήσιον εἶναι τὸ παρ᾽ ἀμφοῖν ναυτικόν. τῶν δὲ
πεζῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεκράτουν οἱ τοῦ Νικολάου,
συγχρώμενοι ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησι· ταχὺ δὲ τῶν
περὶ τὸν Θεόδοτον ἐκβιασαμένων τοὺς [k] ἐν τῇ παρωρείᾳ,
κἄπειτα ποιουμένων ἐξ ὑπερδεξίου τὴν ἔφοδον, τρα-
πέντες οἱ περὶ τὸν Νικόλαον, ἔφευγον προτροπάδην
10 ἅπαντες. Κατὰ δὲ τὴν φυγὴν, ἔπεσον μὲν αὐτῶν εἰς
δισχιλίους, ζωγρείᾳ δ᾽ ἑάλωσαν οὐκ ἐλάττους τούτων.
11 οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἀπεχώρησαν [l] ἐπὶ Σιδῶνος. Ὁ δὲ
Περιγένης, ἐπικυδέστερος ὢν ταῖς ἐλπίσι κατὰ τὴν
ναυμαχίαν, συνθεωρήσας τὸ κατὰ τοὺς πεζοὺς ἐλάτ-
τωμα, καὶ διατραπεὶς, ἀσφαλῶς ἐποιήσατο τὴν ἀποχώ-
ρησιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους.

A. U. 536.
Nicolaum statione depellit Antiochus.

LXX. Ἀντίοχος δὲ, τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, [m] ἧκε
2 καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τῇ Σιδῶνι. τὸ μὲν οὖν
καταπειράζειν τῆς πόλεως ἀπέγνω, διὰ τὴν προϋπάρ-
χουσαν αὐτόθι δαψίλειαν τῆς χορηγίας, καὶ τὸ πλῆθος
3 τῶν ἐνοικούντων καὶ [n] συμπεφευγότων ἀνδρῶν. ἀναλαβὼν
δὲ τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ
Φιλοτερίας· Διογνήτῳ δὲ συνέταξε, τῷ ναυάρχῳ, πάλιν
4 ἔχοντι τὰς ναῦς ἀποπλεῖν εἰς Τύρον. Ἡ δὲ Φιλοτερία
κεῖται παρ᾽ αὐτὴν τὴν λίμνην, εἰς ἣν ὁ καλούμενος
Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων, ἐξίησι πάλιν εἰς τὰ

Philoteria et Scythopolis traduntur Antiocho.

[k] ἐπὶ τῇ παρωρείᾳ Vat. Flor. [l] ἐπὶ Σιδῶνος Vat. Flor. Mendose edd. cum ceteris codicibus ὑπὸ Σιδῶνα. [m] προῆγε malim cum Reisk. [n] διαπεφευγ. Flor.

dem discrimen pugnæ æquabatur: nam et numero et ceteris rebus æquales erant utrimque navalis prælii apparatus. Terra vero, licet principio superior esset *Nicolaus*, locorum præsertim natura munitissima eum adjuvante; mox tamen, postquam *Theodotus* stationem in monte locatam vi dejecit pervasitque, ac deinde e superiori loco hostes est aggressus, fugam effusam capessit *Nicolaus*. Cæsi sunt inter fugiendum, ad duo millia; nec pauciores vivi sunt capti: qui supererant, cuncti *Sidonem* se recipiunt. *Perigenes*, qui de prælio maritimo spe lætiore jam erat, ut cladem terra esse acceptam videt, consternatus animo, in eadem loca sine discrimine se recepit.

LXX. *Antiochus*, cum exercitu profectus, ad *Sidonem* signa constituit. Urbis tamen oppugnationem non censuit sibi tentandam: quod et rerum necessariarum copia abundaret, et hominibus, cum habitatoribus, tum recentibus profugis, esset refertissima. Igitur, motis castris, *Philoteriam* ducit: Diognetum vero navarchum rursus abire cum classe et Tyrum proficisci jubet. *Philoteria* ad lacum ipsum est sita, quem Jordanes amnis influit; qui, inde egressus, per planitiem *Scy-*

Ol. 140. 2. πεδία τὰ περὶ τὴν Σκυθῶν πόλιν προσαγορευομένην.
Γενόμενος δὲ καθ' ὁμολογίαν ἐγκρατὴς ἀμφοτέρων τῶν 5
προειρημένων πόλεων, εὐθαρσῶς [o]ἔσχε πρὸς τὰς μελλού-
σας ἐπιβολάς· διὰ τὸ τὴν ὑποτεταγμένην χώραν ταῖς
πόλεσι ταύταις, ῥᾳδίως δύνασθαι παντὶ τῷ στρατοπέδῳ
χορηγεῖν, καὶ δαψιλῆ παρασκευάζειν τὰ κατεπείγοντα
πρὸς τὴν χρείαν. ἀσφαλισάμενος δὲ φρουραῖς ταύτας, 6
ὑπερέβαλε τὴν ὀρεινὴν, καὶ παρῆν ἐπὶ Ἀταβύριον· ὃ
κεῖται μὲν ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, τὴν δὲ πρόσβασιν
ἔχει πλεῖον ἢ πεντεκαίδεκα σταδίων. Χρησάμενος δὲ 7
κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐνέδρᾳ καὶ στρατηγήματι,
κατέσχε τὴν πόλιν. προκαλεσάμενος γὰρ εἰς ἀκρο- 8
βολισμὸν τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ συγκαταβιβάσας
ἐπὶ πολὺ τοὺς προκινδυνεύοντας, κἄπειτα πάλιν ἐκ μετα-
βολῆς τῶν φευγόντων καὶ [p]διαναστάσεως τῶν ἐγκαθη-
μένων συμβαλὼν, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε· τέλος 9
δ' ἐπακολουθήσας, καὶ [q]προκαταπληξάμενος, ἐξ ἐφόδου
παρέλαβε καὶ ταύτην τὴν πόλιν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν 10
τοῦτον, [r]Κεραίας, εἷς τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων
ὑπάρχων, ἀπέστη πρὸς αὐτόν. ᾧ χρησάμενος μεγαλο-
πρεπῶς, πολλοὺς ἐμετεώρισε τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις
ἡγεμόνων. Ἱππόλοχος γοῦν, ὁ Θετταλὸς, οὐ μετὰ 11
πολὺ τετρακοσίους ἱππεῖς ἧκεν ἔχων πρὸς αὐτὸν τῶν ὑπὸ

Atabyrium capitur.

Keræas et Hippolochus a Ptol. transeunt ad Antiochum.

[o] εἶχε Aug. Reg. A. [p] Vulgo δι' ἀναστάσεως. [q] προσκαταπληξ. puto scribendum. [r] Fors. Χαιρέας.

thopoleos dictæ urbis labitur. Hisce duobus oppidis in deditionem acceptis, rex ad reliqua incepta, bonæ spei jam plenus, sese comparabat: quia subjecti illis agri alendo exercitui abunde suppetebant, et quæcumque usui essent ad res gerendas largiter subministrabant. Præsidio deinde in has inducto, et montibus superatis, proxime *Atabyrium* accessit. Id oppidum in rotundo colle situm est, ad cujus summitatem stadia numerantur amplius quindecim. Ibi tunc *Antiochus* dolo atque insidiis hostes aggressus, urbem cepit. Etenim quum ad leve certamen provocasset oppidanos, mox retrogredi jussis eis qui prælium inceperant, hostes simul longius abstraxit: tum vero repente conversis qui fugiebant, et iis coortis qui erant in insidiis locati, acre prælium fecit, et multos eorum occidit: ac tandem insecutus ipse, eum cunctis terrorem injecit, ut primo impetu hac quoque urbe potiretur. Eo tempore *Keræas*, [*Chæreas?*] e numero præfectorum Ptolemæi, ad Antiochum defecit: qui munifice illum suscipiendo effecit, ut multorum animi e ducibus regis Ægyptii fluctuarent. Itaque non multo post *Hippolochus* Thessalus, abductis de Ptolemaico exercitu equitibus quadringentis, ad ip-

12 Πτολεμαῖον ταττομένων. Ἀσφαλισάμενος δὲ καὶ τὸ A. U. 536.
Ἀταβύριον, ἀνέζευξε· καὶ προάγων, παρέλαβε [s]Πέλ-
λαν, καὶ Καμοῦν, καὶ Γεφροῦν.

LXXI. Τοιαύτης δὲ γενομένης τῆς εὐροίας, οἱ τὴν Arabes ei se jungunt.
παρακειμένην Ἀραβίαν κατοικοῦντες, παρακαλέσαντες
σφᾶς αὐτοὺς, ὁμοθυμαδὸν αὐτῷ προσέθεντο πάντες.
2 προσλαβὼν δὲ καὶ τὴν παρὰ τούτων ἐλπίδα καὶ χορη-
γίαν, προῆγε· καὶ κατασχὼν εἰς τὴν [t]Γαλάτιν, [u]κύριος Antiochus capit Abila in Galaditide.
γίγνεται Ἀβίλων, καὶ τῶν [x]εἰς αὐτὰ παραβεβοηθη-
κότων· ὧν ἡγεῖτο Νικίας, ἀναγκαῖος ὢν καὶ συγγενὴς
3 [y]Μεννέου. καταλειπομένων δ' ἔτι τῶν Γαδάρων, ἃ δοκεῖ Gadara.
τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ὀχυρότητι διαφέρειν,
προσστρατοπεδεύσας αὐτοῖς, καὶ συστησάμενος ἔργα,
4 ταχέως κατεπλήξατο, καὶ παρέλαβε τὴν πόλιν. Μετὰ
δὲ ταῦτα, πυνθανόμενος, εἰς [z]τὰ Ῥαββατάμανα τῆς Rabbatamana.
Ἀραβίας [a]καὶ πλείους ἠθροισμένους τῶν πολεμίων,
πορθεῖν καὶ κατατρέχειν τὴν τῶν προσκεχωρηκότων
Ἀράβων αὐτῷ χώραν· πάντ' ἐν ἐλάττονι θέμενος, ὥρ-
μησε καὶ προσεστρατοπέδευσε τοῖς βουνοῖς, ἐφ' ὧν
5 κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν. περιελθὼν δὲ, καὶ συν-
θεασάμενος τὸν λόφον, κατὰ δύο τόπους μόνον ἔχοντα
πρόσοδον, ταύτῃ προσέβαινε, καὶ κατὰ τούτους συν-

[s] Πίλλα Vat. Flor. [t] Rectius foret Γαλαδῖτιν vel Γαλααδῖτιν. [u] Vocab. κύριος abest a veteribus libris: ex conject. Ursini et ora Reg. B. inseruit Casaubonus. [x] εἰς αὐτὰ ex Reg. B. recepi. Vulgo ceteri omnes εἰς αὐτό. [y] Μενέου edd. ex Bav. Fors. Μενναίου. [z] παραβαταμάσσανα h. l. Vat. Flor. Bav. et ταραββαταμασσανᾶ Aug. Reg. A. [a] Abest vulgo καὶ.

sum transfugit. *Antiochus*, postquam præsidio *Atabyrium* firmasset, castra movit. Inter eundum oppida *Pellam*, *Camum*, *Gephrum* dedita sibi accipit.

LXXI. Hic adeo felix rerum successus, adjacentis *Arabiæ* populos movit, ut cohortationibus mutuis incitati, communibus suffragiis se illi omnes adjungerent. Qua nova spe auctus rex, opibusque Arabum subnixus, in *Galatidem* [vel *Galaditidem*] devenit, ibique *Abila* in potestatem redigit, et simul omnes qui pro ferenda ope eo occurrerant; quibus *Nicias* præerat, familiaris et cognatus *Menneæ* [*Mennæi*]. Restabant adhuc *Gadara*, locus opinione omnium præ ceteris illius tractus eximie munitus. Ad hunc rex admovit exercitum, molitusque opera, oppidanos ita terruit, ut in deditionem extemplo venerint. Post hæc factus certior, magnum hostium numerum in urbem Arabiæ *Rabbatamana* [*Rabbath-Ammon*] convenisse, et agros eorum Arabum, qui se illi conjunxerant, populari, atque incursionibus infestare; posthabitis rebus omnibus, eo castra movet, ac prope illos tumulos considet, quibus urbs est imposita. Deinde quum circuisset collem, eoque omni ex parte perspecto, deprehendisset, duos tantum aditus eum habere; illac

Ol. 140. 2. Rabbatamana expugnat Antiochus.

ἵστατο τοὺς τόπους τὰς τῶν μηχανημάτων κατασκευάς.
ἀποδοὺς δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἔργων, τῶν μὲν Νι- 6
κάρχῳ, τῶν δὲ Θεοδότῳ· τὸ λοιπὸν αὐτὸς ἤδη κοινὸν
αὑτὸν παρεσκεύαζε κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐπί-
σκεψιν τῆς ἑκατέρου περὶ ταῦτα φιλοτιμίας. πολλὴν 7
δὲ ποιουμένων σπουδὴν τῶν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκ-
αρχον, καὶ συνεχῶς ἁμιλλωμένων πρὸς ἀλλήλους, περὶ
τοῦ πότερος αὐτῶν φθάσει καταβαλὼν τὸ προκείμενον
τῶν ἔργων τεῖχος· ταχέως συνέβη, καὶ παρὰ τὴν προσ-
δοκίαν, ἑκάτερον πεσεῖν τὸ μέρος. οὗ συμβάντος, ἐποι- 8
οῦντο καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν προσβολὰς, καὶ
πᾶσαν προσέφερον βίαν, οὐδένα [b]παραλιπόντες καιρόν.
συνεχῶς δὲ καταπειράζοντες τῆς πόλεως, οὐ μὴν ἤνυον 9
τῆς ἐπιβολῆς οὐδὲν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰς τὴν πόλιν
συνδεδραμηκότων ἀνδρῶν· ἕως οὗ, τῶν αἰχμαλώτων τινος
[c]ὑποδείξαντος τὸν ὑπόνομον, δι' οὗ κατέβαινον ἐπὶ τὴν
ὑδρείαν οἱ πολιορκούμενοι, τοῦτον ἀναῤῥήξαντες ἐνέ-
φραξαν ὕλῃ καὶ λίθοις καὶ παντὶ τῷ τοιούτῳ γένει.
τότε δὲ συνείξαντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν διὰ τὴν ἀνυδρίαν, 10
παρέδοσαν αὑτούς. Οὗ γενομένου, κυριεύσας τῶν Ῥαβ- 11
βαταμάνων, ἐπὶ μὲν τούτων ἀπέλιπε Νίκαρχον μετὰ
φυλακῆς τῆς ἁρμοζούσης· Ἱππόλοχον δὲ καὶ Κεραίαν,
τοὺς ἀποστάντας, μετὰ πεζῶν πεντακισχιλίων ἐξαπο-
στείλας ἐπὶ τοὺς κατὰ Σαμάρειαν τόπους, καὶ συν-

[b] παραλείποντες Casaub. et seqq. invitis MStis. [c] δείξαντος Bav.

copias admovet, machinarumque fabricam utroque loco instituit. Operum curam partim *Nicarcho*, partim *Theodoto* separatim mandat: ipse interim, quæ utrobique fiebant, pari diligentia curat, et utriusque horum studium atque contentionem animorum peræque observat. Utroque autem egregiam operam navante, et assidua æmulatione certantibus ambobus, uter prior objectam suis tormentis murorum partem esset dejecturus; evenit, ut celeriter et opinione hominum citius pars utraque mœnium rueret. Quod ut factum, dies pariter ac noctes sine ulla intermissione impetus dabant, summaque vi irruptionem tentabant. Qui tamen assidui conatus et tentamenta, propter hominum multitudinem, qui in urbem se receperant, in irritum tantisper ceciderunt, donec captivorum aliquis obsidentibus meatum subterraneum ostendit, per quem obsessi aquatum descendebant. Hoc igitur refracto, et materia, saxis, ceterisque id genus rebus obstructo; aquæ inopia oppidanos adegit, ut victos demum sese faterentur, et deditionem facerent. Hoc modo rex urbe *Rabbatamanis* potitus, *Nicarchum* ibi cum idoneo præsidio reliquit: jussisque *Hippolocho* et *Keræa* [*Chærea*] qui a Ptolemæo defecerant, cum quinque peditum millibus in *Samariam* proficisci, ut provinciæ illi præ-

τάξας προκαθῆσθαι, καὶ πᾶσι τὴν ἀσφάλειαν προκατα-
12 σκευάζειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ταττομένοις· ἀνέζευξε μετὰ
τῆς δυνάμεως ὡς ἐπὶ Πτολεμαΐδος, ἐκεῖ ποιεῖσθαι διε-
γνωκὼς τὴν παραχειμασίαν.

A. U. 536.
Ptolemaidem hibernatum concedit.

LXXII. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν θερείαν Πεδνηλισσεῖς,
πολιορκούμενοι καὶ κινδυνεύοντες ὑπὸ Σελγέων, διεπέμ-
2 ψαντο περὶ βοηθείας πρὸς Ἀχαιόν. τοῦ δ' ἀσμένως
ὑπακούσαντος, οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ὑπέμενον τὴν πο-
3 λιορκίαν, προσανέχοντες ταῖς ἐλπίσι τῆς βοηθείας. Ὁ
δ' Ἀχαιὸς, προχειρισάμενος Γαρσύηριν μετὰ πεζῶν
ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ πεντακοσίων, ἐξαπέστειλε
4 σπουδῇ παραβοηθήσοντα τοῖς Πεδνηλισσεῦσιν. Οἱ δὲ
Σελγεῖς, συνέντες τὴν παρουσίαν τῆς βοηθείας, προ-
κατελάβοντο τὰ στενὰ τὰ περὶ τὴν καλουμένην Κλί-
μακα τῷ πλείονι μέρει τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως· καὶ τὴν
μὲν εἰσβολὴν τὴν ἐπὶ [d] Σάπορδα κατεῖχον, τὰς δὲ διόδους
5 καὶ προσβάσεις πάσας ἔφθειρον. Ὁ δὲ Γαρσύηρις,
ἐμβαλὼν εἰς τὴν Μιλυάδα, καὶ καταστρατοπεδεύσας
περὶ τὴν καλουμένην Κρητῶν πόλιν, ἐπεὶ συνῄσθετο,
προκατεχομένων τῶν τόπων, ἀδύνατον οὖσαν τὴν εἰς
6 τοὔμπροσθεν πορείαν, ἐπινοεῖ τινα δόλον τοιοῦτον. ἀνα-
ζεύξας, ἦγε πάλιν εἰς τοὐπίσω τὴν πορείαν, ὡς ἀπεγνω-
κὼς τὴν βοήθειαν, διὰ τὸ προκατέχεσθαι τοὺς τόπους.
7 Οἱ δὲ Σελγεῖς, προχείρως πιστεύσαντες, ὡς ἀπεγνω-
κότος βοηθεῖν Γαρσυήριδος, οἱ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον

RES ASIÆ MINORIS.
Pednelissus opp. Pisidiæ obsidetur a Selgensibus.
Pednelissensibus auxilia mittit Achæus.
Aditus omnes occupant Selgenses.

[d] Σάρποδα Aug. Reg. A.

siderent, et omnes, qui suum imperium agnoscerent, ab hostium vi atque injuriis tutarentur; ipse *Ptolemaidem* versus castra movet, eo loci hibernaturus.

LXXII. Eadem æstate *Pednelissenses* a *Selgensibus* obsessi, jamque de salute periclitantes, per legatos opem ab *Achæo* petierunt. Quorum petitioni quum libenter ille annuisset; oppidani, in promissi auxilii spe acquiescentes, obsidionem forti animo sustinebant. *Achæus* peditum sex millia, equites quingentos, duce *Garsyeri*, opitulatum *Pednelissensibus* misit. *Selgenses*, ut adventare auxilia senserunt, majore copiarum suarum parte angustias ad *Climacem*, quam vocant, occupant: et aditum quidem ad *Saporda* præsidio tenent; transitus vero omnes ac tramites corrumpunt. *Garsyeris* in *Milyadem* impressione facta, castrisque admotis urbi quam *Cretopolin* dicunt, ut animadvertit, obsessis ab infesto hoste illis locis, nulla ratione pergi posse ulterius; dolum hujusmodi comminiscitur. Motis castris, retro agmen ducit; quasi, propter præoccupatas fauces, ferendæ opis consilio cogeretur absistere. *Selgenses*, facile persuasi, ex desperatione sententiam *Garsyerin* mutasse, pars in castra, pars in urbem

Ol. 140. 2.

His deceptis, penetrat Garsyeris, dux Achæi.

[e]ἀπεχώρησαν, οἱ δ' εἰς τὴν πόλιν, διὰ τὸ κατεπείγειν
τὴν τοῦ σίτου κομιδήν. ὁ δὲ Γαρσύηρις, ἐξ ἐπιστροφῆς 8
ἐνεργὸν ποιησάμενος τὴν πορείαν, ἧκε πρὸς τὰς ὑπερ-
βολάς. καταλαβὼν δὲ ἐρήμους, ταύτας μὲν ἠσφα-
λίσατο φυλακαῖς, Φάϋλλον ἐπὶ πάντων [f]καταστήσας.
αὐτὸς δὲ, μετὰ τῆς στρατιᾶς εἰς Πέργην καταίρας, 9
ἐντεῦθεν ἐποιεῖτο τὰς διαπρεσβείας, [g]πρός τε τοὺς ἄλλους
τοὺς τὴν Πισιδικὴν κατοικοῦντας, καὶ πρὸς τὴν Παμ-
φυλίαν· ὑποδεικνύων μὲν τὸ τῶν Σελγέων βάρος, πα- 10
ρακαλῶν δὲ πάντας πρὸς τὴν Ἀχαιοῦ συμμαχίαν, καὶ
πρὸς τὴν βοήθειαν τοῖς Πεδνηλισσεῦσιν.

LXXIII. Οἱ δὲ Σελγεῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον,
στρατηγὸν ἐξαποστείλαντες μετὰ δυνάμεως, ἤλπισαν,
καταπληξάμενοι ταῖς τῶν τόπων ἐμπειρίαις, ἐκβαλεῖν
τὸν Φάϋλλον ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων. οὐ καθικόμενοι δὲ 2
τῆς προθέσεως, ἀλλὰ πολλοὺς ἀποβαλόντες τῶν στρα-
τιωτῶν ἐν ταῖς προσβολαῖς, ταύτης μὲν τῆς ἐλπίδος
ἀπέστησαν· τῇ δὲ πολιορκίᾳ καὶ τοῖς ἔργοις οὐχ ἧττον,
ἀλλὰ μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ, προσεκαρτέρουν. Τοῖς δὲ περὶ 3
Γαρσύηριν, [h]Ἐτεννεῖς μὲν, οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ
Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας
ἔπεμψαν· Ἀσπένδιοι δὲ τοὺς ἡμίσεις. Σιδῆται δὲ, τὰ 4
μὲν στοχαζόμενοι τῆς πρὸς Ἀντίοχον εὐνοίας, τὸ δὲ

Etennenses et Aspendii jungunt se Garsyeridi.

[e] ἀνιχώρ. edd. ex Bav. [f] ἐπιστήσας Vat. Flor. [g] πρός τι cum Reg. B. dedit Casaub. Veteres libri omnes πρός γε. [h] Ἐτινεῖς Flor.

redeunt: etenim messis jam tempus instabat. Interim *Garsyeris*, itinere converso, ductoque raptim agmine, ad transitum montis pervenit: quem nactus præsidio nudatum, ipse præsidiis firmat, et summæ rei *Phayllum* præficit. Deinde cum exercitu *Pergam* profectus, dimissis circa nunciis, tum alios *Pisidiæ* populos sollicitat, tum etiam *Pamphyliam*: ponensque illis ob oculos, *quam gravis immineret omnibus Selgensium civitas*; ad societatem cum *Achæo* ineundam, et auxilia Pednelissensibus mittenda, cunctos hortabatur.

LXXIII. Per id tempus *Selgenses*, misso duce cum exercitu, sperabant, propter eximiam locorum peritiam, terrorem incutere se *Phayllo* posse, et munitionibus eum dejicere. Qui conatus quum fuisset irritus, quumque multos etiam suorum, dum invasionem sæpius tentant, amisissent; huic quidem spei renunciant: at in obsidionis et operum faciendorum curam acrius etiam, quam antea, incumbunt. *Etennenses* vero, qui montana Pisidiæ supra Sidam colunt, octo millia hominum gravis armaturæ Garsyeri submittunt: *Aspendii* quatuor millia. *Sidetæ*, quod amicitiam Antiochi respicerent, ac multo magis, quod Aspen-

πλεῖον διὰ τὸ πρὸς Ἀσπενδίους μῖσος, οὐ μετέσχον τῆς A. U. 536.
5 βοηθείας. Ὁ δὲ Γαρσύηρις, ἀναλαβὼν τάς τε τῶν
βεβοηθηκότων καὶ τὰς ἰδίας δυνάμεις, ἧκε πρὸς τὴν
Πεδνηλισσὸν, πεπεισμένος, ἐξ ἐφόδου λύσειν τὴν πο-
λιορκίαν· οὐ καταπληττομένων δὲ τῶν Σελγέων, λαβὼν
6 σύμμετρον ἀπόστημα, κατεστρατοπέδευσε. τῶν δὲ
Πεδνηλισσέων πιεζομένων ὑπὸ τῆς ἐνδείας, ὁ Γαρσύηρις
σπεύδων ποιεῖν τὰ δυνατὰ, δισχιλίους ἑτοιμάσας ἄν-
δρας, καὶ δοὺς ἑκάστῳ μέδιμνον πυρῶν, νυκτὸς εἰς τὴν
7 Πεδνηλισσὸν εἰσέπεμπε. τῶν δὲ Σελγέων συνέντων τὸ
γιγνόμενον, καὶ παραβοηθησάντων, συνέβη, τῶν μὲν ἀν-
δρῶν τῶν εἰσφερόντων κατακοπῆναι τοὺς πλείστους, τοῦ
8 δὲ σίτου παντὸς κυριεῦσαι τοὺς Σελγεῖς. Οἷς ἐπαρ-
θέντες, ἐνεχείρησαν οὐ μόνον τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς
περὶ τὸν Γαρσύηριν πολιορκεῖν. ἔχουσι γὰρ δή τι τολ-
μηρὸν ἀεὶ καὶ παράβολον ἐν τοῖς [1] πολεμίοις οἱ Σελγεῖς.
9 δι' ἃ καὶ τότε, καταλιπόντες φυλακὴν τὴν ἀναγκαίαν
τοῦ χάρακος, τοῖς λοιποῖς περιστάντες κατὰ πλείους
τόπους, ἅμα προσέβαλλον εὐθαρσῶς τῇ τῶν ὑπεναντίων
10 παρεμβολῇ. Πανταχόθεν δὲ τοῦ κινδύνου παραδόξως
περιεστῶτος, κατὰ δέ τινας τόπους καὶ τοῦ χάρακος
ἤδη διασπωμένου, θεωρῶν ὁ Γαρσύηρις τὸ συμβαῖνον,
καὶ μοχθηρὰς ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τῶν ὅλων, ἐξέπεμψε
11 τοὺς ἱππεῖς κατά τινα τόπον ἀφυλακτούμενον. οὓς νομί-

Ad Pednelissum parum proficit Garsyeris.

Obsidetur ipse a Selgensibus.

[1] πολέμοις Casaub. ex conject.

diorum odio flagrarent, ad ferendam obsessis opem non consenserunt. *Garsyeris*, et sociorum auxilia et suas copias assumens, ad *Pednelissum* accedit; persuasus, primo impetu obsidionem se soluturum: sed, quum ejus adventu nihil terrerentur *Selgenses*; modico ab his intervallo castra ipse communit. Premebantur interim rerum omnium inopia *Pednelissenses*: quibus laborantibus, ut qua posset cumque fieri ratione subveniret *Garsyeris*, duo millia armatorum parat; traditoque illorum unicuique modio frumenti, silentio noctis urbem jubet ingredi. *Selgenses*, re cognita, hostibus ad obsistendum occurrunt: accidit-que, ut frumento omni Selgenses potirentur, maxima eorum parte qui importabant occisa. Quo successu elati, non solum urbem, sed etiam *Garsyerim* in suis castris oppugnare incipiunt. Amant enim *Selgenses* in rebus bellicis consilia audacia et inopinata. Itaque ergo tunc quoque, idoneo intra vallum relicto præsidio, reliquum exercitum variis locis circa hostium castra disponunt; magnaque audacia impetum simul undique faciunt. *Garsyeris*, inopinato malo omni ex parte circumventus, vallo etiam nonnullis jam locis proruto, ubi ad ultimum periculi rem videt perductam, de rebus summis prope jam desperans, equites via quadam, quæ ab hostibus non custodiebatur, emittit. *Selgenses*, rati,

Ol. 140. 2. σαντες οἱ Σελγεῖς καταπεπληγμένους, καὶ δεδιότας τὸ
In fugam vertuntur Selgenses. μέλλον ἀποχωρήσειν, οὐ προσέσχον, ἀλλ' ἁπλῶς ὠλιγώ-
ρησαν. οἱ δὲ, περιϊππεύσαντες, καὶ γενόμενοι κατὰ 12
νώτου τοῖς πολεμίοις, ἐνέβαλον, καὶ προσέφερον τὰς
χεῖρας ἐῤῥωμένως. οὗ συμβαίνοντος, ἀναθαῤῥήσαντες οἱ 13
τοῦ Γαρσυήριδος πεζοὶ, καίπερ ἤδη τετραμμένοι, πάλιν
ἐκ μεταβολῆς ἠμύνοντο τοὺς εἰσπίπτοντας. ἐξ οὗ περιε- 14
χόμενοι πανταχόθεν οἱ Σελγεῖς, τέλος εἰς φυγὴν ὥρμη-
Pednelissus obsidione liberatur. σαν. Ἅμα δὲ τούτοις οἱ Πεδνηλισσεῖς ἐπιθέμενοι, τοὺς 15
ἐν τῷ χάρακι [k]περιλειφθέντας ἐξέβαλον. γενομένης δὲ 16
τῆς φυγῆς ἐπὶ πολὺν τόπον, ἔπεσον μὲν οὐκ ἐλάττους
μυρίων· τῶν δὲ λοιπῶν, οἱ μὲν σύμμαχοι πάντες εἰς τὴν
οἰκείαν, οἱ δὲ Σελγεῖς διὰ τῆς ὀρεινῆς εἰς τὴν αὑτῶν
πατρίδα κατέφυγον.

Garsyeris Selgas obsidet. LXXIV. Ὁ δὲ Γαρσύηρις ἀναζεύξας, ἐκ ποδὸς
εἵπετο τοῖς φεύγουσι· σπεύδων διελθεῖν τὰς δυσχωρίας,
καὶ συνεγγίσαι τῇ πόλει, πρὶν ἢ στῆναι καὶ βουλεύ-
σασθαί τι τοὺς πεφευγότας ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ παρουσίας.
οὗτος μὲν οὖν ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τὴν πόλιν. 2
Οἱ δὲ Σελγεῖς, δυσελπιστοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς συμμά- 3
χοις, διὰ τὴν κοινὴν περιπέτειαν, ἐκπεπληγμένοι δὲ ταῖς
ψυχαῖς διὰ τὸ γεγονὸς ἀτύχημα, περίφοβοι τελέως
ἦσαν, καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ τῆς πατρίδος. Διὸ 4

[k] καταλειφθέντας Vat. Flor.

hos terrore perculsos imminentis periculi metum fuga prævertere, nulla eorum ratione habita, contemtui simpliciter rem habent. At illi hostium aciem circumequitare; deinde, ut a tergo horum constiterunt, irruere, acerrimumque prælium ciere. Quo facto, peditibus *Garsyeridis*, licet jam inclinatis in fugam, redit virtus in animos, iterumque in hostem conversi, irruentibus fortiter obsistunt. Itaque *Selgenses*, undique pressi, ad extremum in pedes sese conjiciunt. Eodem vero tempore *Pednelissenses* aggressi eos, qui relicti in castris fuerant, vallo expellunt. Ita, quum longe lateque fugerent hostes, non pauciores illorum decem millibus ceciderunt: quod ad reliquos, socii domum quisque suam repetunt, et *Selgenses* quoque per aspreta montium in patriam fuga evadunt.

LXXIV. *Garsyeris*, e vestigio motis castris, fugientibus instat: festinans saltuum difficultates superare, et prius urbi castra admovere, quam satis constaret hostibus mens e fuga ad consultandum super ipsius adventu. Et ille quidem cum exercitu ad *Selgam* accessit. *Selgenses* vero, qui exiguam de cetero spem in sociis propter communem casum ponebant, ipsi in tanta clade pavore torpentes, de sua et patriæ salute anxii, male me-

συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐβουλεύσαντο πρεσβευτὴν ἐκ- A. U. 536.
πέμπειν ἕνα τῶν πολιτῶν, Λόγβασιν, ὃς ἐγεγόνει μὲν ἐπὶ Logbasis, legatus Sel-
πολὺ συνήθης καὶ ξένος Ἀντιόχου, τοῦ μεταλλάξαντος gensium,
5 τὸν βίον ἐπὶ Θρᾴκης· δοθείσης δ' ἐν παρακαταθήκῃ καὶ
Λαοδίκης αὐτῷ, τῆς Ἀχαιοῦ γενομένης γυναικὸς, ἐτε-
τρόφει ταύτην ὡς θυγατέρα, καὶ διαφερόντως ἐπεφιλο-
6 στοργήκει τὴν παρθένον. δι' ἃ [1] νομίζοντες οἱ Σελγεῖς
εὐφυέστατον ἔχειν πρεσβευτὴν πρὸς τὰ περιεστῶτα,
7 τοῦτον ἐξαπέστειλαν. Ὃς, ποιησάμενος ἰδίᾳ τὴν ἔν- Achæo patriam pro-
τευξιν πρὸς Γαρσύηριν, τοσοῦτον κατὰ τὴν προαίρεσιν dit.
ἀπέσχε τοῦ βοηθεῖν τῇ πατρίδι κατὰ τὸ δέον, ὥστε
τἀναντία παρεκάλει τὸν Γαρσύηριν, σπουδῇ πέμπειν ἐπὶ
τὸν Ἀχαιὸν, ἀναδεχόμενος ἐγχειριεῖν αὐτοῖς τὴν πόλιν.
8 Ὁ μὲν οὖν Γαρσύηρις, δεξάμενος ἑτοίμως τὴν ἐλπίδα,
πρὸς μὲν τὸν Ἀχαιὸν ἐξέπεμψε τοὺς ἐπισπασομένους,
9 καὶ διασαφήσοντας περὶ τῶν ἐνεστώτων. πρὸς δὲ τοὺς
Σελγεῖς ἀνοχὰς ποιησάμενος, εἷλκε τὸν χρόνον τῶν
συνθηκῶν ἀεὶ, ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος ἀντιλογίας καὶ
σκήψεις εἰσφερόμενος, χάριν τοῦ προσδέξασθαι μὲν τὸν
Ἀχαιὸν, δοῦναι δὲ ἀναστροφὴν τῷ Λογβάσει πρὸς τὰς
ἐντεύξεις καὶ παρασκευὰς τῆς ἐπιβολῆς.

LXXV. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον πλεονάκις συμπορευομένων πρὸς ἀλλήλους εἰς σύλλογον, ἐγίγνετό τις συνήθεια τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, παρεισιόντων πρὸς

Facillime decipiuntur mortales.

[1] νομίσαντες Flor.

tuebant. Igitur, concione advocata, visum illis, legatum mittere *Logbasim* civem suum, longo amicitiæ usu jureque hospitii Antiocho illi, qui in Thracia obiit, quondam junctum: quique *Laodicen*, quæ postea *Achæo* nupserat, fidei suæ commendatam, ut filiam educaverat, singulari caritate puellam complexus. Propterea *Selgenses*, aptissimum ad præsentem necessitatem legatum habere se rati, illum miserunt. *Logbasis*, re arcano cum *Garsyere* communicata, adeo fuit alieno animo a procuranda pro eo ac debuit patriæ salute; ut contra Garsyerim monuerit, propere advocaret *Achæum*, receperitque *se civitatem eis traditurum*. Garsyeris, oblatam spem promto animo accipiens, ad Achæum misit, qui allato hujus rei nuncio illum arcesserent. Cum *Selgensibus* vero interim pactus inducias, feriendi fœderis tempus ex alio in aliud proferebat, super aliqua conditione illius subinde controversiam movens, aut aliquam comminiscens caussam; donec adveniret *Achæus*, et daretur *Logbasi* tempus ad colloquia et ad proditionem moliendam.

LXXV. Dum hæc aguntur et ultro citroque ad colloquendum commeatur, cœpere milites familiarius e castris

Ol. 140. 2. τὰς σιταρχίας εἰς τὴν πόλιν. Ὃ δὴ καὶ πολλοῖς 2
[m]καὶ πολλάκις ἤδη παραίτιον γέγονε τῆς ἀπωλείας.
Καί μοι δοκεῖ πάντων τῶν ζώων εὐπαραλογιστότατον
ὑπάρχειν ἄνθρωπος, δοκοῦν εἶναι πανουργότατον. πόσαι 3
μὲν γὰρ παρεμβολαὶ καὶ φρούρια, πόσαι δὲ καὶ πηλί-
και πόλεις, τούτῳ τῷ τρόπῳ παρεσπόνδηνται; Καὶ, 4
τούτων οὕτω συνεχῶς καὶ προφανῶς πολλοῖς ἤδη συμ-
βεβηκότων, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως καινοί τινες αἰεὶ καὶ νέοι πρὸς
τὰς τοιαύτας ἀπάτας πεφύκαμεν. Τούτου δ᾽ αἴτιόν 5

Ei errori medetur studium Historiæ.

ἐστιν, ὅτι τὰς τῶν πρότερον ἐπταικότων ἐν ἑκάστοις
περιπετείας οὐ ποιούμεθα προχείρους· ἀλλὰ σίτου μὲν
καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔτι δὲ τειχῶν καὶ βελῶν κατα-
σκευὰς, μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας καὶ δαπάνης ἑτοι-
μαζόμεθα πρὸς τὰ παράδοξα τῶν συμβαινόντων· ὃ δ᾽ 6
ἐστὶ ῥᾷστον μὲν τῶν ὄντων, μεγίστας δὲ παρέχεται
[n]χρείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι καιροῖς, τούτου πάντες
κατολιγωροῦμεν· καὶ ταῦτα, δυνάμενοι μετ᾽ εὐσχή-
μονος ἀναπαύσεως ἅμα καὶ διαγωγῆς ἐκ τῆς ἱστορίας
καὶ πολυπραγμοσύνης περιποιεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἐμπει-
ρίαν. Πλὴν ὁ μὲν Ἀχαιὸς ἧκε πρὸς τὸν καιρόν. οἱ δὲ 7

Achæus ipse Selgam venit.

Σελγεῖς, συμμίξαντες αὐτῷ, μεγάλας ἔσχον ἐλπίδας,
ὡς ὁλοσχεροῦς τινος τευξόμενοι φιλανθρωπίας. Ὁ δὲ 8

Logbasis dolum molitur adv. patriam.

Λόγβασις ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ κατὰ βραχὺ συνηθροικὼς

[m] Abest h. l. καὶ ab edd. et Bav. [n] τὰς χρείας edd. ex Bav.

annonæ parandæ gratia in oppidum ventitare. Quæ res multis sæpe jam exitio fuit. Ut mihi videatur *homo, quum omnium animalium versutissimum habeatur, omnium* esse *decipi facillimum.* Quot enim castra, quot castella, quot denique quantæque urbes, hoc genere perfidiæ sunt proditæ? Atque hæc calamitas quum adeo frequenter, adeoque evidenter multis jam inciderit; fit tamen, nescio quomodo, ut ad hujusmodi fraudes semper rudes ac novi inveniamur. Caussa autem hujus rei est, quod non curamus, ut eorum calamitates, qui ante nos hac illave parte peccaverunt, in numerato nobis et in promtu sint. Sed frumenti quidem et pecuniæ copiam, itemque murorum telorumque fabricas, adversus incerta et inopinata casuum, multo labore sumtuque nobis comparamus: rem vero omnium facillimam, omniumque, ubi aliquid adversi increpuit, utilissimam, hanc omnes susque deque habemus; quamvis facile queamus, honesto fruentes otio atque oblectatione animi, *ex Historia et curiosa diligentique rerum ante actarum notitia,* hanc nobis *peritiam atque prudentiam parare.* Enimvero *Achæus* ad constitutum tempus præsto fuit. *Selgenses* autem, cum eo collocuti, magna in spe erant, eximiam se illius humanitatem esse experturos. *Logbasis* vero, con-

εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν, τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου παρεισιόν- A. U. 536.
των στρατιωτῶν, συνεβούλευε τοῖς πολίταις μὴ παρεῖναι
9 τὸν καιρόν· ἀλλὰ πράσσειν, βλέποντας εἰς τὴν ὑπο-
δεικνυμένην φιλανθρωπίαν ὑπ' Ἀχαιοῦ, καὶ τέλος ἐπι-
θεῖναι ταῖς συνθήκαις, πανδημεὶ βουλευσαμένους ὑπὲρ
10 τῶν ἐνεστώτων. ταχὺ δὲ συναθροισθείσης τῆς ἐκκλησίας,
οὗτοι μὲν ἐβουλεύοντο, καλέσαντες καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν
φυλακείων ἅπαντας, ὡς τέλος [o] ἐπιθήσοντας τοῖς προ-
κειμένοις.

LXXVI. Ὁ δὲ Λόγβασις, ἀποδοὺς τὸ σύνθημα τοῦ
καιροῦ τοῖς ὑπεναντίοις, ἡτοίμαζε τοὺς [p] ἠθροισμένους
κατὰ τὴν οἰκίαν· [q] διεσκευάζετο δὲ καὶ καθωπλίζετο
μετὰ τῶν υἱῶν αὐτὸς ἅμα πρὸς τὸν κίνδυνον. τῶν δὲ
2 πολεμίων, ὁ μὲν Ἀχαιὸς [r] τοὺς μὲν ἡμίσεις ἔχων,
προέβαινε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν· ὁ δὲ Γαρσύηρις, τοὺς
ὑπολειπομένους ἀναλαβὼν, προῆγεν ὡς ἐπὶ τὸ [s] Κεσβέδιον
καλούμενον. τοῦτο δ' ἐστὶ μὲν Διὸς ἱερὸν, κεῖται δ'
εὐφυῶς κατὰ τῆς πόλεως· ἄκρας γὰρ λαμβάνει διά-
3 θεσιν. Συνθεασαμένου δέ τινος κατὰ τύχην αἰπόλου τὸ Proditur dolus.
συμβαῖνον, καὶ προσαγγείλαντος πρὸς τὴν ἐκκλησίαν,
οἱ μὲν ἐπὶ τὸ Κεσβέδιον ὥρμων μετὰ σπουδῆς, οἱ δ' ἐπὶ
τὰ φυλακεῖα, τὸ δὲ πλῆθος [t] ὑπὸ τὸν θυμὸν ἐπὶ τὴν
4 οἰκίαν τοῦ Λογβάσιος. καταφανοῦς δὲ τῆς πράξεως Logbasis occiditur.

[o] ἐπιθήσοντες malim. [p] συνηθροισμ. ed. Hervag. et seqq. ex uno Aug. [q] διεσκευάζετο correxi cum Reisk. Vulgo omnes διεσκεύαζε. [r] μὲν h. l. ejecit Casaub. invitis MStis. [s] Κεσβέδιον. In Vat. λ intra lineas scribitur super litera δ. Sic et in cod. Flor. qui mox deinde et Κεσβέλιον habet pro Κεσβέδιον. [t] ὑπὸ τὸν θυμὸν Vat. Flor. ὑπὸ τῶν θυμῶν edd. cum aliis.

tractis interea paullatim domi suæ militibus, qui subinde e castris urbem ingrediebantur, civibus suadere instititit, ne occasionem elabi sinerent: sed, humanitatem respicientes quam præ se ferat Achæus, agerent si quid agerent, ac, populo universo ad deliberandum de re præsenti convocato, fœdus inchoatum perducerent ad exitum. Et illi quidem, congregata mox concione, iis etiam, qui in stationibus custodias agebant, evocatis ut conficiendo negotio interessent, in commune consultabant.

LXXVI. Interim *Logbasis*, cui de illo tempore cum hostibus convenerat, congregatam domi manum præparabat; et se quoque ipsum et filios suos ad certamen comparabat, armisque instruebat. Quod ad hostes, *Achæus* quidem cum altera copiarum parte ad urbem ipsam gradum faciebat; *Garsyeris* vero cum parte altera *Cesbedium* quod vocant petebat. *Jovis* id *templum* est, urbi opportune imminens: arcis enim instar habet. Forte autem, quæ agebantur, ubi caprarius quidam animadvertit, ejusque rei nuncium ad concionem attulit; extemplo pars Cesbedium accurrunt; alii stationes suas repetunt: multitudo, primo furore, *Logbasis* domum petit.

Ol. 140. 2. γενομένης, οἱ μὲν αὐτῶν ἐπὶ τὸ [u]τέγος ἀναβάντες, οἱ δὲ ταῖς [x]αὐλείοις βιασάμενοι, τόν τε Λόγβασιν καὶ τοὺς υἱοὺς, ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αὐτοῦ κατεφό-
νευσαν. μετὰ δὲ ταῦτα κηρύξαντες τοῖς δούλοις ἐλευ- 5
θερίαν, καὶ διελόντες σφᾶς αὐτοὺς, ἐβοήθουν ἐπὶ τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων. Ὁ μὲν οὖν Γαρσύηρις, ἰδὼν 6
προκατεχόμενον τὸ Κεσβέδιον, ἀπέστη τῆς προθέσεως. τοῦ δ' Ἀχαιοῦ βιαζομένου πρὸς αὐτὰς τὰς πύλας, 7
ἐξελθόντες οἱ Σελγεῖς, ἑπτακοσίους μὲν κατέβαλον τῶν Μυσῶν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέστησαν [y]τῆς ὁρμῆς. Μετὰ 8
δὲ ταύτην τὴν πρᾶξιν, ὁ μὲν Ἀχαιὸς καὶ Γαρσύηρις ἀνεχώρησαν εἰς τὴν αὐτῶν παρεμβολήν. Οἱ δὲ Σελγεῖς, 9
δεδιότες μὲν τὰς ἐν αὐτοῖς στάσεις, δεδιότες δὲ καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιστρατοπεδείαν, ἐξέπεμψαν μεθ' ἱκετηριῶν τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι, διελύσαντο τὸν πόλεμον ἐπὶ τούτοις· Ἐφ' ᾧ παραχρῆμα μὲν 10
δοῦναι τετρακόσια τάλαντα, καὶ τοὺς τῶν Πεδνηλισσέων αἰχμαλώτους· μετὰ δέ τινα χρόνον, ἕτερα προσθεῖναι τριακόσια. Σελγεῖς μὲν [z]δὴ οὖν, διὰ τὴν Λογβάσιος 11
ἀσέβειαν τῇ πατρίδι κινδυνεύσαντες, διὰ τὴν σφετέραν εὐτολμίαν τήν τε πατρίδα διετήρησαν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ κατῄσχυναν, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς Λακεδαιμονίους [a]συγγένειαν.

Pacem cum Achæo faciunt Selgenses.

Selgenses cognati Lacedæmoniorum.

[u] στίγος Vat. Flor. στέγος edd. cum ceteris. [x] αὐλίοις Vat. Flor. Aug. Reg. A. In Aug. vero a pr. manu fuerat αὐλίαις. [y] τῆς πόλεως Aug. Reg. A. [z] δὴ rectius carent Vat. Flor. Reg. B. [a] Mendose veteres libri εὐγένειαν.

Ibi proditione omni palam facta, alii tecta conscendere, alii per vestibuli fores irrumpere, et *Logbasim* filiosque et ceteros omnes una cum his ibidem trucidare. Post hæc servis per præconem ad pileum vocatis, partitis viribus suis, ad propugnationem locorum opportunorum discedunt. *Garsyeris*, ut præoccupatum videt *Cesbedium*, incepto abstitit. *Achæo* vero ad ipsas usque portas penetrante, *Selgenses*, urbe egressi, septingentos ex hostibus (ii erant Mysii) cæde prostraverunt: ceterorum impetum repulerunt. His ita peractis, *Achæus* et *Garsyeris* in castra sunt reversi. At *Selgenses*, metuentes sibi ab intestina seditione; metuentes etiam ab imminente ipsorum cervicibus hoste, seniores cum velamentis ad *Achæum* mittunt, et *pace* facta his conditionibus bellum finiunt: *Ut quadringenta talenta statim pendant: et Pednelissensium captivos reddant: deinde post certum tempus, trecenta alia talenta adjiciant.* Hoc igitur modo *Selgenses*, quum scelere impio *Logbasis* in periculum patriæ amittendæ venissent; virtute sua patriam servarunt; neque aut libertatem aut eam, quæ ipsis intercedit cum Lacedæmoniis cognationem, dehonestarunt.

LXXVII. Ἀχαιὸς δὲ, ποιησάμενος ὑφ' ἑαυτὸν τὴν A. U. 536.
Μιλυάδα, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Παμφυλίας,
ἀνέζευξε· καὶ παραγενόμενος εἰς Σάρδεις, ἐπολέμει μὲν
Ἀττάλῳ συνεχῶς, ἀνετείνετο δὲ Προυσίᾳ, πᾶσι δ' ἦν
φοβερὸς καὶ βαρὺς τοῖς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοι-
2 κοῦσι. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν Ἀχαιὸς ἐποιεῖτο Attalus
τὴν ἐπὶ τοὺς Σελγεῖς στρατείαν, Ἄτταλος, ἔχων τοὺς Achæo
[b] Αἰγοσάγας Γαλάτας, ἐπεπορεύετο τὰς κατὰ τὴν Æolidem
Αἰολίδα πόλεις, καὶ τὰς συνεχεῖς ταύταις, ὅσαι πρό- eripit.
3 τερον Ἀχαιῷ προσεκεχωρήκεισαν διὰ τὸν φόβον. ὧν αἱ
μὲν πλείους [c] ἐθελοντὶ αὐτῷ προσέθεντο καὶ μετὰ χάρι-
4 τος· ὀλίγαι δέ τινες τῆς βίας προσεδεήθησαν. Ἦσαν
[d] δὲ δὴ τότε μεταθέμεναι πρὸς αὐτὸν, πρῶτον μὲν Κύμη
καὶ Σμύρνα, καὶ Φώκαια· μετὰ δὲ ταύτας, Αἰγαιεῖς
καὶ Τημνῖται προσεχώρησαν, καταπλαγέντες τὴν ἔφο-
5 δον. ἦκον δὲ καὶ παρὰ Τηΐων καὶ Κολοφωνίων πρέσβεις,
6 ἐγχειρίζοντες σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις. προσ-
δεξάμενος δὲ καὶ τούτους ἐπὶ ταῖς συνθήκαις, αἷς καὶ
τὸ πρότερον, καὶ λαβὼν ὁμήρους, ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ
τῶν Σμυρναίων πρεσβευταῖς φιλανθρώπως, διὰ τὸ μά-
7 λιστα τούτους τετηρηκέναι τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν. Προ- Et Mysiam.
ελθὼν δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ διαβὰς τὸν [e] Λύκον
ποταμὸν, προῆγεν ἐπὶ τὰς τῶν Μυσῶν κατοικίας. ἀπὸ
8 δὲ τούτων γενόμενος, ἧκε πρὸς Καρσέας. καταπλη-

[b] Τεκτοσάγας Casaub. conjecit. Sed in Αἰγοσάγας consentiunt omnes codd. et sic rursus cap. seq. [c] ἐθελοντὴν Vat. [d] δὲ αἱ τότε voluit Reisk. [e] An Καΐκον?

LXXVII. *Achæus* postquam *Milyadem* et partem *Pamphyliæ* maximam sui juris fecisset, vasis conclamatis *Sardes* proficiscitur: ubi continuum cum *Attalo* bellum gerebat, et *Prusiæ* etiam minabatur; eratque omnibus, qui cis Taurum Asiam colunt, formidabilis ac gravis. Quo tempore autem Achæus in expeditione contra Selgenses erat occupatus, *Attalus*, *Ægosagas* Gallos secum habens, per Æolidis urbes agmen ductabat, et per finitimas istis, quæ prius metu se Achæo dediderant. Harum plerasque voluntate colentium recepit: ut etiam beneficii loco rem ducerent. Paucæ quædam ut vis admoveretur exspectarunt. Inter eas quæ ultro se ei adjunxerunt, fuere, primo *Cuma*, *Smyrna*, *Phocæa*: post has, *Ægæenses*, et *Temnitæ*, adventu illius perterriti, deditionem fecerunt. Adiere Attalum et a *Teiis Colophoniisque* legati, se urbesque suas illius fidei permittentes. Quos ubi in easdem fœderis leges recepisset atque ante, obsidibus etiam acceptis, *Smyrnæorum* legatis cum singulari benignitate operam dedit: constantissime enim hic populus in ejus fide præ ceteris manserat. Continuato deinde itinere, trajectoque *Lyco* amne, in *Mysorum* fines progressus est. Inde ad *Carsenses* per-

Ol. 140. 2. ξάμενος δὲ τούτους, ὁμοίως τε καὶ τοὺς τὰ Δίδυμα
τείχη φυλάττοντας, παρέλαβε καὶ ταῦτα τὰ χωρία,
Θεμιστοκλέους αὐτὰ παραδόντος· ὃς ἐτύγχανε στρα-
τηγὸς ὑπ' Ἀχαιοῦ καταλελειμμένος τῶν τόπων τούτων.
ὁρμήσας δὲ ἐντεῦθεν, καὶ κατασύρας τὸ Ἀπίας πεδίον, 9
ὑπερέβαλε τὸ καλούμενον ὄρος Πελεκάντα, καὶ κατέ-
ζευξε περὶ τὸν Μέγιστον ποταμόν.

Lunæ defectus terret Gallos in exerc. Attali.

LXXVIII. Οὗ γενομένης ἐκλείψεως σελήνης, πάλαι
δυσχερῶς φέροντες οἱ Γαλάται τὰς ἐν ταῖς πορείαις
κακοπαθείας, ἅτε ποιούμενοι τὴν στρατείαν μετὰ γυ-
ναικῶν καὶ τέκνων, ἑπομένων αὐτοῖς τούτων ἐν ταῖς ἁμά-
ξαις· τότε σημειωσάμενοι τὸ γεγονὸς, οὐκ ἂν ἔφασαν 2
ἔτι προελθεῖν εἰς τὸ πρόσθεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἄττα- 3
λος, χρείαν μὲν ἐξ αὐτῶν οὐδεμίαν ὁλοσχερῆ κομιζόμε-
νος· θεωρῶν δ' ἀποσπωμένους ἐν ταῖς πορείαις, καὶ καθ'
ἑαυτοὺς στρατοπεδεύοντας, καὶ τὸ ὅλον ἀπειθοῦντας καὶ
πεφρονηματισμένους, εἰς ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν οὐ τὴν
τυχοῦσαν. ἅμα μὲν γὰρ ἠγωνία, μὴ πρὸς τὸν Ἀχαιὸν 4
ἀπονεύσαντες συνεπίθωνται τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν· ἅμα
δ' ὑφεωρᾶτο τὴν [f]ἐξακολουθοῦσαν αὐτῷ φήμην, ἐὰν
περιστήσας τοὺς στρατιώτας διαφθείρῃ πάντας, τοὺς
δοκοῦντας διὰ τῆς ἰδίας πίστεως πεποιῆσθαι τὴν εἰς
τὴν Ἀσίαν διάβασιν. Διὸ τῆς προειρημένης ἀφορμῆς 5
[g]λαβόμενος, ἐπηγγείλατο, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἀποκα-

Invitante Attalo Tectosages Galli in Asiam trajecerant.

[f] ἐξακολουθήσουσαν malim cum Casaub.

[g] ἐπιλαβόμενος Flor. quod verum videtur.

venit: et cum hos, tum præsidium quod *Didyma-Tiche* custodiebat, ita terruit, ut castellum utrumque *Themistocles*, quem iis locis Achæus discedens præfecerat, ipsi traderet. Profectus inde, *Apiæ campum* populatus, *Pelecantem* quem vocant *montem* superavit, et super *Megistum amnem* posuit castra.

LXXVIII. Eo loci quum *luna defecisset*, *Galli* molestias itineris ægre jam pridem ferentes, (ut quos in expeditione uxores liberique plaustris vecti sequebantur,) tunc ostenti loco quod acciderat de luna ducentes, ulterius se progressuros negarunt. Enimvero rex *Attalus*, cui exiguo admodum usui hi erant; quos viderat tota illa expeditione ab agmine separatos, castra seorsum metari, parere prorsus velle nemini, superbi denique et elati spiritus homines esse; quod consilium caperet, non mediocriter anxius sollicitusque erat. Simul enim angebat eum hic metus, ne forte inclinatis ad Achæum animis, res suas invaderent: simul ne malam inde famam nancisceretur metuebat, si velut indagine cinctos a milite suo omnes contrucidaret; quum satis constaret, eos fidem ipsius secutos in Asiam trajecisse. Propter hæc *Attalus* præsente occasione

ταστήσειν αὐτοὺς πρὸς τὴν διάβασιν, καὶ τόπον δώσειν A. U. 536.
εὐφυῆ πρὸς κατοικίαν· μετὰ δὲ ταῦτα συμπράξειν εἰς
ὅποσα ἂν αὐτὸν παρακαλῶσι τῶν δυνατῶν καὶ καλῶς
6 ἐχόντων. Ἄτταλος μὲν οὖν, ἀποκαταστήσας τοὺς Αἰ- Pergamum redit Attalus.
γοσάγας εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ χρηματίσας φιλαν-
θρώπως Λαμψακηνοῖς, Ἀλεξανδρεῦσιν, Ἰλιεῦσι, διὰ τὸ
τετηρηκέναι τούτους τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν, ἀνεχώρησε
μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Πέργαμον.

LXXIX. Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος, τῆς ἐαρινῆς Continuatio Belli Cœle-Syriaci.
ὥρας ἐνισταμένης, [h]ἑτοίμους ἔχοντες τὰς παρασκευάς,
2 ἐγίγνοντο [i]πρὸς τῷ διὰ μάχης κρίνειν τὴν ἔφοδον. Οἱ Ol. 140. 3.
μὲν οὖν περὶ τὸν Πτολεμαῖον ὥρμησαν ἐκ τῆς Ἀλεξαν- A. U. 537.
δρείας, ἔχοντες πεζῶν μὲν εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ Ptolemæus et Antiochus ad pugnam se parant.
3 πεντακισχιλίους, ἐλέφαντας ἑβδομήκοντα τρεῖς. Ἀν-
τίοχος δέ, γνοὺς τὴν ἔφοδον αὐτῶν, συνῆγε τὰς δυνά-
μεις. ἦσαν δ' αὗται, Δᾶαι μὲν καὶ Καρμάνιοι καὶ Copiæ Antiochi.
Κίλικες, εἰς τὸν τῶν εὐζώνων τρόπον καθωπλισμένοι περὶ
4 πεντακισχιλίους· τούτων δ' ἅμα τὴν ἐπιμέλειαν εἶχε
καὶ τὴν ἡγεμονίαν Βύττακος ὁ Μακεδών. ὑπὸ δὲ
Θεόδοτον τὸν Αἰτωλόν, τὸν ποιησάμενον τὴν προδοσίαν,
ἦσαν ἐκ πάσης ἐκλελεγμένοι τῆς βασιλείας, καθω-
πλισμένοι δ' εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον, [k]ἄνδρες μύ-
5 ριοι. τούτων οἱ πλείονες Ἀργυράσπιδες. τὸ δὲ τῆς

[h] ἑτοίμας Bav. Aug. Reg. A. [i] πρὸς τὸ edd. [k] ἄνδρες δισμύριοι Aug. Reg. A. hinc editio Hervag. et seqq.

ratus sibi esse utendum, pollicitus est, in præsentia se ad eum locum per quem trajecerant, tuto ut deducerentur curaturum, et agros ad colendum idoneos assignaturum; de cetero, quoties aliquid deinceps æquum a se postularent, pro sua virili se ipsos adjuturum. Atque ita rex, deductis ad Hellespontum Ægosagis istis, ac deinde benigne compellatis *Lampsacenis*, *Alexandrensibus* atque *Iliensibus*, quod in ipsius fide mansissent, *Pergamum* cum exercitu est reversus.

LXXIX. Ineunte vere *Antiochus et Ptolemæus*, præparatis rebus omnibus, in eo jam erant, ut expeditionem susceptam prælio terminarent. *Ptolemæus* igitur, peditum septuaginta millia, equitum quinque, bestias tres et septuaginta, secum trahens, Alexandria movet. *Antiochus*, cognita hostium profectione, et ipse copias suas in unum cogit. Erant autem in ejus exercitu hi: Daæ, Carmani, Cilices, ad instar expeditorum ornati, ad quinque millia: quos universos curabat ducebatque *Byttacus* Macedo. *Theodotus* Ætolus, qui Ptolemæum prodiderat, decem hominum millibus præerat, ex universo delectis regno, Macedonico more armatis: et erant plerique eorum argenteis clypeis insignes.

Ol. 140. 3. Antiochi copiæ.

φάλαγγος πλῆθος ἦν εἰς δισμυρίους· ἧς ἡγεῖτο Νί-
καρχος καὶ Θεόδοτος ὁ καλούμενος Ἡμιόλιος. πρὸς 6
δὲ τούτοις, Ἀγριᾶνες καὶ Πέρσαι, τοξόται καὶ σφεν-
δονῆται, δισχίλιοι. μετὰ δὲ τούτων, χίλιοι Θρᾶκες·
ὧν ἡγεῖτο Μενέδημος ὁ Ἀλαβανδεύς. ὑπῆρχον δὲ καὶ 7
Μήδων καὶ [l]Κισσίων καὶ [m]Καδουσίων καὶ [n]Καρμανῶν,
οἱ πάντες εἰς πεντακισχιλίους· οἷς ἀκούειν Ἀσπασιανοῦ
προσετέτακτο τοῦ Μήδου. Ἄραβες δὲ, καί τινες τῶν 8
τούτοις προσχώρων, ἦσαν μὲν εἰς μυρίους· ὑπετάττοντο
δὲ Ζαβδιβήλῳ. τῶν δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μισθοφόρων 9
ἡγεῖτο μὲν Ἱππόλοχος Θετταλός· ὑπῆρχον δὲ τὸν
ἀριθμὸν εἰς πεντακισχιλίους. Κρῆτας δὲ χιλίους μὲν 10
καὶ πεντακοσίους εἶχε, τοὺς μετ' Εὐρυλόχου· χιλίους
δὲ Νεοκρῆτας, τοὺς ὑπὸ [o]Ζέλυν τὸν Γορτύνιον ταττο-
μένους. οἷς ἅμα συνῆσαν ἀκοντισταὶ Λυδοὶ πεντακό- 11
σιοι, καὶ Κάρδακες οἱ μετὰ Λυσιμάχου τοῦ Γαλάτου
χίλιοι. Τῶν δ' ἱππέων ἦν τὸ πᾶν πλῆθος εἰς ἑξακισχι- 12
λίους. εἶχε δὲ τῶν μὲν τετρακισχιλίων τὴν ἡγεμονίαν
Ἀντίπατρος, ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδοῦς· ἐπὶ δὲ τῶν
λοιπῶν ἐτέτακτο [p]Θεμίσων. [q]Καὶ τῆς μὲν Ἀντιόχου 13
δυνάμεως τὸ πλῆθος ἦν, πεζοὶ μὲν ἑξακισμύριοι καὶ
δισχίλιοι, σὺν δὲ τούτοις ἱππεῖς ἑξακισχίλιοι, θηρία δὲ
δυσὶ πλείω τῶν ἑκατόν.

[l] Κισίων h. l. edd. ex Bav. [m] Καδδουσίων edd. ex Bav. Καδυσίων Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A. [n] Sic h. l. MSti omnes, quod in Καρμανίων mutavit Casaub. Ἀρμενίων suspicatus est Gron. [o] Ζέλην edd. [p] Θεμισῶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [q] Forsan ad finem hujus cap. rejicienda erant verba illa παραγινόμενος et seqq. quæ, cum iniquo loco vulgo posita essent, in versum 4. cap. seq. conjeci.

Phalanx ad viginti millium numerum explebat; erantque hujus duces *Nicarchus* et *Theodotus* cognomento *Hemiolius*. Aderant præterea Agrianes et Persæ, sagittarii et funditores, bis mille, et una cum his mille Thraces, duce *Menedemo* Alabandensi. Aderant et Medorum, Cissiorum, Cadusiorum, et Carmanorum ad quinque millia: qui parere *Aspasiano* Medo jussi. Arabes, et e finitimis populis alii, decem fere millium summam efficiebant, et ducem *Zabdibelum* sequebantur. Mercede conductos e Græcia, ad millia quinque, ducebat *Hippolochus* Thessalus. Habebat et Cretenses mille quingentos, qui *Eurylochus;* et Neocretas mille, quibus *Zelys* Gortynius imperabat. Una cum his et Lydi jaculatores erant quingenti; et Cardaces sub *Lysimacho* Gallo mille. Equitatus vero universi numerus ad sex millia accedebat: quorum millia quatuor ducem agnoscebant *Antipatrum*, regis fratre natum: ceteris præerat *Themison*. Summa copiarum erat *Antiochi:* peditum duo et sexaginta millia; equitum sex; elephanti duo supra centum.

A. U. 537. Ptolemæus cum exercitu prope Raphiam considet.

LXXX. Πτολεμαῖος δὲ, ποιησάμενος τὴν πορείαν ἐπὶ
Πηλουσίου, τὸ μὲν πρῶτον ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατέζευξε.
2 προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἐφελκομένους, καὶ σιτομετρήσας
τὴν δύναμιν, ἐκίνει, καὶ προῆγε, ποιούμενος τὴν πορείαν
παρὰ τὸ [r]Κάσιον καὶ τὰ [s]Βάραθρα καλούμενα διὰ τῆς
3 ἀνύδρου. [t]διανύσας δ' ἐπὶ τὸ προκείμενον πεμπταῖος,
κατεστρατοπέδευσε πεντήκοντα σταδίους ἀποσχὼν Ῥα-
φίας· ἣ κεῖται μετὰ [u]Ῥινοκόλουρα, πρώτη τῶν κατὰ
4 Κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς τὴν Αἴγυπτον. Κατὰ
δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀντίοχος ἧκε, τὴν δύναμιν
ἔχων. [x]παραγενόμενος δ' εἰς Γάζαν, καὶ προσανα-
λαβὼν [y]ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, αὖθις προήει βάδην.
καὶ, παραλλάξας τὴν προειρημένην πόλιν, κατεστρα-
τοπέδευσε νυκτὸς, ἀποσχὼν τῶν ὑπεναντίων ὡς δέκα
5 σταδίους. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐν τούτῳ τῷ διαστήματι
6 γεγονότες, ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοις. Μετὰ δέ
τινας ἡμέρας Ἀντίοχος, ἅμα τόπον βουλόμενος εὐ-
φυέστερον μεταλαβεῖν, καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐμποιῆσαι
θάρσος, προσεστρατοπέδευσε τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον,
ὥστε μὴ πλεῖον τῶν πέντε σταδίων τοὺς χάρακας ἀπ-
7 έχειν ἀλλήλων. ἐν ᾧ καιρῷ περί τε τὰς ὑδρείας καὶ
προνομὰς ἐγίγνοντο συμπλοκαὶ [z]πλείους· ὁμοίως δὲ καὶ

Illius castris castra opponit Antiochus.

[r] Κάσσιον Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A. [s] Βάραθρα correxit Casaub. Mendose MSti βάθρα. [t] Ante verba διανύσας δ' ἐπὶ τὸ προκείμενον, inserta erant alieno loco illa παραγενόμενος δ' εἰς Γάζαν &c. usque προήει βάδην, quæ verba in commodiorem locum vers. 4. post δύναμιν ἔχων conjeci. [u] Ῥινοκόρουρα edd. ex Bav. [x] παραγενόμενος &c. Vide modo dicta ad v. 3. [y] Sic vet. MSti. αὐτοῦ τὴν δύναμιν edd. ex eodem Bav. [z] Fors. καὶ πλείους.

LXXX. *Ptolemæus*, Pelusium profectus, in ea primum urbe paulisper substitit. Et, recepto ibi toto agmine quod secum trahebat, frumentum exercitui dimensus, movet castra, pergitque ire; per terram carentem aqua, propter *Casium montem*, et *Barathra* quæ vocantur, iter habens. Quintis castris, quo destinaverat, pervenit; et stadia quinquaginta *Raphia* signa constituit: quæ ex urbibus *Cœlesyriæ*, post *Rhinocoluram*, prima occurrit ex Ægypto venientibus. Per eadem vero tempora *Antiochus* cum exercitu adventabat: qui, postquam *Gazam* pervenit, refectis ibi copiis, rursus inde profectus, lente processit; et, *Raphiam* prætergressus, decem ferme stadia ab hoste, locum castris noctu cepit. Ac primo quidem castra castris collata hoc intervallo habebant. Post paucos vero dies *Antiochus*, partim ut locum minus commodum commodiore mutaret, partim ut animis suorum audaciam adderet, propius *Ptolemæum* consedit; non longiore stadiorum quinque intervallo inter utraque castra relicto. Quo tempore sæpe factum, ut et, qui aquatum et pabulatum exibant, manus inter se consererent; et medio inter castra

Ol. 140. 3. μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἀκροβολισμοὶ συνίσταντο, ποτὲ
μὲν ἱππέων, ποτὲ δὲ καὶ πεζῶν.

Ætolica Theodoti audacia.

LXXXI. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Θεόδοτος Αἰτω-
λικῇ μὲν, οὐκ ἀνάνδρῳ δ' ἐπεβάλετο τόλμῃ καὶ πράξει.
Συνειδὼς γὰρ ἐκ τῆς προγεγενημένης συμβιώσεως τὴν 2
τοῦ βασιλέως αἵρεσιν καὶ δίαιταν ὁποία τις ἦν, εἰσ-
πορεύεται, τρίτος γενόμενος, ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν εἰς τὸν τῶν
πολεμίων χάρακα. κατὰ μὲν οὖν τὴν ὄψιν, ἄγνωστος
ἦν διὰ τὸ σκότος· κατὰ δὲ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην 3
[a]περικοπὴν, ἀνεπισήμαντος, διὰ τὸ ποικίλην εἶναι καὶ
ἐκείνων τὴν [b]ἐνδυμενίαν. Ἐστοχασμένος δ' ἐν ταῖς 4
πρότερον ἡμέραις τῆς τοῦ βασιλέως σκηνῆς, διὰ τὸ
παντελῶς σύνεγγυς γίγνεσθαι τοὺς ἀκροβολισμοὺς,
ὥρμησε θρασέως ἐπ' αὐτήν. καὶ τοὺς μὲν πρώτους
πάντας διελθὼν ἔλαθε. παραπεσὼν δ' εἰς τὴν σκηνὴν, 5
ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεὺς, πάντα
τόπον ἐρευνήσας, τοῦ μὲν βασιλέως ἀπέτυχε, διὰ τὸ
[c]τὸν μὲν Πτολεμαῖον ἐκτὸς τῆς ἐπιφανοῦς καὶ χρημα-
τιστικῆς σκηνῆς ποιεῖσθαι τὴν ἀνάπαυσιν. δύο δέ τινας 6
τῶν αὐτοῦ κοιμωμένων τραυματίσας, καὶ τὸν ἰατρὸν τοῦ
βασιλέως Ἀνδρέαν ἀποκτείνας, ἀνεχώρησε μετ' ἀσφα-
λείας εἰς τὴν ἑαυτοῦ παρεμβολὴν, βραχέα θορυβηθεὶς
ἤδη περὶ τὴν τοῦ χάρακος ἔκπτωσιν· [d]τῇ μὲν τόλμῃ 7

Ptolemæum occisurus, medicum obtruncat.

[a] περιβολὴν edd. cum Bav. Aug. et Regiis. [b] ἐνδυμένειαν Aug. Reg. A. κἀκείνων τὴν δύναμιν Vat. Flor. Urb. [c] Abest h. l. μὲν a Bav. [d] τῇ μέντοι τόλμῃ edd. cum Bav. Aug. et Regiis.

spatio, modo equitum, modo peditum velitationes committerentur.

LXXXI. Per idem tempus *Theodotus* facinus est ausus Ætolicæ quidem, sed tamen virilis prorsus audaciæ. Quia enim in *Ptolemæi* aula ante versatus fuerat, ac propterea mores illius et vitæ quotidianæ consuetudinem notam habebat; duobus tantum comitatus, ante lucem hostile vallum intrat. Et a vultu ille quidem dignosci non poterat propter tenebras; a veste autem et cetero cultu notabilis non erat, quum etiam in illis castris varius ornatus reperiretur. Observato autem superioribus diebus loco tabernaculi regii; (admodum enim exiguo a castris intervallo velitationes erant editæ:) magna audacia eo fecit impetum. Ac primo quidem obvios omnes fefellit: verum ubi in tentorium illud irrupit, in quo responsa dare adeuntibus et cœnare solitus Rex erat, omnes scrutatus angulos, a rege aberravit; quippe qui extra insigne illud tabernaculum et prætorium suum solebat quiescere. Ceterum ex iis qui ibi cubabant duobus vulneratis, *Andrea* etiam medico obtruncato, sine discrimine in castra sua se recepit; tum demum, cum vallo erumperet, leviter interpellatus. Atque adeo, quod ad audaciam quidem

συντετελεκὼς τὴν πρόθεσιν, τῇ δὲ προνοίᾳ διεσφαλμένος, A. U. 537.
διὰ τὸ μὴ καλῶς ἐξητακέναι, ποῦ τὴν ἀνάπαυσιν ὁ
Πτολεμαῖος εἰώθει ποιεῖσθαι.

LXXXII. Οἱ δὲ βασιλεῖς, πένθ' ἡμέρας ἀντιστρατο- Pugna ad Raphiam.
πεδεύσαντες ἀλλήλοις, ἔγνωσαν ἀμφότεροι, διὰ μάχης
2 κρίνειν τὰ πράγματα. Καταρχομένων δὲ τῶν περὶ τὸν
Πτολεμαῖον κινεῖν τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος, εὐθέως
οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀντεξῆγον. καὶ τὰς μὲν φάλαγ-
γας ἀμφότεροι, καὶ τοὺς ἐπιλέκτους τοὺς εἰς τὸν Μα-
κεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους, κατὰ πρόσωπον ἀλλή-
3 λων ἔταξαν. Τὰ δὲ κέρατα, Πτολεμαίῳ μὲν, ἑκάτερα Ptolemæi acies.
τουτονὶ [e] συνίστατο τὸν τρόπον. Πολυκράτης μὲν εἶχε
4 μετὰ τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ἱππέων τὸ λαιὸν κέρας. τούτου δὲ
καὶ τῆς φάλαγγος μεταξὺ, Κρῆτες ἦσαν παρ' αὐτοὺς
τοὺς ἱππεῖς. ἑξῆς δὲ τούτοις, τὸ βασιλικὸν ἄγημα.
μετὰ δὲ τούτους, οἱ μετὰ Σωκράτους πελτασταὶ, συν-
άπτοντες τοῖς Λίβυσι τοῖς εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον
5 καθωπλισμένοις. Ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ κέρως, Ἐχεκράτης
ἦν ὁ Θετταλὸς, ἔχων τοὺς [f] ὑπ' αὐτὸν ἱππεῖς. παρὰ δὲ
τοῦτον ἐκ τῶν εὐωνύμων ἵσταντο Γαλάται καὶ Θρᾷκες.
6 ἑξῆς δὲ τούτοις, Φοξίδας εἶχε τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος
μισθοφόρους, συνάπτοντας τοῖς τῶν Αἰγυπτίων φαλαγ-
7 γίταις. τῶν δὲ θηρίων, τὰ μὲν τετταράκοντα κατὰ τὸ
λαιὸν ἦν, ἐφ' οὗ Πτολεμαῖος αὐτὸς ἔμελλε ποιεῖσθαι

[e] Vulgo συνίσταντο. [f] ὑφ' αὐτὸν Vat. Flor.

attinet, propositum suum est exsecutus; inprudentia tantum lapsus, quia parum diligenter locum inquisiverat, ubi quietem capere moris haberet *Ptolemæus.*

LXXXII. Postquam per dies quinque opposita invicem castra reges habuissent, visum utrique est, *prælio jam decernendum.* Quum igitur prior *Ptolemæus* suos vallo eduxisset, extemplo *Antiochus* quoque educere e castris et aciem contra dirigere. Phalanges suas ambo et delectorum aciem armatu Macedonico instructorum adversis invicem frontibus collocarunt. Cornua *Ptolemæus* utrimque hoc ordinaverat modo. Lævum curabat *Polycrates* cum iis equitibus qui ducatum ejus sequebantur. Inter hos et phalangem, primi erant Cretenses ad latus ipsum equitum. Juxta hos regium Agema stabat. Deinde cetrati, duce *Socrate;* hi Libyas contingebant, qui Macedonum armis erant armati. Dextrum cornu tenebat *Echecrates* Thessalus, equites habens quibus præerat. Ad lævam Echecratis stabant Galli ac Thraces. Deinde *Phoxidas* cum mercenariis Græcis, qui Ægyptiacæ phalangi adhærebant. Ex elephantis quadraginta in lævo cornu erant locati, ubi *Ptolemæus* ipse pugnam erat facturus: tres

Ol. 140. 3. τὸν κίνδυνον· τὰ δὲ τριάκοντα καὶ τρία πρὸ τοῦ δεξιοῦ
κέρατος ἐτέτακτο, [g]κατ' αὐτοὺς τοὺς μισθοφόρους ἱπ-
Acies Antiochi. πεῖς. Ἀντίοχος δὲ τοὺς μὲν ἑξήκοντα τῶν ἐλεφάντων, 8
ἐφ' ὧν ἦν Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ, πρὸ τοῦ δεξιοῦ
κέρατος προέστησε, [h]καθ' ὃ ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον αὐτὸς
ἔμελλε πρὸς τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον. τούτων δὲ 9
κατόπιν δισχιλίους μὲν ἱππεῖς τοὺς ὑπ' Ἀντίπατρον
ταττομένους ἐπέστησε, δισχιλίους δὲ ἐν [i]ἐπικαμπίῳ
παρενέβαλε. παρὰ δὲ τοὺς ἱππεῖς ἐν μετώπῳ τοὺς 10
Κρῆτας ἔστησε. τούτοις δ' ἑξῆς ἔταξε τοὺς ἀπὸ τῆς
Ἑλλάδος μισθοφόρους· [k]μετὰ δὲ τούτων, [l]καὶ τῶν εἰς
τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένων τοὺς μετὰ Βυτ-
τάκου τοῦ Μακεδόνος ὄντας πεντακισχιλίους παρενέ-
βαλε. Τῆς δ' εὐωνύμου τάξεως, ἐπ' αὐτὸ μὲν τὸ 11
κέρας ἔθηκε δισχιλίους ἱππεῖς, ὧν ἡγεῖτο [m]Θεμίσων.
παρὰ δὲ τούτους Κάρδακας καὶ Λυδοὺς ἀκοντιστάς·
ἑξῆς δὲ τούτοις, τοὺς ὑπὸ [n]Μενέδημον εὐζώνους, ὄντας
εἰς τρισχιλίους. μετὰ δὲ τούτους, [o]Κισσίους καὶ Μή- 12
δους καὶ Καρμανίους· παρὰ δὲ τούτους, Ἄραβας ἅμα
τοῖς προσχώροις, συνάπτοντας τῇ φάλαγγι. [p]τὰ δὲ 13
κατάλοιπα τῶν θηρίων τοῦ λαιοῦ κέρατος προεβάλετο,
τῶν βασιλικῶν τινὰ γεγονότα παίδων ἐπιστήσας, Μυΐ-
σκον [q]τοὔνομα.

[g] κατὰ τοὺς μισθ. Aug. [h] καθ' ὃν Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A. [i] ἐπικάμπτῳ Vat. Flor. Aug. Reg. A. [k] μεταξὺ δὲ τούτων Casaub. invitis MStis. [l] καὶ τοὺς Aug. Et deinde καθωπλισμένους idem. [m] Θεμισῶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [n] Μενεδήμου edd. [o] Κισσαίους h. l. Aug. Reg. A. Κασσίους Urb. [p] Vulgo ex Bav. edebatur τὰ δὲ κατάλοιπα τῶν θηρίων τοῦ βασιλικοῦ κέρατος προεβάλετο τοῦ λαιοῦ, τῶν βασιλ. &c. [q] τοὔνομα abest ab omnibus vett. libris excepto Bav.

et triginta dextrum cornu et mercenarios equites protegebant. *Antiochus* vero bestias sexaginta, quibus erat præpositus *Philippus*, regis collactaneus, ante cornu dextrum, ubi dimicaturus ipse erat cum Ptolemæo, locat. Horum a tergo equites bis mille, duce *Antipatro*, stare jussit: quibus totidem alios falcata figura dispositos adjunxit. Juxta equites, eadem fronte, Cretenses statuit: deinde eos, qui mercede fuerant e Græcia acciti; hisque intermiscuit quinque illa millia, Macedonico more armata, quibus *Byttacus* præerat Macedo. Lævam quod attinet aciem, in ipso quidem cornu equites bis mille posuit, quorum dux *Themison*. His Cardaces applicuit et Lydos jaculatores: deinde expeditorum tria millia sub *Menedemi* ducatu. His adhærebant Cissii, Medi, et Carmani: his Arabes, et finitimi populi, qui jam phalangem ipsam contingebant. Reliquos elephantos cornui sinistro præposuit, præfecto illis *Myisco*, inter pueros regios in aula quondam educato.

LXXXIII. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῶν δυνάμεων ἐκτε- A. U. 537.
ταγμένων, [r]ἐπιπαρήεσαν οἱ βασιλεῖς ἀμφότεροι κατὰ Reges hortantur suos.
πρόσωπον, τὰς αὑτῶν τάξεις παρακαλοῦντες ἅμα τοῖς
2 ἡγεμόσι καὶ φίλοις. μεγίστας δ᾽ ἐν τοῖς φαλαγγίταις
ἐλπίδας ἔχοντες ἀμφότεροι, πλείστην καὶ σπουδὴν καὶ
3 παράκλησιν ἐποιοῦντο περὶ ταύτας τὰς τάξεις· Πτολε-
μαίῳ μὲν Ἀνδρομάχου καὶ Σωσιβίου καὶ τῆς ἀδελφῆς
Ἀρσινόης, τῷ δὲ Ἀντιόχῳ, Θεοδότου καὶ Νικάρχου
συμπαρακαλούντων, διὰ τὸ [s]παρ᾽ ἑκατέρων τούτους
4 ἔχειν τὰς τῶν φαλαγγιτῶν ἡγεμονίας. Ἦν δὲ παρα-
πλήσιος ὁ νοῦς τῶν ὑπὸ ἑκατέρου παρακαλουμένων. ἴδιον
μὲν γὰρ ἔργον ἐπιφανὲς καὶ κατηξιωμένον προφέρεσθαι
τοῖς παρακαλουμένοις, οὐδέτερος αὐτῶν εἶχε, διὰ τὸ
5 προσφάτως παρειληφέναι τὰς ἀρχάς. τῆς δὲ τῶν προ-
γόνων δόξης, καὶ τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων ἀναμιμνή-
σκοντες, φρόνημα καὶ θάρσος τοῖς φαλαγγίταις ἐπει-
6 ρῶντο παριστάναι. μάλιστα δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ
μέλλον ἐλπίδας ἐπιδεικνύντες, καὶ κατ᾽ ἰδίαν τοὺς
ἡγουμένους καὶ κοινῇ πάντας τοὺς ἀγωνίζεσθαι μέλ-
λοντας ἠξίουν καὶ παρεκάλουν, ἀνδρωδῶς καὶ γενναίως
7 χρήσασθαι τῷ παρόντι κινδύνῳ. Ταῦτα δὲ καὶ τούτοις
παραπλήσια λέγοντες, τὰ μὲν δι᾽ αὑτῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ
τῶν ἑρμηνέων, παρίππευον.

[r] Libri omnes ἐπεὶ παρήεσαν. Correxit Casaub. [s] παρ᾽ ἑκατέρῳ malim cum Reisk.

LXXXIII. Ad hunc modum instructis utrimque copiis, uterque Rex, amicis ac ducibus comitatus, aciei frontem obequitans, suos alloqui cœpit. Et quum in suis ambo phalangitis spem maximam reponerent; ad horum cohortes incitandas adhortandasque plurimum studii posuerunt. Ac *Ptolemæo* quidem *Andromachus*, et *Sosibius*, cum *Arsinoë*, regis sorore; *Antiocho* vero *Theodotus* et *Nicarchus* suos hortando secundas agebant: hi enim erant in utroque exercitu phalangitarum duces. Quæ autem irritandi militis caussa utraque ex parte dicebantur a regibus, simili fere erant argumento. Neuter namque illorum facinus ullum suum insigne ac memorabile habebat in medium proferre: utpote qui non multo ante regna illa suscepissent. Itaque gloria et rebus gestis majorum commemorandis erigere phalangitarum animos et ad prælium accendere conabantur. Ante omnia vero maximis propositis præmiis, qua privatim duces, qua omnes in commune qui dimicaturi erant, orare, hortari, ut generoso fortique animo præsentem pugnam capesserent. Hæc illi, obequitantes, et his similia, partim per se, partim per interpretes, dicere.

Ol. 140. 3. Commissio pugnæ ad Raphiam.

Elephantorum pugna.

Libyci elephantes timent Indicos.

LXXXIV. [t]Ἐπεὶ δὲ παριὼν ἧκε μετὰ τῆς ἀδελφῆς
Πτολεμαῖος μὲν ἐπὶ τὸ πάσης τῆς σφετέρας παρα-
τάξεως εὐώνυμον, Ἀντίοχος δὲ μετὰ τῆς βασιλικῆς
ἴλης ἐπὶ τὸ δεξιὸν, σημήναντες τὸ πολεμικὸν, [u]συνέ-
βαλον πρῶτον τοῖς θηρίοις. ὀλίγα μὲν οὖν τινα τῶν 2
παρὰ Πτολεμαίου συνήρεισε τοῖς ἐναντίοις· ἐφ' ὧν ἐποί-
ουν ἀγῶνα καλὸν οἱ πυργομαχοῦντες, ἐκ χειρὸς ταῖς
σαρίσσαις διαδορατιζόμενοι καὶ τύπτοντες ἀλλήλους· ἔτι
δὲ καλλίω τὰ θηρία, βιαιομαχοῦντα καὶ συμπίπτοντα
κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς. Ἔστι γὰρ ἡ τῶν ζώων μάχη 3
τοιαύτη τις· συμπλέξαντα καὶ παρεμβαλόντα τοὺς
ὀδόντας [x]εἰς ἀλλήλους, ὠθεῖ τῇ βίᾳ, διερειδόμενα περὶ
τῆς χώρας, ἕως ἂν κατακρατήσαν τῇ δυνάμει θάτερον,
παρώσῃ τὴν θατέρου προνομήν. ὅταν δ' ἅπαξ ἐγκλίναν 4
πλάγιον λάβῃ, τιτρώσκει τοῖς ὀδοῦσι, καθάπερ οἱ ταῦροι
τοῖς κέρασι. τὰ δὲ πλεῖστα τῶν τοῦ Πτολεμαίου θη- 5
ρίων ἀπεδειλία τὴν μάχην· ὅπερ ἔθος ἐστὶ ποιεῖν τοῖς
Λιβυκοῖς ἐλέφασι. τὴν γὰρ ὀσμὴν καὶ φωνὴν οὐ μένου- 6
σιν, ἀλλὰ καὶ, κατεπεπληγμένοι τὸ μέγεθος καὶ τὴν
δύναμιν, ὥς γε μοι δοκεῖ, φεύγουσιν εὐθέως ἐξ ἀπο-
στήματος τοὺς Ἰνδικοὺς ἐλέφαντας· ὃ καὶ τότε συνέβη
γενέσθαι. Τούτων δὲ διαταραχθέντων, [y]καὶ πρὸς τὰς 7

[t] Alia verborum serie vulgo editur: Ἐπεὶ δὲ παριὼν ἧκε Πτολεμαῖος μὲν μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἐπὶ τὸ πάσης τῆς παρατάξεως εὐώνυμον τῆς σφετέρας. [u] προσέβαλον edd. ex Bav. [x] ἀλλήλοις Bav. in contextu. [y] Sic ex conj. emendavi. καὶ τὰς πρὸ αὐτῶν τάξεις edd. cum Bav. Aug. Reg. A. καὶ τὰς πρὸς αὐτῶν τάξεις Urb. Vat.

LXXXIV. Deinde ut pervenere *Ptolemæus* quidem et soror ipsius ad aciei suæ lævum cornu, *Antiochus* vero cum regia equitum turma in dextrum; classicum incinere jussis tubicinibus, prælium elephantis commiserunt. Ac fuerunt e Ptolemaicis bestiæ nonnullæ quidem, quæ in adversas irruerunt. Ac tunc quidem, qui super his e turribus pugnabant, præclarum prælium ciere; sarissis, quas manibus tenebant, e proximo rem gerentes, seque invicem cædentes: pulcrius tamen adhuc spectaculum erant belluæ ipsæ, totis viribus inter se decertantes, et cum impetu aliæ in alias irruentes. Est enim *elephantorum pugna* hujusmodi. Complexi invicem, dentibus commissis, quanta maxima vi pollent, adversus se invicem connituntur, de statione dimicantes, donec victor tandem alter evadat, et alterius proboscidem impulsu suo dimoveat. Ubi vero semel inclinatæ bestiæ latus patet, sic dentibus, ut taurus cornibus, victor infert vulnera. Ceterum belluarum Ptolemæi pleræque certamen detrectabant. Quod enim Libycis elephantis accidere solet; ut neque odorem neque barritum ferant Indicarum, sed, cum magnitudine, tum robore illarum, ut equidem arbitror, perterritæ, fugiant statim ante quam appropinquent; id tunc quoque usu venit. Consternatis

αὐτῶν τάξεις συνωθουμένων, τὸ μὲν ἄγημα τὸ τοῦ A. U. 537.
8 Πτολεμαίου πιεζόμενον ὑπὸ τῶν θηρίων, ἐνέκλινε. τοῖς Lævum Ptolemæi
δὲ περὶ τὸν Πολυκράτην, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦτον ἱππεῦσι cornu vincitur.
διατεταγμένοις, οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον ὑπὲρ τὰ θηρία
9 περικερῶντες [z] καὶ προσπίπτοντες, ἐνέβαλον. ἅμα δὲ
τούτοις, τῶν ἐλεφάντων ἐντὸς, οἱ περὶ τὴν φάλαγγα
τῶν Ἑλλήνων μισθοφόροι [a] προσπεσόντες, τοὺς τοῦ Πτο-
λεμαίου πελταστὰς ἐξέωσαν, προσυγκεχυκότων ἤδη καὶ
10 τὰς τούτων τάξεις τῶν θηρίων. Τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον
τοῦ Πτολεμαίου, τοῦτον τὸν τρόπον πιεζόμενον, ἐνέκλινε
πᾶν.

LXXXV. Ἐχεκράτης δ', ὁ τὸ δεξιὸν ἔχων κέρας, τὸ Dextrum cornu vincit.
μὲν πρῶτον ἐκαραδόκει τὴν τῶν προειρημένων κεράτων
σύμπτωσιν· ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν κονιορτὸν ἑώρα κατὰ τῶν
ἰδίων φερόμενον, τὰ δὲ παρ' αὐτοῖς θηρία τὸ παράπαν
2 οὐδὲ προσιέναι τολμῶντα τοῖς ὑπεναντίοις· τῷ μὲν
Φοξίδα παρήγγειλε, τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἔχοντι
μισθοφόρους, συμβαλεῖν τοῖς κατὰ πρόσωπον ἀντιτε-
3 ταγμένοις. αὐτὸς δ' ἐξαγαγὼν κατὰ κέρας τοὺς ἱππεῖς
καὶ τοὺς ὑπὸ τὰ θηρία τεταγμένους, τῆς μὲν ἐφόδου τῶν
θηρίων ἐκτὸς ἐγεγόνει· τοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἱππεῖς, οὓς
μὲν ὑπεραίρων, οἷς δὲ κατὰ κέρας ἐμβάλλων ταχέως
4 ἐτρέψατο. τὸ δὲ παραπλήσιον ὅ τε Φοξίδας καὶ πάν-
τες οἱ περὶ αὐτὸν ἐποίησαν· προσπεσόντες γὰρ τοῖς

[z] καὶ προπίπτοντες voluit Reisk. προσπεσόντες Vat. Flor. Urb. Reg. A. B. περιπεσόντες Aug. προσπίπτοντες edd. ex Bav.

igitur belluis, et ad suorum ordines retro compulsis; agema *Ptolemæi*, ab his pressum, inclinari cœpit. *Antiochus* vero, circumducto supra bestias agmine, in *Polycratem* et equitatum, cui ille præerat, dedit impetum: simulque, præter interius elephantorum latus, Græcorum mercenarii, qui circa phalangem erant constituti, Ptolemæi cetratos impellunt, quorum jam ante ordines bestiæ turbaverant. Itaque lævum quidem *Ptolemæi* cornu, hoc pacto pressum, omni ex parte in fugam inclinavit.

LXXXV. *Echecrates* vero, qui dextro curabat, principio quidem illorum de quibus diximus cornuum concursum observabat; postea vero quam pulverem ingentem ferri in suos vidit, bestias autem, quæ a suis partibus stabant, ne accedere quidem ullo modo ad hostem velle; *Phoxidæ* Græcorum mercenariorum ductori mandat, ut oppositos sibi hostes invadat: ipse vero, equitibus et eis, qui pone elephantos stabant, a latere eductis, et extra periculum ab impulsu bestiarum positis, hostilem equitatum, aliorum terga petens, alios a latere adoriens, in fugam cito avertit. Idem et *Phoxidas* et omnes qui circa illum erant fecerunt; in Arabes namque et Medos

Ol. 140. 3. Ἄραψι καὶ τοῖς Μήδοις, ἠνάγκασαν ἀποστραφέντας
φεύγειν προτροπάδην. Τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τῶν περὶ τὸν 5
Phalangum pugna. Ἀντίοχον ἐνίκα, τὸ δ' εὐώνυμον ἡττᾶτο. Τὸν δὲ προει- 6
ρημένον τρόπον αἱ φάλαγγες, ἀμφοτέρων τῶν κεράτων
αὐταῖς ἐψιλωμένων, ἔμενον ἀκέραιοι κατὰ μέσον τὸ
πεδίον, ἀμφηρίστους ἔχουσαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος
ἐλπίδας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἀντίοχος μὲν 7
ἠγωνίζετο τῷ κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας προτερήματι. Πτο- 8
λεμαῖος δὲ, τὴν ἀποχώρησιν ὑπὸ τὴν φάλαγγα πεποιη-
μένος, τότε προελθὼν εἰς μέσον, καὶ φανεὶς ταῖς δυνά-
μεσι, τοὺς μὲν ὑπεναντίους κατεπλήξατο, τοῖς δὲ παρ'
αὐτοῦ μεγάλην ὁρμὴν ἐνειργάσατο, καὶ προθυμίαν. διὸ 9
καὶ καταβαλόντες παραχρῆμα τὰς [b] σαρίσσας οἱ περὶ
Fugatur phalanx Antiochi. τὸν Ἀνδρόμαχον καὶ Σωσίβιον ἐπῆγον. οἱ μὲν οὖν 10
ἐπίλεκτοι τῶν Συριακῶν βραχύν τινα χρόνον ἀντέστη-
σαν, [c] οἵ τε μετὰ τοῦ Νικάρχου ταχέως ἐγκλίναντες
ὑπεχώρουν. Ὁ δ' Ἀντίοχος, ὡς ἂν ἄπειρος καὶ νέος, 11
ὑπολαμβάνων ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν μέρους, καὶ τὰ λοιπὰ
παραπλησίως αὐτῷ πάντα νικᾶν, ἐπέκειτο τοῖς φεύ-
γουσιν. ὀψὲ δέ ποτε τῶν πρεσβυτέρων τινὸς ἐπιστή- 12
σαντος αὐτὸν, καὶ δείξαντος φερόμενον τὸν κονιορτὸν ἀπὸ
τῆς φάλαγγος ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν παρεμβολὴν, τότε συν-
νοήσας τὸ γιγνόμενον, ἀνατρέχειν ἐπειρᾶτο μετὰ τῆς

[b] σαρίσας MSti omnes, et sic aliâs passim. [c] οἱ δὲ μετὰ Casaub. invitis MStis.

illi, quæ a Pharsaliis et Pheræis colitur. Qua ex urbe per illa tempora, quum ab Ætolis teneretur, qui continuas inde excursiones faciebant, detrimenta ingentia iisdem Demetriensibus, Pharsaliis, atque etiam Larissæis importabantur. Sæpe enim populabundi usque ad *Amyricum* nomine *campum* perveniebant. Propterea *Philippus*, rem haud negligendam ratus, magnam curam ac diligentiam adhibebat, quo posset urbem illam vi expugnare. Coactis igitur catapultis quidem centum et quinquaginta, balistis vero saxa emittentibus viginti quinque, castra *Thebis* admovit: divisoque trifariam exercitu, circumjacentia urbi loca occupat. Parte una, circa *Scopium* consedit; altera circa *Heliotropium:* tertiam in monte collocat, qui urbi imminet. Intervalla ipsa castrorum, fossa duplicique vallo munit: turribus insuper ligneis firmat, quas per singula plethra (sive pedes centenos) exstruit, idoneum simul præsidium imponens. Secundum hæc, collatis in unum locum omnibus machinis, opera arci admovere instituit.

C. Primis tribus diebus, oppidanis fortiter magnaque audacia resistentibus, promotio operum nulla plane potuit fieri. Verum ubi, propter velitationes continuas et ingentem vim telo-

Ol. 140. 3. βελῶν οἱ προκινδυνεύοντες τῶν ἐκ τῆς πόλεως, οἱ μὲν
ἔπεσον, οἱ δὲ κατετραυματίσθησαν· τότε βραχείας
ἐνδόσεως γενομένης, ἤρξαντο τῶν ὀρυγμάτων οἱ Μακε-
δόνες. τῇ δὲ συνεχείᾳ, καίπερ ἀντιβαίνοντος τοῦ χω- 3
ρίου, μόλις ἐνναταῖοι πρὸς τὸ τεῖχος ἐξίκοντο. μετὰ δὲ 4
ταῦτα ποιούμενοι τὴν ἐργασίαν ἐκ διαδοχῆς, ὥστε μήθ'
ἡμέρας, μήτε νυκτὸς διαλείπειν, ἐν τρισὶν ἡμέραις δύο
πλέθρα τοῦ τείχους ὑπώρυξαν καὶ διεστύλωσαν. τῶν δ' 5
ἐρεισμάτων οὐ δυναμένων ὑποφέρειν τὸ βάρος, ἀλλ'
ἐνδόντων, πεσεῖν συνέβη τὸ τεῖχος, πρὸ τοῦ πῦρ [k] ἐμ-
βαλεῖν τοὺς Μακεδόνας. ἐνεργὸν δὲ ποιησαμένων τὴν 6
ἀνακάθαρσιν τοῦ πτώματος, καὶ παρασκευασαμένων
πρὸς τὴν εἴσοδον, καὶ μελλόντων ἤδη βιάζεσθαι, κατα-
πλαγέντες παρέδοσαν οἱ Θηβαῖοι τὴν πόλιν. Ὁ δὲ 7
Φίλιππος, διὰ τῆς πράξεως ταύτης ἀσφαλισάμενος τὰ
κατὰ τὴν Μαγνησίαν καὶ Θετταλίαν, ἀφείλετο τὰς
μεγάλας ὠφελείας τῶν Αἰτωλῶν· ἀπεδείξατο δὲ καὶ
ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν, ὅτι δικαίως ἐπανείλετο τοὺς περὶ
τὸν Λεόντιον, ἐθελοκακήσαντας πρότερον ἐν τῇ περὶ τοὺς
Παλαιεῖς πολιορκίᾳ. Γενόμενος δὲ κύριος τῶν Θηβῶν, 8
τοὺς μὲν ὑπάρχοντας οἰκήτορας ἐξηνδραποδίσατο· Μα-
κεδόνας δ' εἰσοικίσας, Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν
κατωνόμασεν. Ἤδη δ' αὐτοῦ συντετελεσμένου τὰ κατὰ 9
τὰς Θήβας, πάλιν ἧκον ὑπὲρ τῶν διαλύσεων παρά τε
Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Βυζαντίων πρέσβεις, καὶ παρὰ

Thebas Phthiotidas expugnat Philippus.

Mutato nomine Philippopolin appellat.

[k] Vulgo βαλεῖν.

rum, propugnatores urbis partim occisi, partim affecti vulneribus fuerunt; tunc, remittentibus aliquantum obsessis, cuniculos agere Macedones cœperunt: verum, etsi in opere assidui erant, impediente natura loci, vix die nono muris appropinquarunt. Deinde vero per vices operi succedentes, et dies noctesque opus continuantes, tribus diebus ducentorum circiter pedum spatium subter mœnibus foderunt, atque sublicis fulserunt. Sed quum ferendo oneri pares fulturæ non essent, antequam immitteretur ignis a Macedonibus, ruina mœnium est secuta. Strenua dein diligentia loco purgato, et ad ingrediendum præparato, quum inibi essent Macedones, ut per vim irrumperent, icti metu *Thebani* deditionem faciunt. *Philippus,* Magnesiæ ac Thessaliæ rebus in tuto collocatis hac victoria, simul Ætolis prædas maximas ademit, et exercitui persuasit, juste Leontium a se fuisse interemtum, quem in obsidione Palæensium consulto ignave se gessisse jam constaret. Potitus *Thebis,* priores incolas hastæ subjecit: deductaque eo Macedonum colonia, mutato nomine, *Philippopolin* pro *Thebis* appellavit. Commodum erant omnia eo loci peracta, cum a Chiis, Rhodiis et By-

10 Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως. οἷς παραπλησίους ἀπο- A. U. 537.
κρίσεις δοὺς ταῖς πρότερον, καὶ φήσας οὐκ [l]ἀλλότριος εἶναι διαλύσεως, ἔπεμψε, κελεύσας αὐτοὺς πεῖραν λαμ-
11 βάνειν καὶ τῶν Αἰτωλῶν. αὐτὸς δὲ τῆς μὲν διαλύσεως ὠλιγώρει, τοῦ δὲ [m]πράττειν τι τῶν ἑξῆς ἀντείχετο.

CI. Διόπερ, ἀκούων, τοὺς Σκερδιλαΐδου λέμβους περὶ Μαλέαν λῃΐζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμπόροις ὡς πολεμίοις χρῆσθαι, παρεσπονδηκέναι δὲ καὶ τῶν ἰδίων

Adversus Scerdilaïdam contendit Philippus.

2 τινὰ πλοίων ἐν Λευκάδι [n]συνορμήσαντα· καταρτίσας δώδεκα μὲν καταφράκτους ναῦς, ὀκτὼ δ' ἀφράκτους, τριάκοντα δ' ἡμιολίους, ἔπλει δι' Εὐρίπου, σπεύδων μὲν καταλαβεῖν καὶ τοὺς Ἰλλυριούς, καθόλου δὲ μετέωρος ὢν ταῖς ἐπιβολαῖς ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν πόλεμον, διὰ τὸ μηδέν πω [o]συνεικέναι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ γεγονότων.
3 Συνέβαινε δὲ, καθ' οὓς καιροὺς ἐπολιόρκει τὰς Θήβας Φίλιππος, [p]ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπ' Ἀννίβου τῇ περὶ Τυῤῥηνίαν μάχῃ, τὴν δὲ φήμην ὑπὲρ τῶν γεγονότων
4 μηδέπω προσπεπτωκέναι τοῖς Ἕλλησιν. Ὁ δὲ Φίλιππος, τῶν λέμβων ὑστερήσας, καὶ καθορμισθεὶς πρὸς Κεγχρεαῖς, τὰς μὲν καταφράκτους ναῦς ἐξαπέστειλε, συντάξας, περὶ Μαλέαν ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' Αἰγίου καὶ Πατρῶν· τὰ δὲ λοιπὰ τῶν πλοίων ὑπερ-
5 ισθμίσας, ἐν Λεχαίῳ [q]παρήγγειλε πᾶσιν ὁρμεῖν. Αὐ-

[l] ἀλλότριος ex Gron. et Reisk. emendatione. Vulgo ἀλλότριον. [m] Abest vulgo τι. [n] συνορμίσαντα edd. ex Bav. [o] συνεικέναι correxi. συνηκέναι Vat. Flor. Aug. Reg. A. συνιέναι edd. ex Bav. [p] ἡττᾶσθαι edd. ex Bav. [q] παρήγγελλε Vat.

zantiis, itemque Ptolemæo rege, legati de pace iterum venerunt. *Philippus*, simili atque antea responso his dato; quum diceret, *alienum se a concordia non esse;* ad Ætolos, ut ipsorum etiam explorarent voluntatem, jussit proficisci. Ipse interim, de fœderibus securus, destinata persequi pergebat.

CI. Itaque, ut audivit, *Scerdilaïdæ* lembos circa *Maleam* exercere piraticam, et mercatores omnes loco hostium habere; nonnulla etiam e suis navigia, quæ Leucade in portu erant, violato fœdere cepisse: instructis navibus tectis duodecim, non tectis octo, hemioliis triginta, per Euripum cum classe est profectus, Illyrios quidem consequi festinans, omnino vero consiliis omnibus bello adversus *Ætolos* intentus; ut qui eorum, quæ in Italia acciderant, nihil dum rescisset. Incidit nempe *clades*, quam *in Etruria Romani* acceperunt, in illud tempus, quo obsidebantur a Philippo Thebæ: itaque fama rei gestæ nondum ad Græcos tunc erat perlata. *Philippus* quum tardius adveniens lembos non esset assecutus, *Cenchreas* appulit: quo ex loco tectas quidem *Maleam* flectere, et Ægium ac Patras petere jussit; ceteras per ipsum Peloponnesi Isthmum transduxit *Lechæum;* dato præcepto,

Ol. 140. 3. Argis accipit nuncium de clade Romanorum.

τος δὲ κατὰ σπουδὴν ἧκε μετὰ φίλων ἐπὶ τὴν τῶν
Νεμέων πανήγυριν εἰς Ἄργος. Ἄρτι δ' αὐτοῦ θεωμένου 6
τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν, παρῆν ἐκ Μακεδονίας γραμμα-
τοφόρος, διασαφῶν, ὅτι λείπονται Ῥωμαῖοι μάχῃ με-
γάλῃ, καὶ κρατεῖ τῶν ὑπαίθρων Ἀννίβας. παραυτίκα 7
μὲν οὖν Δημητρίῳ τῷ Φαρίῳ μόνῳ τὴν ἐπιστολὴν ἐπέ-

Demetrius Pharius suadet Philippo, ut in Italiam trajiciat.

δειξε, σιωπᾷν παρακελευσάμενος. ὃς καὶ, λαβόμενος 8
τῆς ἀφορμῆς ταύτης, τὸν μὲν πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς ᾤετο
δεῖν τὴν ταχίστην ἀποῤῥίψαι πόλεμον, ἀντέχεσθαι δὲ
τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πραγμάτων ἠξίου, καὶ τῆς εἰς
Ἰταλίαν διαβάσεως. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα 9
πάντα καὶ νῦν ἤδη ποιεῖν αὐτῷ τὸ προσταττόμενον, ἔφη,
καὶ μετὰ ταῦτα ποιήσειν· Ἀχαιῶν μὲν [r] ἐθελοντὶ
εὐνοούντων, Αἰτωλῶν δὲ καταπεπληγμένων ἐκ τῶν συμ-
βεβηκότων αὐτοῖς κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. τὴν δ' 10
Ἰταλίαν, ἔφη, καὶ τὴν ἐκεῖ διάβασιν, ἀρχὴν εἶναι τῆς
ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐπιβολῆς· ἣν οὐδενὶ καθήκειν μᾶλλον, ἢ
ἐκείνῳ· τὸν δὲ καιρὸν εἶναι νῦν, ἐπταικότων Ῥωμαίων.

Pacem cum Ætolis facere cupit Philippus.

CII. Τοιούτοις δὴ χρησάμενος λόγοις, ταχέως παρώρμησε τὸν Φίλιππον, ὡς ἂν, οἶμαι, καὶ νέον βασιλέα, καὶ κατὰ τὰς πράξεις ἐπιτυχῆ, καὶ καθόλου τολμηρὸν εἶναι δοκοῦντα, πρὸς δὲ τούτοις, ἐξ οἰκίας ὁρμώμενον τοιαύτης, ἣ μάλιστά πως ἀεὶ τῆς τῶν ὅλων ἐλπίδος

[r] ἐθελοντὴν Vat. ut solet.

ut in ancoris omnes ibi starent. Ipse cum amicis *Argos* ad *Nemeorum ludorum* conventum citatim contendit. Spectabat ibi cum maxime certamen gymnicum, quando advenit e Macedonia tabellarius, *victos Romanos ingenti prœlio* nuncians; *et Hannibalem quæcumque extra munitiones essent, omnia obtinere.* Eam rex epistolam confestim uni *Demetrio Phario* ostendit, monuitque, ut rem sileret. Qui, oblata occasione utens, auctor Philippo esse cœpit, *ut bellum contra Ætolos quam primum abjiceret: res quippe Illyricas aggrediendas ei esse, et de trajectione in Italiam cogitandum* censebat. *Nam Græciæ quidem populos, et facere jam imperata cunctos, et posthac quoque facturos; Achæos quidem sua sponte, ut qui erga ipsum benevole sint affecti; Ætolos vero metu, propter ea mala quæ præsenti bello sint experti. Italiam vero et in eam transitum, principium esse imperii summæ rerum capessendi: quod cui potius, quam ipsi, conveniat? Ei porro consilio nunc opportunum esse tempus, cum tanta clade afflicti sint Romani.*

CII. Hujusmodi sermonibus facile incendit animum *Philippi;* utpote (puto) et juvenis regis, et cujus cœptis fortuna aspiraverat, et qui omnino præditus esset audacia singulari; adhæc qui ex ea domo esset ortus, quæ, nescio quomodo, præ ceteris semper summi terrarum imperii spe cupidita-

2 [s]ἐφίεται. πλὴν ὅγε Φίλιππος, ὡς εἶπον, τότε μὲν αὐτῷ A. U. 537.
τῷ Δημητρίῳ τὰ προσπεπτωκότα διὰ τῆς ἐπιστολῆς
ἐδήλωσε· μετὰ δὲ ταῦτα συνῆγε τοὺς φίλους, καὶ
διαβούλιον ἀνεδίδου περὶ τῆς πρὸς Αἰτωλοὺς διαλύσεως.
3 Ὄντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Ἄρατον οὐκ ἀλλοτρίων
διεξαγωγῆς, τῷ δοκεῖν ὑπερδεξίους ὄντας τῷ πολέμῳ
4 ποιεῖσθαι τὴν διάλυσιν· οὕτως ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τοὺς
πρεσβευτὰς ἔτι προσδεξάμενος τοὺς κοινῇ πράττοντας
τὰ περὶ τὰς διαλύσεις, παραχρῆμα Κλεόνικον μὲν τὸν Cleonico utitur internuncio.
5 Ναυπάκτιον πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς διεπέμψατο· κατέ-
λαβε γὰρ ἔτι τοῦτον ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπιμένοντα τὴν
τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον· αὐτὸς δὲ, παραλαβὼν ἐκ Κορίνθου
τὰς ναῦς καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν, ἧκεν ἔχων εἰς Αἴγιον.
6 Καὶ προελθὼν ἐπὶ Λασιῶνα καὶ τὸν ἐν τοῖς [t]Περιππίοις Pyrgus in Perippiis?
Πύργον παραλαβὼν, καὶ συνυποκριθεὶς, ὡς [u]ἐμβαλῶν
εἰς τὴν Ἠλείαν, τοῦ μὴ δοκεῖν λίαν ἕτοιμος εἶναι πρὸς
7 τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν· μετὰ ταῦτα δὶς ἢ τρὶς
ἀνακάμψαντος τοῦ Κλεονίκου, δεομένων τῶν Αἰτωλῶν
8 εἰς λόγους σφίσι συνελθεῖν, ἐπήκουσε. καὶ πάντα
ἀφεὶς τὰ τοῦ πολέμου, πρὸς μὲν τὰς συμμαχίδας
πόλεις γραμματοφόρους ἐξαπέστειλε, παρακαλῶν πέμ-
πειν τοὺς συνεδρεύσοντας καὶ μεθέξοντας τῆς ὑπὲρ τῶν
9 διαλύσεων κοινολογίας. Αὐτὸς δὲ, διαβὰς μετὰ τῆς Panormus, portus Peloponnesi.

[s] ἐφίετο malim cum Reisk. [t] Sic MSti omnes, nisi quod Περιπίοις det Bav. An Περιπηνείοις, vel ἐν τοῖς περὶ Πηνειὸν sc. πεδίοις? Casaubonus ex ingenio τὸν ἐν τοῖς ἐρυπίοις πύργον edidit, exposuitque *turrim, quæ in ruderibus ejus urbis* (Lasionis) *sita est.* [u] ἐμβαλῶν correxit Casaub. ἐμβαλὼν MSti omnes.

teque ducitur. *Philippus* igitur, ut dicebamus, tunc quidem soli *Demetrio* nuncium, quem afferebat epistola, communicavit: postea vero, convocatis amicis, concilium habuit, *de pace cum Ætolis facienda.* Quumque ne *Aratus* quidem alienus esset a rerum componendarum consilio, quia superiores bello pacem erant facturi; propterea rex, ne exspectatis quidem legatis, qui communibus suffragiis conventionis negotium curarent, extemplo *Cleonicum* Naupactium ad Ætolos misit. Hunc enim *Philippus* invenit, ex quo captus fuerat, Achæorum conventum adhuc opperientem. Ipse, navibus quæ Corinthi erant acceptis, et copiis pedestribus, Ægium castra movet. Ac, ne finiendi belli cupidus supra modum videretur, *Lasionem* progressus, occupato *Pyrgo* in *Perippiis* [ad *Peneum* fluvium?] sito, invadendi Eleam propositum se habere simulabat. Deinde, quum bis terve *Cleonicus* isset redissetque, petentibus Ætolis colloquium annuit: omnique posita belli cura, missis ad socias urbes tabellariis, per literas cunctos hortatus est, ut singuli suos mitterent, qui concilio interessent, et de componendo bello una cum ceteris in commune consultarent. Ipse cum exercitu *Panormum* se trans-

Ol. 140. 3. δυνάμεως, καὶ καταστρατοπεδεύσας περὶ Πάνορμον· ὅς ἐστι μὲν τῆς Πελοποννήσου λιμὴν, κεῖται δὲ καταντικρὺ τῆς τῶν Ναυπακτίων πόλεως· ἀνέμενε τοὺς τῶν συμμάχων συνέδρους. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, καθ' 10
ὃν ἔδει συναθροίζεσθαι τοὺς προειρημένους, πλεύσας εἰς Ζάκυνθον, [x]δι' αὐτοῦ κατεστήσατο τὰ κατὰ τὴν νῆσον, καὶ παρῆν αὖθις ἀναπλέων.

Res Zacynthi constituit Philippus.

Ætoli cum Philippo et Achæis agunt de pace.

CIII. Ἤδη δὲ καὶ τῶν συνέδρων ἠθροισμένων, ἐξέπεμψε πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς Ἄρατον καὶ Ταυρίωνα, καί τινας τῶν ἡκόντων ἅμα τούτοις. οἳ καὶ συμμίξαντες τοῖς 2
Αἰτωλοῖς, πανδημεὶ συνηθροισμένοις ἐν Ναυπάκτῳ, βραχέα διαλεχθέντες, καὶ θεωροῦντες αὐτῶν τὴν ὁρμὴν τὴν πρὸς τὰς διαλύσεις, ἔπλεον ἐξ ὑποστροφῆς πρὸς τὸν Φίλιππον, χάριν τοῦ διασαφῆσαι περὶ τούτων. Οἱ δ' 3
Αἰτωλοὶ, σπεύδοντες διαλύσασθαι τὸν πόλεμον, ἐξαπέστελλον ἅμα τούτοις πρέσβεις πρὸς τὸν Φίλιππον, ἀξιοῦντες παραγενέσθαι μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς σφᾶς, ἵνα, τῆς κοινολογίας ἐκ χειρὸς γιγνομένης, τύχῃ τὰ πράγματα τῆς ἁρμοζούσης διεξαγωγῆς. Ὁ δὲ βασι- 4
λεὺς ὁρμηθεὶς τοῖς παρακαλουμένοις, διέπλευσε μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τὰ λεγόμενα Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας, ἃ τῆς πόλεως εἴκοσι μάλιστα σταδίους ἀφέστηκε. στρατοπεδεύσας δὲ, καὶ περιλαβὼν χάρακι τὰς 5
νῆας καὶ τὴν παρεμβολὴν, ἔμενε, προσανέχων τὸν καιρὸν

[x] δι' αὐτοῦ Bav. Reg. A.

fert: is portus est Peloponnesi, qui urbem Naupactiorum habet in adversa ripa oppositam: ibi rex vallum jacere, et legatos sociorum præstolari, qui in conventu indicto erant consessuri. Interea autem dum hi conveniunt, *Zacynthum* navibus petens, res ejus insulæ ex sua auctoritate constituit. Tum inde reversus, Panormum repetiit.

CIII. Ubi omnes ad deliberandum vocati convenerunt, *Philippus* Aratum et Taurionem nonnullosque alios, qui cum istis venerant, ad Ætolos mittit. Quos quum adiissent legati, communi gentis concilio Naupacti congregatos; brevi oratione eos allocuti, ut omnium voluntates ad pacem inclinatas animadverterunt, mox, nunciaturi quod invenerant, ad regem revertuntur. *Ætoli*, finem bello imponere gestientes, suos cum his legatos ad *Philippum* jubent proficisci: orantes, *ut cum suis copiis in Ætoliam veniat; quo facilius, dum ex proximo inter se utrique communicarent, commodus finis imponi rebus possit.* Rex, postulatis eorum incitatus, ad *Cœla* quæ vocantur *Naupactia*, stadia ab urbe admodum viginti, cum exercitu trajecit: ubi constitutis signis, ac navibus pariter castrisque vallo circumdatis, tempus colloquii exspecta-

A. U. 537.

Ætoli cum Philippo et sociis agunt de pace.

6 τῆς ἐντεύξεως. οἱ δ' Αἰτωλοὶ χωρὶς τῶν ὅπλων ἧκον πανδημεὶ, καὶ, διασχόντες ὡς δύο στάδια τῆς Φιλίππου παρεμβολῆς, διεπέμποντο καὶ διελέγοντο περὶ τῶν ἐν-
7 εστώτων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὁ βασιλεὺς πάντας ἐξέπεμπε τοὺς ἥκοντας παρὰ τῶν συμμάχων, κελεύσας ἐπὶ τούτοις προτείνειν τὴν εἰρήνην τοῖς Αἰτωλοῖς, ὥστε
8 ἔχειν ἀμφοτέρους, ἃ νῦν ἔχουσι. δεξαμένων δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἑτοίμως, τὸ λοιπὸν ἤδη περὶ τῶν κατὰ μέρος συνεχεῖς ἐγίγνοντο διαποστολαὶ πρὸς ἀλλήλους· ὧν τὰς μὲν πλείους παρήσομεν, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ἄξιον μνή-
9 μης· τῆς δ' Ἀγελάου, τοῦ Ναυπακτίου, παραινέσεως ποιησόμεθα μνήμην, ᾗ κατὰ τὴν πρώτην ἔντευξιν ἐχρήσατο πρός τε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς παρόντας συμμάχους.

Agelai Naupactii oratio ad Philippum et Achæos.

Agelai Naupactii oratio de pace.

CIV. Ὃς ἔφη· Δεῖν μάλιστα μὲν μηδέποτε πολεμεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀλλήλοις, ἀλλὰ μεγάλην χάριν ἔχειν τοῖς θεοῖς, εἰ, λέγοντες ἓν καὶ ταυτὸ πάντες, καὶ συμπλέκοντες τὰς χεῖρας, καθάπερ οἱ τοὺς ποταμοὺς διαβαίνοντες, δύναιντο, τὰς τῶν βαρβάρων ἐφόδους ἀπο-
2 τριβόμενοι, συσσώζειν σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις. οὐ μὴν, ἀλλ', εἰ τὸ παράπαν τοῦτο μὴ δυνατὸν, κατά γε τὸ παρὸν ἠξίου συμφρονεῖν καὶ φυλάττεσθαι, προϊδομένους τὸ βάρος τῶν στρατοπέδων, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ
3 συνεστῶτος πρὸς [y] ταῖς δύσεσι πολέμου. Δῆλον γὰρ

[y] ταῖς δύσεσι correxi monente Reiskio. Mendose vulgo omnes ταῖς δυνάμεσι.

bat. Eodem mox gens Ætolorum sine armis convenit: et, quum a Philippi castris duo dumtaxat stadia abessent, de rebus singulis inter se communicabant disserebantque. Principio rex omnes sociorum legatos ad eos emisit, jussos his legibus *pacem Ætolis* offerre, *ut, quæ jam tenerent utrique, servarent.* Quod quum Ætoli essent libenter amplexi, de cetero super conditionibus particularibus ultro citroque assiduæ legationes mittebantur. Quarum plerasque nos silentio prætereuntes, quoniam dignum memoratu nihil continent, *Agelai Naupactii* adhortationem commemorabimus, quam in primo conventu ad Regem et omnes qui aderant socios habuit.

CIV. Is igitur dixit: *Maxime quidem illud Græcos debere cavere, ne bellum invicem umquam gerant. Quin magnas diis gratias agendas illis fore, si, optime inter se consentientes, et manus mutuo connectentes, sicut solent qui amnes vado una transeunt, ingruentes barbaros repellere possent, seque et urbes suas tueri. Ceterum, si absoluta omnibus numeris concordia sanciri nequeat; in præsentia quidem certe conspirandum esse cavendumque, quum robur illud exercituum et molem belli ab occidente coorti prospiciant. Esse enim neminem,*

Ol. 140. 3. Agelai Naupactii oratio de pace.

εἶναι παντὶ τῷ καὶ μετρίως περὶ τὰ κοινὰ σπουδάζοντι
καὶ νῦν, ὡς, ἐάν τε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίων, ἐάν τε
Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων περιγένωνται τῷ πολέμῳ, διότι
κατ' οὐδένα τρόπον εἰκός ἐστι, τοὺς κρατήσαντας ἐπὶ ταῖς
Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν μεῖναι δυναστείαις, ἥξειν
δὲ καὶ [z] διατείνειν τὰς ἐπιβολὰς καὶ δυνάμεις αὐτῶν
πέρα τοῦ δέοντος. Διόπερ ἠξίου, πάντας μὲν φυλά- 4
ξασθαι τὸν καιρὸν, μάλιστα δὲ Φίλιππον. εἶναι δὲ 5
φυλακὴν, ἐὰν, ἀφέμενος τοῦ καταφθείρειν τοὺς Ἕλ-
ληνας, καὶ ποιεῖν εὐχειρώτους τοῖς ἐπιβαλλομένοις,
κατὰ τοὐναντίον ὡς ὑπὲρ ἰδίου σώματος βουλεύηται,
καὶ καθόλου πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος μερῶν, ὡς
οἰκείων καὶ προσηκόντων αὐτῷ, ποιῆται πρόνοιαν. τοῦτον 6
γὰρ τὸν τρόπον χρωμένου τοῖς πράγμασι, τοὺς μὲν
Ἕλληνας εὔνους [a] ὑπάρξειν αὐτῷ, καὶ βεβαίους συνα-
γωνιστὰς πρὸς τὰς ἐπιβολάς· τοὺς δ' ἔξωθεν ἧττον
ἐπιβουλεύσειν αὐτοῦ τῇ δυναστείᾳ, καταπεπληγμένους
τὴν τῶν Ἑλλήνων πρὸς αὐτὸν πίστιν. Εἰ δὲ πραγμάτων 7
ὀρέγεται, πρὸς τὰς δύσεις βλέπειν αὐτὸν ἠξίου, καὶ
τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ συνεστῶσι πολέμοις προσέχειν τὸν νοῦν·
ἵνα, γενόμενος ἔφεδρος ἔμφρων, πειραθῇ σὺν καιρῷ τῆς
τῶν ὅλων ἀντιποιήσασθαι δυναστείας. εἶναι δὲ τὸν 8
ἐνεστῶτα καιρὸν οὐκ ἀλλότριον τῆς ἐλπίδος ταύτης.

[z] Fors. διατινεῖν legendum cum Reisk. [a] ὑπάρξειν ex Ursini conject. edidit Casaub. Scripti libri omnes ὑπάρχειν.

quamvis mediocriter in republica versatum, quin videat jam nunc, sive Carthaginienses vicerint hoc bello Romanos, sive Romani Carthaginienses, non esse ullo modo simile veri, Italiæ aut Siciliæ imperio victores fore contentos; sed consilia et vires suas ulterius quam esset optandum eosdem esse porrecturos, et ad se deinde venturos. Hortari igitur omnes, maxime vero Philippum, ut ab impendente caveant periculo. Cavendi autem hanc esse rationem, si, pro eo quod Græcos hactenus attriverit, et facile expugnabiles reddiderit invadentibus, jam e contrario iisdem, veluti suo consuleret, omniumque in universum Græciæ partium parem curam esset habiturus, ac si conjuncti essent ipsi omnes, et proprio jure ad eum pertinerent. Hoc enim modo si res administraret; paratam ipsi Græcorum benevolentiam fore, quos in omnibus inceptis constantes adjutores sit habiturus: exteros vero populos, firma Græcorum fide erga ipsum territos, ejus regno haud ita facile insidiaturos. Quod si rerum gerendarum cupiditate ducatur, respiceret occidentem; et ad bella, quibus flagrat Italia, animum intenderet: ut, observato prudenter rerum eventu, cum se dederit occasio, summum imperium sibi vindicare conetur: a qua quidem spe præsentis temporis statum non

9 Τὰς δὲ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορὰς καὶ τοὺς πο-
λέμους, εἰς τὰς ἀναπαύσεις αὐτὸν ὑπερτίθεσθαι παρεκά-
λει· καὶ μάλιστα σπουδάζειν περὶ τούτου τοῦ μέρους,
ἵν' ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν, ὅταν βούληται, καὶ διαλύεσθαι
10 καὶ πολεμεῖν πρὸς αὐτούς. ὡς, ἐὰν ἅπαξ τὰ προφαι-
νόμενα νῦν ἀπὸ τῆς Ἑσπέρας νέφη προσδέξηται τοῖς
κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ἐπιστῆναι, καὶ λίαν ἀγωνιᾷν
ἔφη, μὴ τὰς ἀνοχὰς καὶ τοὺς πολέμους, καὶ καθόλου
τὰς παιδιὰς, ἃς νῦν παίζομεν πρὸς ἀλλήλους, ἐκκοπῆναι
11 συμβῇ πάντων ἡμῶν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε κἂν εὔξασθαι
τοῖς θεοῖς ὑπάρχειν ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν ταύτην, [b]καὶ
πολεμεῖν ὅταν βουλώμεθα, καὶ διαλύεσθαι πρὸς ἀλλή-
λους, καὶ καθόλου κυρίους εἶναι τῶν ἐν αὑτοῖς ἀμφισβη-
τουμένων.

A. U. 537. Agelai Naupactii oratio de pace.

CV. Ὁ μὲν οὖν Ἀγέλαος, τοιαῦτα διαλεχθεὶς,
πάντας μὲν παρώρμησε τοὺς συμμάχους πρὸς τὰς
διαλύσεις· μάλιστα δὲ τὸν Φίλιππον, οἰκείοις
χρησάμενος λόγοις πρὸς τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, τὴν ἤδη
προκατεσκευασμένην ὑπὸ τῶν τοῦ Δημητρίου παραινέ-
σεων. Διόπερ ἀνθομολογησάμενοι πρὸς σφᾶς ὑπὲρ τῶν
2 κατὰ μέρος, καὶ κυρώσαντες τὰς διαλύσεις, ἐχωρί-
σθησαν, κατάγοντες εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι πατρίδας
εἰρήνην ἀντὶ πολέμου. Ταῦτα δὲ πάντα συνέβη γενέ-
3 σθαι κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετ-

Convenit pax Achæis et Philippo cum Ætolis.

Synchronismus.

[b] Pro καὶ πολεμεῖν, τοῦ πολεμεῖν edidit Casaub. invitis MStis.

abhorrere. Si quas vero cum Græcis habeat controversias, aut bella in eos moliatur; bene facturum, si in majus otium illa distulerit, summaque cura id operam dederit, ut et gerendi et finiendi belli cum Græcis liberam semper habeat potestatem. Nam, si ingruentem ab occidente nubem semel in Græciam pateretur incumbere; valde equidem vereor, inquiebat, *ne et induciarum, et bellorum, et omnium istorum quos inter nos nunc ludimus ludorum, adeo omnibus nobis facultas præcidatur, ut pro magno beneficio a diis simus optaturi, sumendi ponendique belli inter nos, quoties voluerimus, potestatem nobis esse, et omnino nobis permitti nostrarum discordiarum arbitrium.*

CV. Hac oratione *Agelaus* cum ceteros omnes socios cupiditate pacis incendit, tum imprimis *Philippum;* cujus voluntati, hortatu Demetrii jam ante excitatæ, admodum congruentia erat locutus. Itaque, postquam de singulis conditionibus inter ipsos convenisset, *firmato fœdere* discesserunt: et loco belli *pacem* in suam quisque patriam reduxerunt. Gesta autem omnia hæc sunt, *Romanorum* inquam *pugna in Etruria* pugnata, *Antiochi*

Ol. 140. 3. ταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος· λέγω δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων περὶ Τυῤῥηνίαν μάχην, καὶ τὴν Ἀντιόχου περὶ Κοίλην Συρίαν, ἔτι δὲ τὰς Ἀχαιῶν καὶ Φιλίππου πρὸς Αἰτωλοὺς διαλύσεις.

Ab hoc tempore res, Orientis connecti cœperunt cum rebus Occidentis.

4 Τὰς μὲν οὖν Ἑλληνικὰς καὶ τὰς Ἰταλικὰς, ἔτι δὲ τὰς Λιβυκὰς πράξεις, οὗτος ὁ καιρὸς καὶ τοῦτο τὸ διαβούλιον συνέπλεξε πρῶτον. 5 οὐ γὰρ ἔτι Φίλιππος, οὐδ' οἱ τῶν Ἑλλήνων προεστῶτες ἄρχοντες, πρὸς τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πράξεις ποιούμενοι τὰς ἀναφορὰς, οὔτε τοὺς πολέμους, οὔτε τὰς διαλύσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ' ἤδη πάντες πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ σκοποὺς ἀπέβλεπον. 6 ταχέως δὲ καὶ πρὸς τοὺς νησιώτας καὶ πρὸς τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας τὸ παραπλήσιον συνέβη γενέσθαι. 7 Καὶ γὰρ οἱ Φιλίππῳ δυσαρεστούμενοι, καί τινες τῶν τῷ Ἀττάλῳ διαφερομένων, οὐκ ἔτι πρὸς Ἀντίοχον καὶ Πτολεμαῖον, οὐδὲ πρὸς Μεσημβρίαν καὶ τὰς Ἀνατολὰς ἔνευον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν Ἑσπέραν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἔβλεπον· καί τινες μὲν πρὸς Καρχηδονίους, οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον. 8 ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, δεδιότες τὴν τοῦ Φιλίππου τόλμαν, καὶ προορώμενοι, μὴ συνεπίθηται τοῖς τότε [c] περιεστῶσιν αὐτοὺς καιροῖς.

Nexus narrationis.

9 Ἡμεῖς δ', ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόσχεσιν σαφῶς [d] οἶμαι δεδείχαμεν, πότε, καὶ πῶς, καὶ δι' ἃς αἰτίας αἱ

[c] αὐτοῖς Aug. [d] ὑμᾶς δεδιδάχαμεν edd. cum Bav. Aug. et Regiis. δεδείχαμεν recepi ex Vat. et Flor. ὑμᾶς, quod habent vulgo omnes, in οἶμαι mutandum putavi, præeunte Perotto.

bellum pro Cœlesyria, et Achæorum ac Philippi pax cum Ætolis, Olympiadis centesimæ quadragesimæ anno tertio. Atque hoc primum tempus, primumque concilium est, quod *rebus Græcorum Italicas* atque etiam *Libycas* immiscuit. Nam ex illo tempore non amplius aut Philippus, aut Græcarum civitatum principes, cum vel bella susciperent vel pacem facerent, *ad Græciæ statum* sua consilia referebant, sed *ad Italiam* omnes, ceu ad communem scopum, oculos convertebant. Nec longa intercessit mora, cum et qui insulas et qui Asiam colunt, idem facere cœperunt. Nam ii quibus gravis erat *Philippus*, ac nonnulli etiam qui aliquid controversiæ cum *Attalo* habebant, non jam ad *Antiochum* aut *Ptolemæum*, aut ad meridiem vel orientem se convertebant: sed ad occidentem deinceps omnes spectabant: et erant qui ad *Carthaginienses* mitterent legationes, erant qui ad *Romanos*. Similiter et *Romani*, veriti *Philippi* audaciam, matureque sibi cavendum rati, ne ad cetera, quibus undique premebantur mala, ipse quoque infestus hostis accederet, in Græciam legatos mittebant. Nos autem quum clare jam docuerimus, *quando, et quomodo, et quibus de caussis, rebus Italicis Liby-*

κατὰ τὴν Ἑλλάδα πράξεις συνεπλάκησαν ταῖς Ἰτα- A. U. 537.
13 λικαῖς καὶ Λιβυκαῖς· λοιπὸν κατὰ τὸ συνεχὲς ποιησάμενοι τὴν διήγησιν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν ἕως εἰς τοὺς καιροὺς ἐν οἷς Ῥωμαῖοι τὴν περὶ Κάνναν μάχην ἡττήθησαν, ἐφ' ἣν τῶν Ἰταλικῶν πράξεων τὴν καταστροφὴν ἐποιησάμεθα, καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἀφοριοῦμεν, ἐξισώσαντες τοῖς προειρημένοις καιροῖς.

CVI. Ἀχαιοὶ μὲν οὖν, ὡς θᾶττον ἀπέθεντο τὸν πόλεμον, στρατηγὸν αὐτῶν ἑλόμενοι Τιμόξενον, ἀναχωρήσαντες εἰς τὰ σφέτερα νόμιμα καὶ τὰς διαγωγάς· (Timoxenus præt. Achæorum. Ol. 140. 4. A. U. 538.)
2 [e]ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ πόλεις αἱ κατὰ Πελοπόννησον, ἀνεκτῶντο μὲν τοὺς ἰδίους [f]βίους, ἐθεράπευον δὲ τὴν χώραν, ἀνενεοῦντο δὲ τὰς πατρίους θυσίας καὶ πανηγύρεις, καὶ τἄλλα τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς παρ' ἑκά- (Quies in Peloponneso restituta.)
3 στοις ὑπάρχοντα νόμιμα. σχεδὸν γὰρ ὡσανεὶ λήθην συνέβαινε γεγονέναι παρὰ τοῖς πλείστοις περὶ τὰ τοιαῦτα, διὰ τὴν συνέχειαν τῶν προγεγονότων πολέμων.
4 Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἀεί ποτε Πελοποννήσιοι, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οἰκειότατα πρὸς τὸν ἥμερον καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον [g]ἔχοντες, ἥκιστα πάντων ἀπολελαύκασιν αὐτοῦ, κατά γε τοὺς ἀνώτερον χρόνους· μᾶλλον δέ πως, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἦσαν αἰεὶ [h]πρασίμοχθοί τινες, καὶ

[e] Pro *ὁμοίως* est *ἀμάχως* in Vat. Flor. [f] Vocab. *βίους* ignorant scripti libri omnes; ex conject. adjecit Casaubonus. An *τοὺς ἰδίους νόμους*, *suas leges receperunt?* [g] Verbum *ἔχοντες* ignorant veteres libri omnes. Ex Reg. B. adjecit Casaub. *διακείμενοι* suspicatus erat Ursinus. Si paullo ante esset *οἰκειότατοι* pro *οἰκειότατα*, nihil admodum desideraretur. [h] *πρασίμοχθοι* adscivi ex Vat. et Flor. *προσίμοχθοι* Urb. Aug. Reg. A. quod ex *πρησίμοχθοι* proxime deflexum videtur. *πλησίμοχθοι* edd. ex Bav. In isto cod. autem literæ *π* superscripta litera *τ*, ut sit *τλησίμοχθοι*, quod commode suspicatus erat Musgravius.

cisque Græcanicæ fuerint immixtæ; nunc, postquam narrationem *rerum Græcanicarum* ad illa usque tempora continuaverimus, quibus *Romani ad Cannas* male pugnarunt, in qua clade desierat narratio nostra rerum Italicarum; hunc quoque Librum, ad eadem tempora pariter perductum, finiemus.

CVI. *Achæi* igitur, ut primum bello sunt defuncti, creato prætore *Timoxeno*, ad priora sua instituta moresque redire. Similique modo etiam per ceteras Peloponnesi civitates, rei familiaris damna pro se quisque reparare, agros colere, sacra, ludos, et peculiares patriæ suæ ritus instaurare: quæ omnia, propter diuturnitatem superiorum bellorum, apud plerosque in oblivionem prope jam venerant. Accidit enim fere semper, nescio quo modo, ut *Peloponnesii*, quos ad vitam mansuetam humanioremque natura finxit accommodatissimos supra omnes mortales, iidem tamen omnium minime, ad superiora quidem certe tempora quod attinet, ejus vitæ fructum cepe-

Ol. 140. 4. οὔποτε ἥσυχοι δορί. τοῦτο δέ μοι δοκοῦσιν πάσχειν
εἰκότως. ἅπαντες γὰρ ἡγεμονικοὶ καὶ φιλελεύθεροι 5
ταῖς [i] φύσεσιν ὄντες, μάχονται συνεχῶς πρὸς ἀλλήλους,
ἀπαραχωρήτως διακείμενοι περὶ τῶν πρωτείων. Ἀθη- 6
ναῖοι δὲ [k] τῶν ἐκ Μακεδονίας φόβων ἀπελέλυντο, καὶ
τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν ἐδόκουν ἤδη βεβαίως. χρώμενοι δὲ 7
προστάταις Εὐρυκλείδᾳ καὶ [l] Μικίωνι, τῶν μὲν ἄλλων
Ἑλληνικῶν πράξεων οὐδ᾽ ὁποίας μετεῖχον· ἀκολουθοῦν-
τες δὲ τῇ τῶν προεστώτων αἱρέσει, καὶ ταῖς τούτων
ὁρμαῖς, εἰς πάντας τοὺς βασιλεῖς ἐξεκέχυντο, καὶ
μάλιστα τούτων εἰς Πτολεμαῖον· καὶ πᾶν γένος ὑπέ- 8
μενον ψηφισμάτων καὶ κηρυγμάτων, βραχὺν τινα λό-
γον ποιούμενοι τοῦ καθήκοντος, διὰ τὴν τῶν προεστώτων
ἀκρισίαν.

Athenienses abjecte adulantur regibus.

CVII. Πτολεμαίῳ γε μὴν εὐθέως ἀπὸ τούτων τῶν
καιρῶν συνέβαινε γίγνεσθαι τὸν πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους
πόλεμον. Ὁ γὰρ προειρημένος βασιλεὺς καθοπλίσας 2
τοὺς Αἰγυπτίους ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλεμον, πρὸς
μὲν τὸ παρὸν ἐνδεχομένως ἐβουλεύσατο, τοῦ δὲ μέλ-
λοντος ἠστόχησε. Φρονηματισθέντες γὰρ ἐκ τοῦ περὶ 3
Ῥαφίαν [m] προτερήματος, οὐκ ἔτι τὸ προσταττόμενον οἷοί
τ᾽ ἦσαν ὑπομένειν, ἀλλ᾽ ἐζήτουν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον,

Ptolemæo conflatur bellum ab Ægyptiis.

[i] φύσεσι Vat. Flor. Aug. Reg. A. et carent ὄντες. [k] Vulgo τὸν ἐκ Μακ. φόβον ἀπεδέδυντο. [l] Μικύωνι edd. ex Bav. Μίκων vocatur apud Pausan. [m] Vocab. προτερήματος ex Reg. B. adscivit Casaub. Abest a vett. MStis, in solo Reg. A. intra lineas adjectum.

rint; sed fuerint potius, quod *Euripides* ait, *perpetim bella spirantes, et numquam ab armis quieti.* Quod quidem puto non sine caussa eis usu venire. Nam qui ad imperandum natura sint facti, et libertatis studiosi, de principatu cedere cuiquam nescii, inter se continenter præliantur. *Athenienses* vero, metu Macedonum liberati, firma jam frui videbantur pace. Quum vero *Euryclidæ* ac *Micionis* consiliis regerentur, nullius prorsus rei communionem cum reliquis Græcis habentes, studia atque impulsionem rectorum suorum secuti, in Reges omnes, sed *Ptolemæum* maxime, effuso studio ferebantur; nullum non decretorum aut præconiorum genus sciscere sustinentes, omni propemodum (tanta erat principum civitatis levitas) honesti cura abjecta.

CVII. *Ptolemæo* autem statim postquam hæc gesta sunt, *cum Ægyptiis bellum* gerere contigit. Is enim rex, cum adversus Antiochum Ægyptios armavit, consilio usus est, ut in præsens non inutili, ita in posterum pernicioso. Secunda namque ad Raphiam pugna inflati, dicto audientes esse regi non amplius dignabantur; sed ducem modo et auctorem requirebant, tamquam idonei ipsi ad opem sibi ferendam:

ὡς ἱκανοὶ βοηθεῖν ὄντες αὐτοῖς. ὃ καὶ τέλος ἐποίησαν, A. U. 538.
4 οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. Ἀντίοχος δὲ, μεγάλῃ παρα-
σκευῇ χρησάμενος ἐν τῷ χειμῶνι· μετὰ ταῦτα, τῆς
θερείας ἐπιγενομένης, ὑπερέβαλε τὸν Ταῦρον, καὶ, συν-
θέμενος πρὸς Ἄτταλον τὸν βασιλέα κοινοπραγίαν, ἐν-
5 ίστατο τὸν πρὸς Ἀχαιὸν πόλεμον. Αἰτωλοὶ δὲ, παρ-
αυτὰ μὲν εὐδοκοῦντες τῇ γενομένῃ διαλύσει πρὸς τοὺς
Ἀχαιοὺς, ὡς ἂν μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τοῦ πολέμου
προκεχωρηκότος· (διὸ καὶ στρατηγὸν Ἀγέλαον εἵλοντο
τὸν Ναυπάκτιον, δοκοῦντα πλεῖστα συμβεβλῆσθαι πρὸς
6 τὰς διαλύσεις·) [n] οὐδένα δὲ χρόνον διαλιπόντες, δυση-
ρέστουν· καὶ κατεμέμφοντο τὸν Ἀγέλαον, ὡς ὑποτετμη-
μένον πάσας αὐτῶν τὰς ἔξωθεν ὠφελείας, καὶ τὰς εἰς τὸ
μέλλον ἐλπίδας, διὰ τὸ μὴ πρός τινας, πρὸς πάντας
7 δὲ τοὺς Ἕλληνας πεποιῆσθαι τὴν εἰρήνην. Ὁ δὲ προ-
ειρημένος ἀνὴρ, ὑποφέρων τὴν προειρημένων τοιαύτην
ἀλογίαν καὶ μέμψιν, παρακατεῖχε τὰς ὁρμὰς αὐτῶν·
διὸ καὶ καρτερεῖν οὗτοι μὲν ἠναγκάζοντο παρὰ φύσιν.

Antiochus bellum parat adv. Achæum.

Ætoli pacis impatientes.

Agelaus præt. Ætolorum.

CVIII. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, ἀνακομισθεὶς κατὰ θάλατταν ἀπὸ τῶν διαλύσεων εἰς Μακεδονίαν, καὶ καταλαβὼν τὸν Σκερδιλαΐδαν, ἐπὶ τῇ προφάσει τῶν προσοφειλομένων χρημάτων, πρὸς ἃ καὶ τὰ περὶ τὴν Λευκάδα πλοῖα παρεσπόνδησε, καὶ τότε τῆς μὲν Πελαγονίας πόλισμα διηρπακότα, τὸ προσαγορευόμενον

Scerdilaïdas plura oppida Philippo eripit. Ol. 140. 3. A. U. 537.

[n] Abest δὲ a Vat. Aug. Reg. A.

quod ad extremum etiam, et quidem haud ita multo post, fecerunt. *Antiochus* bello per hiemem magna cura adornato, ineunte æstate Taurum superat, et facta cum *Attalo* societate, *Achæum* bello est aggressus. *Ætoli* primum quidem, quoniam parum ex animi sententia bellum successerat, pace confecta lætari: eamque adeo ob caussam *Agelaum* Naupactium, cujus maxime opera atque auctoritate res inter ipsos et Achæos videbantur fuisse compositæ, prætorem gentis Ætolorum constituerunt. At iidem, ne minimo quidem spatio temporis interjecto, ægre ferre, et *Agelaum* incusare: *omnem quippe sibi ab exteris populis præcidas agendi occasionem esse præcisam omnesque in posterum spes commodorum ereptas;* quoniam non cum his aut illis Græciæ populis, sed cum universis, pax esset conciliata. Sed enim vir ille, tantam hanc istorum amentiam et querelas patienter ferens, impetus eorum cohibebat; ita ut, quantumvis repugnante natura, quieti manere tamen cogerentur.

CVIII. *Philippus* rex statim a pace navibus in Macedoniam est revectus: ubi quum invenisset *Scerdilaïdam*, prætextu debitæ adhuc sibi pecuniæ, (cujus etiam gratia Leucade naves regias violata fide ceperat) *Pelagoniæ* oppidum, quod *Pissæum* nuncupant, re-

Ol. 140. 3. Πισσαῖον· τῆς δὲ Δασσαρήτιδος προσηγμένον πόλεις,
τὰς μὲν [o] Φοιβάτιδας ἐπαγγελίαις, Ἀντιπάτριαν,
[p] Χρυσονδίονα, Γερτοῦντα, πολλὴν δὲ καὶ τῆς συνο-
ρούσης τούτοις Μακεδονίας ἐπιδεδραμηκότα· παραυτίκα
μὲν ὥρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως, ὡς ἀνακτήσασθαι
σπουδάζων τὰς ἀφεστηκυίας πόλεις· καθόλου δ' ἔκρινε 4
πολεμεῖν πρὸς τὸν Σκερδιλαΐδαν, νομίζων ἀναγκαιό-
τατον εἶναι παρευτρεπίσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα,
πρός τε τὰς ἄλλας ἐπιβολὰς, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν
εἰς Ἰταλίαν διάβασιν. Ὁ γὰρ Δημήτριος οὕτως ἐξέ- 5
καιε τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν ἐπιβολὴν τῷ βασιλεῖ ταύτην
συνεχῶς, ὥστε κατὰ τοὺς ὕπνους τὸν Φίλιππον ταῦτ'
ὀνειρώττειν, καὶ περὶ ταύτας εἶναι τὰς πράξεις. Ἐποίει 6
δὲ ταῦτα Δημήτριος, οὐ Φιλίππου χάριν, (τούτῳ μὲν
γὰρ τρίτην ἴσως ἐν τούτοις ἔνεμε μερίδα·) μᾶλλον δὲ
τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας· τὸ δὲ πλεῖστον, ἕνεκεν
αὑτοῦ καὶ τῶν ἰδίων ἐλπίδων. μόνως γὰρ οὕτως ἐπέπει- 7
στο τὴν ἐν τῷ Φάρῳ δυναστείαν κατακτήσασθαι πάλιν.
Πλὴν ὅγε Φίλιππος, στρατεύσας, ἀνεκτήσατο μὲν τὰς 8
προειρημένας πόλεις· κατελάβετο δὲ τῆς μὲν Δασσα-
ρήτιδος, Κρεώνιον καὶ Γεροῦντα· τῶν δὲ περὶ τὴν Λυχνι-
δίαν λίμνην, Ἐγχελάνας, Κέρακα, Σατίωνα, Βοιούς·
τῆς δὲ [q] Καλικοίνων χώρας, Βαντίαν· ἔτι δὲ τῶν κα-

Scerdilaïdam bello terrestri petit Philippus.

Oppida capta recipit.

[o] Φιβώτιδας Vat. Flor. Aug. Reg. A. [p] Χρυσονδύωνα dant iidem codd. [q] Καλοικίνων Vat. Flor. Reg. A. Καλοικίων Aug.

cens diripuisse; et *Dassaretidis* etiam urbes sibi adjunxisse, et pollicitationibus illexisse *Phœbatides*, puta, *Antipatriam*, *Chrysondiona*, *Gertunta*; ad hæc finitimæ Macedoniæ multos agros incursasse: extemplo quidem ad recuperandas urbes, quæ defecerant, agmen duxit: sed mox justum bellum adversus *Scerdilaïdam* sibi suscipiendum esse statuit: ante omnia necessarium judicans, ut res in Illyrico componeret, cum ad alia quæ moliebatur, tum ad trajectionem in Italiam. *Demetrius* namque adeo regis animum ad hanc spem et molitionem dies noctesque inflammabat, ut etiam dormiens de iis rebus somniaret, totusque esset in bello Italico. Hoc autem Demetrius faciebat, non adeo quod Philippo cuperet; (vix enim tertio loco aliquam hujus rationem habebat:) sed magis quia Romanos oderat: maxime vero se et commoda sua spectabat. Persuasus enim erat, hanc unicam sibi rationem superesse, recuperandæ dominationis quam in *Pharo* insula habuerat. Ceterum *Philippus*, cum exercitu profectus, urbes quas supra diximus recepit: occupavitque in *Dassaretide* Creonium et Geruntem; circa *Lychnidium lacum*, Enchelanas, Ceraca, Sationem, Bœos: in ditione

9 λουμένων [r]Πισσαντίνων, [s]Ὄργυσον. ἐπιτελεσάμενος δὲ A. U. 537.
ταῦτα, διαφῆκε τὰς δυνάμεις εἰς παραχειμασίαν. [t]Ἦν
δ' ὁ χειμὼν οὗτος, καθ' ὃν Ἀννίβας, πεπορθηκὼς τοὺς
ἐπιφανεστάτους τόπους τῆς Ἰταλίας, ἔμελλε περὶ τὸ
Γερούνιον τῆς Δαυνίας ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν.
10 Ῥωμαῖοι δὲ τότε κατέστησαν [u]στρατηγοὺς αὐτῶν Γάϊον
Τερέντιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον.

CIX. Φίλιππος δὲ, κατὰ τὴν παραχειμασίαν ἀνα- Classem 100 lembo-
λογιζόμενος, ὅτι πρὸς τὰς ἐπιβολὰς αὐτοῦ χρεία πλοίων rum parat
ἐστὶ, καὶ τῆς κατὰ θάλατταν ὑπηρεσίας, καὶ ταύτης Philippus. Ol. 140. 4.
2 οὐχ ὡς πρὸς ναυμαχίαν· τοῦτο μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἤλπισε A. U. 538.
δυνατὸς εἶναι, Ῥωμαίοις διαναυμαχεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον
ἕως τοῦ παρακομίζειν στρατιώτας, καὶ θᾶττον διαίρειν
οὗ πρόθοιτο, καὶ παραδόξως [x]ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολε-
3 μίοις· διόπερ, ὑπολαβὼν ἀρίστην εἶναι πρὸς ταῦτα τὴν
τῶν Ἰλλυριῶν ναυπηγίαν, ἑκατὸν ἐπεβάλετο λέμβους
κατασκευάζειν, σχεδὸν πρῶτος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασι-
4 λέων. Καταρτίσας δὲ τούτους, συνῆγε τὰς δυνάμεις,
ἀρχομένης θερείας, καὶ βραχέα προσασκήσας τοὺς
5 Μακεδόνας ἐν ταῖς εἰρεσίαις, ἀνήχθη. Κατὰ δὲ τὸν Oram Illy-
αὐτὸν καιρὸν, Ἀντίοχος μὲν ὑπερεβάλετο τὸν Ταῦρον· riæ petit.

[r] Πισαντίνων Vat. Flor. Aug. Reg. A. [s] Ὄργυσσον iidem libri. *Orgessum* Livius vocat. [t] Γερούνιον cum Ursino correxit Casaub. Γαλλόνιον Vat. Flor. Γαλλώνιον Aug. Reg. A. Γαλώνιον Bav. [u] στρατηγοὺς Παῦλον Τερ. Bav. στρατηγοὺς Αὖλον Τερ. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. Αὖλον Τερ. ex αὐτῶν Γ. Τερ. corruptum videri monuit Gronov. [x] ἐπιφαίνεσθαι ex conject. correxi. Vulgo omnes ἐπιφαίνοιτο, quod tenens Casaubonus, ἵνα inseruit ante παραδόξως.

Calicænorum, Bantiam: et in finibus *Pissantinorum* quos vocant, Orgysum. Quibus rebus confectis, hiematum copias dimisit. Hæc est hiems, qua *Hannibal*, præcipuis quibusque locis Italiæ devastatis, ad Geryonem in Apulia hibernaturus erat: quo tempore Romani crearunt consules *Caium Terentium* et *Lucium Æmilium*.

CIX. *Philippus* autem, dum in hibernis erat, cogitare cœpit, ad ea quæ parabat opus sibi esse navibus, et nauticis ministeriis; non quidem ad prælii navalis usum: nam ut copiis navalibus dimicare cum populo Romano posset, ne sperabat quidem: sed potius quoad satis esset ad transportandum militem, et ut citius quo destinasset trajiceret, et hostes non cogitantes opprimeret. Idcirco, ratus accommodatissimas ad suos usus eas naves esse, quas Illyrici fabricant, *centum lembos*, primus fere omnium regum Macedoniæ, construi jussit. Quos ubi rebus necessariis instruxisset, ineunte æstate copias contrahit; et postquam paullisper in remigatione Macedones exercuisset, classe proficiscitur; idque tempore eodem, quo Antiochus Taurum montem supera-

Ol. 140. 4. Φίλιππος δὲ ποιησάμενος τὸν πλοῦν δι' Εὐρίπου [y]καὶ
τοῦ περὶ Μαλέαν, ἧκε πρὸς τοὺς περὶ [z]Κεφαλληνίαν
καὶ Λευκάδα τόπους· ἐν οἷς καθορμισθεὶς, ἐκαραδόκει,
πολυπραγμονῶν τὸν τῶν Ῥωμαίων στόλον. πυνθανόμενος 6
δὲ, περὶ τὸ Λιλύβαιον αὐτοὺς ὁρμεῖν, θαῤῥήσας ἀν-
ήχθη· καὶ προῆγε, ποιούμενος τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' Ἀπολ-
λωνίας.

Panicus terror invadit classem.

CX. Ἤδη δὲ συνεγγίζοντος αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸν
[a]Ἀῷον ποταμὸν τόποις, ὃς ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολ-
λωνιατῶν πόλιν, ἐμπίπτει πανικὸν, παραπλήσιον τοῖς
γιγνομένοις ἐπὶ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων. τῶν γὰρ ἐπὶ 2
τῆς οὐραγίας πλεόντων τινὲς λέμβοι, καθορμισθέντες εἰς
τὴν νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Σάσων, κεῖται δὲ κατὰ τὴν
εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸν Ἰόνιον πόρον, ἧκον ὑπὸ νύκτα πρὸς
τὸν Φίλιππον, φάσκοντες, συνωρμηκέναι τινὰς αὐτοῖς
πλέοντας ἀπὸ πορθμοῦ· τούτους δ' ἀπαγγέλλειν, ὅτι 3
καταλίποιεν ἐν Ῥηγίῳ πεντήρεις Ῥωμαϊκὰς, πλεούσας
ἐπ' Ἀπολλωνίας καὶ πρὸς Σκερδιλαΐδαν. Ὁ δὲ Φί- 4
λιππος, ὑπολαβὼν ὅσον οὔπω τὸν στόλον ἐπ' αὐτὸν
παρεῖναι, περίφοβος γενόμενος, καὶ ταχέως ἀνασπάσας
τὰς ἀγκύρας, αὖθις εἰς τοὐπίσω παρήγγειλε πλεῖν.

Præpropere domum se recipit Philippus.

οὐδενὶ δὲ κόσμῳ ποιησάμενος τὴν ἀναζυγὴν καὶ τὸν 5
ἀνάπλουν, δευτεραῖος εἰς Κεφαλληνίαν κατῆρε, συνεχῶς

[y] Conjunctionem καὶ deletam voluit Ursinus, et in cod. Vat. punctis subtus est notata. καὶ περὶ Μαλέαν interpretatus sum cum Casaub. absque artic. τοῦ. [z] Κεφαληνίαν per λ simpl. Bav. Reg. A. B. et sic mox iterum. [a] Mendose vulgo omnes Αῶϊον.

bat. *Philippus* ubi per *Euripum* copias trajecisset, *Maleam* etiam flexisset, ad Cephalleniæ et Leucadi vicina loca pervenit: ibique navibus in statione locatis, classem Romanam sollicite observabat, omnia sedulo inquirens. Quum vero esset ei allatum, prope Lilybæum in ancoris stare Romanos, auctus animo cœptum iter persequitur, cursu versus *Apolloniam* directo.

CX. Ubi autem ventum prope amnis *Aoi* ostia, qui *Apolloniatarum* urbem præterlabitur, panicus terror, iis similis qui occupare exercitus terrestres solent, classem invadit. Nam ex iis lembis, qui in extremo classis erant agmine, nonnulli portum ingressi ejus insulæ quæ *Saso* dicitur, in Ionii maris introitu sitæ, noctu ad Philippum venerunt, dicentes, *una secum eodem appulisse nonnullos e freto venientes: hos nunciare, relictas a se Rhegii quinqueremes Romanorum, quæ Apolloniam et ad Scerdilaïdam tenderent.* Igitur *Philippus*, jamjam affuturam hostilem classem suspicans, metu perculsus, propere sublatis ancoris, retro navigandi dat signum. Atque ita nullo ordine se recipiens, con-

6 ἡμέραν καὶ νύκτα τὸν πλοῦν ποιούμενος. βραχὺ δέ τι A. U. 538.
θαῤῥήσας, ἐνταῦθα κατέμεινε, ποιῶν ἔμφασιν, ὡς ἐπί Præpropere domum se recipit Philippus.
7 τινας τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πράξεων ἐπεστροφώς. [b] Συνέβη
8 δέ, ψευδῶς γενέσθαι τὸν ὅλον φόβον [c] περὶ αὐτόν. ὁ γὰρ Σκερδιλαΐδας, ἀκούων κατὰ χειμῶνα λέμβους ναυπηγεῖσθαι τὸν Φίλιππον πλείους, καὶ προσδοκῶν αὐτοῦ τὴν κατὰ θάλατταν παρουσίαν, [d] διεπέμπετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, διασαφῶν ταῦτα, καὶ παρακαλῶν βοηθεῖν.
9 οἱ δὲ Ῥωμαῖοι [e] δεκαναΐαν ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Λιλύβαιον ἐξαπέστειλαν στόλου, ταύτην τὴν περὶ Ῥήγιον ὀφθεῖσαν.
10 ἣν Φίλιππος εἰ μὴ πτοηθεὶς ἀλόγως ἔφυγε, τῶν περὶ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεων μάλιστ' ἂν τότε καθίκετο, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους πάσαις ταῖς ἐπινοίαις καὶ παρασκευαῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν καὶ τὴν περὶ Κάνναν μάχην γίγνεσθαι· τῶν τε πλοίων, ἐκ τοῦ κατὰ λόγον, ἐγκρα-
11 τὴς ἂν ἐγεγόνει. νῦν δὲ διαταραχθεὶς ὑπὸ τῆς προσαγγελίας, ἀβλαβῆ μὲν, οὐκ εὐσχήμονα δ' ἐποιήσατο τὴν [f] ἀναχώρησιν εἰς Μακεδονίαν.

CXI. Ἐπράχθη δέ τι κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Galli, Ilium obsidentes, ejiciuntur Troade.
2 καὶ Προυσίᾳ μνήμης ἄξιον. Τῶν γὰρ Γαλατῶν, οὓς διεβίβασεν ἐκ τῆς Εὐρώπης ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος εἰς τὸν πρὸς Ἀχαιὸν πόλεμον διὰ τὴν ἐπ' ἀνδρείᾳ δόξαν, τούτων χωρισθέντων τοῦ προειρημένου βασιλέως, διὰ

[b] Inter συνέβη δὲ et ψευδῶς signum lacunæ interseruit Casaubonus, et particulam negantem excidisse putavit. [c] περὶ αὐτῶν suspicatus est Reisk. [d] διεπέπεμπτο malim. [e] δεκαναΐαν ex Casauboni conject. scripsi, cum vulgo omnes δέκα νῆας darent. [f] ἀποχώρησιν Aug.

tinuata diem noctemque navigatione, postridie *Cephalleniam* appulit. Ibi, refectis nonnihil animis, consedit: præ se ferens, caussam reditui præbuisse nonnulla, quæ in Peloponneso facere destinasset. Falso autem totus ille terror *Philippum* invaserat. Nam *Scerdilaïdas*, ubi comperisset, Philippum plures lembos per hiemem parare, arbitratus classe illum ad se venturum, ad Romanos miserat, qui rem significarent, et auxilium eos poscerent. Et Romani decem naves e classe ad Lilybæum ei submiserant; eas nempe quæ Rhegii erant conspectæ. Quas nisi tanto cum pavore *Philippus* reformidasset; illud erat cum maxime tempus, quo destinata perficere in Illyrico poterat, Romanis tota mente totisque viribus ad Hannibalem et ad Cannense prælium conversis: ipsasque adeo naves capturum eum fuisse, rationi est consentaneum. Nunc eo nuncio perterrefactus, sine damno ille quidem, sed non sine ignominia, in Macedoniam se recepit.

CXI. Per idem tempus *Prusias* rem gessit, memoratu non indignam. *Galli*, quos propter opinionem virtutis *Attalus* ad bellum contra Achæum ex Europa acciverat; quum a prædicto rege, ob eas, quas antea commemoravimus,

Ol. 140. 4. τὰς ἄρτι ῥηθείσας ὑποψίας, καὶ πορθούντων μετὰ πολλῆς ἀσελγείας καὶ βίας τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις, τὸ δὲ τελευταῖον καὶ πολιορκεῖν τοὺς Ἰλιεῖς ἐπιβαλλομένων· ἐγένετο μέν τις οὐκ ἀγεννὴς περὶ ταῦτα 3
πρᾶξις καὶ ὑπὸ [g]τῶν τὴν Τρωάδα κατοικούντων Ἀλεξάνδρειαν. Θεμίστην γὰρ ἐξαποστείλαντες μετ' ἀνδρῶν 4
τετρακισχιλίων, ἔλυσαν μὲν τὴν Ἰλιέων πολιορκίαν, ἐξέβαλον δ' ἐκ πάσης τῆς [h]Τρωάδος τοὺς Γαλάτας, ἐμποδίζοντες ταῖς χορηγίαις, καὶ διαλυμαινόμενοι τὰς

Delentur a Prusia.

ἐπιβολὰς αὐτῶν. Οἱ δὲ Γαλάται κατασχόντες τὴν 5
Ἀρίσβαν καλουμένην ἐν τῇ τῶν Ἀβυδηνῶν χώρᾳ, λοιπὸν ἐπεβουλεύοντο καὶ προσεπολέμουν ταῖς περὶ τούτους τοὺς τόπους ἐκτισμέναις πόλεσιν. ἐφ' οὓς στρα- 6
τεύσας μετὰ δυνάμεως Προυσίας, καὶ παραταξάμενος, τοὺς μὲν ἄνδρας κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τὰ δὲ τέκνα σχεδὸν ἅπαντα καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέσφαξε, τὴν δ' ἀποσκευὴν ἐφῆκε διαρπάσαι τοῖς ἠγωνισμένοις. Πράξας 7
δὲ ταῦτα, μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου καὶ κινδύνου τὰς [i]ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις· καλὸν δὲ παράδειγμα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἀπέλιπε, τοῦ μὴ ῥᾳδίαν ποιεῖσθαι [k]τοὺς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάρους τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν

Transitus ad Librum sextum.

διάβασιν. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν 8
Ἀσίαν, ἐν τούτοις ἦν. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν,

[g] τῶν περὶ τὴν Τρωάδα edd. ex Bav. quod ferri posset, si sequeretur Ἀλεξανδρέων. [h] Τρωάδος Aug. cum iota subscr. et sic idem paulo superius. [i] ἐφ' Ἑλλησπόντου Flor. Aug. Reg. A. [k] τοῖς ἐκ τῆς Εὐρ. βαρβάροις voluit Reisk.

suspiciones discessissent; effusa licentia ac violentia civitates ad Hellespontum depopulabantur; et ad extremum *Ilienses* quoque obsidere sunt aggressi. Ibi tum egregium sane facinus etiam ab *Alexandrensibus* Troadem colentibus est editum. Misso enim *Themista* cum quatuor militum millibus, non solum Ilienses obsidione liberarunt; sed etiam ex universa Troade Gallos ejecerunt, impediendo commeatus, et eorum conatibus se opponendo. Tum vero *Galli*, occupata in Abydena ditione urbe, quam *Arisbam* dicunt, cetera ejus tractus oppida ex insidiis conabantur invadere et assiduum cum illis bellum gerebant. Adversus hos igitur expeditionem *Prusias* suscepit, et acie dimicavit: ac viros quidem in ipso prælio, dum manus conferuntur, contrucidavit; sobolem vero propemodum omnem atque conjuges in ipsis castris jugulavit: impedimenta victori militi diripienda concessit. Qua victoria rex et Hellespontiacas urbes magno metu ac periculo absolvit; et exemplum posteris præclarum dedit, ne, qui in Europa sunt barbari, temere in Asiam transire velint. *Rerum* igitur *Græcanicarum et Asiaticarum* hic tum fuit

τῆς περὶ Κάνναν μάχης ἐπιτελεσθείσης, τὰ πλεῖστα A. U. 538.
μετετίθετο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καθάπερ ἐν τοῖς
9 πρὸ τούτων ἡμῖν δεδήλωται. Ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν ἐπὶ
τούτων τῶν καιρῶν τῆς διηγήσεως λήξαιμεν, ἐπεὶ διε-
ληλύθαμεν, ἃς περιέσχε τῶν τε κατὰ τὴν Ἀσίαν,
καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πράξεων, ἡ τετταρακοστὴ τῶν
10 Ὀλυμπιάδων πρὸς ταῖς ἑκατόν. [l]Ἐν δὲ τῇ μετὰ
ταῦτα βίβλῳ, βραχέα προσαναμνήσαντες τῆς [m]ἐν
ταύτῃ τῇ βίβλῳ προκατασκευῆς, ἐπὶ τὸν περὶ τῆς
Ῥωμαίων πολιτείας λόγον [n]ἐπάνιμεν, κατὰ τὴν ἐν
ἀρχαῖς ὑπόσχεσιν.

[l] δὲ ex conj. posuit Casaub. Libri omnes ἔν τε τῇ. [m] ἐν τῇ πρώτῃ aut ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ videtur utique legendum. [n] ἐπάνειμεν Vat. Aug. Reg. A.

status. In *Italia* vero, sicut supra ostendimus, post *pugnam ad Cannas*, pleraque omnia ad Carthaginienses deficiebant. Nos vero expositis rebus gestis, quæ in *quadragesimam supra centesimam Olympiadem* incidunt, narrationem in hoc tempore terminabimus. Libro autem sequente, si quæ in hoc [in tertio libro] sunt præstructa breviter in memoriam revocaverimus, ad sermonem *de Reipublicæ Romanæ forma*, sicut initio proposuimus, nos conferemus.

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Ὑπόθεσις τῆς ϛʹ Βίβλου.

1. ΣΤΗΣΑΝΤΕΣ δ' ἐπὶ τούτων τὴν διήγησιν, τὸν ΥΠΕΡ ΤΗΣ ῬΩΜΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ συστη- Argumentum Libri VI.
2 σόμεθα λόγον. ᾧ κατὰ τὸ συνεχὲς ὑποδείξομεν, ὅτι μέγιστα συνεβάλετο αὐτοῖς ἡ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότης πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνακτήσασθαι τὴν Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν δυναστείαν, ἔτι δὲ τὴν Ἰβήρων προσλαβεῖν
3 καὶ Κελτῶν ἀρχήν· ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον πρὸς τὸ, κρατήσαντας τῷ πολέμῳ τῶν Καρχηδονίων, ἔννοιαν ἔχειν τῆς τῶν ὅλων ἐπιβολῆς.

I.

Argumentum Libri Sexti.

1. Eo loci (scil. post res Libro quinto expositas) narrationem sistemus, et ad explicandam REIPUBLICÆ ROMANÆ RATIONEM nos convertemus. Indeque continuo docebimus, suam Romanis Reipublicæ formam maximum momentum attulisse, non solum ad dominatum Italiæ Siciliæque recuperandum, et Hispaniam præterea et Galliam suæ ditioni subjiciendam; sed tandem etiam, post devictos bello Pœnos, ad cogitationem de totius terrarum orbis imperio suscipiendam. (*Polyb.* iii. 2, 6.)

II.

Ἐκ τῆς Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς.

* * *

Roma condita.

II. ΚΑΤΑ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος 1
τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι πείθομαι.

* * *

Palatium.

Παλάντιον λέγεται ἀπό τινος μειρακίου, Πάλαντος, 2
αὐτόθι τελευτήσαντος.

* * *

Passum, pro vino, bibunt mulieres Rom.

Παρὰ Ῥωμαίοις ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. τὸν 3
δὲ καλούμενον πάσσον πίνουσιν. [a]Οὗτος δὲ ποιεῖται μὲν 4
ἐκ τῆς ἀσταφίδος, καὶ ἔστι παραπλήσιος πινόμενος τῷ
Αἰγοσθενείῳ γλυκεῖ καὶ τῷ Κρητικῷ. διὸ πρὸς τὸ
κατεπεῖγον τοῦ δίψους χρῶνται αὐτῷ. Λαθεῖν δ' ἐστὶν 5
ἀδύνατον τὴν γυναῖκα πιοῦσαν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ
οὐδ' ἔχει οἴνου κυρίαν ἡ γυνή. πρὸς δὲ τούτοις φιλεῖν 6
δεῖ τοὺς συγγενεῖς τοὺς ἑαυτῆς, καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς,
ἕως ἐξανεψίων· καὶ τοῦτο ποιεῖν καθ' ἡμέραν, ὁπόταν
ἴδῃ πρῶτον. λοιπὸν, ἀδήλου τῆς ἐντυχίας οὔσης, [b]τίσιν 7
ἀπαντήσει, φυλάσσεται. τὸ γὰρ πρᾶγμα, κἂν γεύσῃ- 8
ται μόνον, οὐ προσδεῖ διαβολῆς.

[a] Οὗτος δὲ ex conject. scripsi. Vulgo τοῦτο δὲ, quod paulo ante requireret τὸ δὲ καλούμ. et deinde παραπλήσιον πινόμενον. [b] Forsan scripserat πότε καὶ τίσιν, *quando et quibus.*

II.

Ex vetustiori Populi Romani Historia.

* * *

II. *ROMAM conditam* esse persuasum habeo anno secundo Olympiadis septimæ. (*Polyb. apud Dionys. Halic.* i. 74.)

* * *

Palatium nomen habet ab adolescente quodam, *Palante,* qui eo loci obiit. (*Ibid.* i. 32.)

* * *

Apud Romanos *vino* interdictum est *mulieribus.* At *passum vinum* eisdem licet bibere. Id ex uva passa sit, gustu simile vino dulci *Ægosthenensi* aut *Cretico.* Isto igitur sitim, ubi urget, leniunt. Vinum autem si qua biberit, celare factum non potest. Primum quidem, quod cellæ vinariæ potestatem non habet mulier: deinde, quod eam oportet osculari et suos et mariti cognatos, ad filios usque consobrinorum; et id quidem quotidie, ubi primum eos videt. Itaque, quum nesciat, quis ipsam allocuturus fit, aut quibus obviam sit futura, cavet sibi. Nam si vel minimum degustasset, nullo alio opus est facti indicio. (*Apud Athenæum,* lib. X. c. xi. p. 440.)

* * *

9 Ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν Ὠστίαν, ἐπὶ τοῦ Τιβέριδος. Ostia condita.

* * *

10 Λεύκιος, ὁ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου υἱὸς, εἰς Ῥώ- L. Tarquinius, rex Romanor.
μην ὥρμησε, πιστεύων αὐτῷ τε καὶ τοῖς χρήμασι·
πεπεισμένος, οὐδενὸς ἔλαττον ἕξειν ἐν τῇ πολιτείᾳ [c]διά
11 τινας ἀφορμάς· ἔχων γυναῖκα χρησίμην τά τ' ἄλλα,
καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπιβολὴν [d]εὐφυῆ συνεργόν. Παρα-
12 γενόμενος δ' εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τυχὼν τῆς πολιτείας,
εὐθέως ἡρμόσατο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀρέσκειαν.
13 Ταχὺ δὲ, καὶ διὰ τὴν χορηγίαν, [e]καὶ διὰ τὴν τῆς
φύσεως ἐπιδεξιότητα, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ παίδων
ἀγωγὴν, ἁρμόσας τῷ προεστῶτι, μεγάλης ἀποδοχῆς
14 ἔτυχε καὶ πίστεως [f]παρ' αὐτῷ. Χρόνου δὲ προϊόντος,
εἰς τοῦτ' ἦλθε παραδοχῆς, ὥστε [g]συνοικεῖν καὶ συγ-
15 χειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. ἐν δὲ
τούτοις ἐπ' ἀγαθῷ πᾶσι γενόμενος, καὶ συνεργῶν καὶ
συγκατασκευάζων τοῖς δεομένοις ἀεί τι τῶν χρησίμων,
ἅμα δὲ καὶ τῇ τοῦ βίου χορηγίᾳ μεγαλοψύχως εἰς τὸ
δέον ἑκάστοτε καὶ σὺν καιρῷ χρώμενος, ἐν πολλοῖς μὲν

[c] Fors. διὰ τὰς ἀφορμὰς, *propter opes.* Reisk. [d] εὐφυα Suidas. [e] Particulam καὶ ex Suida adscivi. [f] παρ' αὐτοῦ Suid. [g] Sic codices Suidæ cum cod. Peiresc. Sed συνδιοικεῖν ex Porti conject. probante Valesio edidit apud Suidam Küsterus. [h] τὴν χάριν Suid.

* * *

Condidit vero etiam (*Ancus Marcius*) *Ostiam* oppidum, ad Tiberim. (*Stephanus Byz.* v. Ὠστία.)

* * *

Lucius, *Demarati* Corinthii filius, Romam profectus est; cum in se ipso, tum in opibus magnam spem collocans; persuasusque non defore sibi occasiones, quibus effecturus esset ut in Republica nulli foret inferior. Habebatque etiam uxorem, cum ad alia idoneam, tum ad juvandos conatus, ad quos consilio et industria opus est, natura eximiam. Romam igitur postquam venit, civitateque donatus est; statim ad regis obsequium sese accommodavit. Et partim liberalitate sua, partim ingenii dexteritate, maxime vero iis artibus, quibus fuerat a puero institutus, brevi tempore ita se insinuavit regi, ut magnam auctoritatem fidemque apud eum invenerit. Progressu vero temporis in eum familiaritatis gradum est admissus, ut et habitaret una cum *Marcio*, et regni negotia cum eodem administraret. In qua ille administratione cum omnium utilitati prospiceret, ac singulos, qui ab eo quidpiam postulabant, gratia atque opera sua adjuvaret, divitiisque simul suis pro loco ac tempore magnifice uteretur; multos quidem sibi devinctos beneficiis tenebat, benevolen-

ἀπετίθετο [h]χάριν, ἐν πᾶσι δ' εὔνοιαν ἐνειργάσατο καὶ φήμην ἐπὶ καλοκἀγαθίᾳ, καὶ τῆς βασιλείας ἔτυχεν.

III.

Περὶ διαφόρων Πολιτειῶν.

* * *

Respubl. Rom. difficilem habet cognitionem.

III. ΤΩΝ *μὲν γὰρ Ἑλληνικῶν πολιτευμάτων ὅσα*
πολλάκις μὲν ηὔξηται, πολλάκις δὲ τῆς [i]εἰς τἀναντία
μεταβολῆς [k]ὁλοσχερῶς πεῖραν εἴληφε, ῥᾳδίαν εἶναι συμ-
βαίνει καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν προγεγονότων ἐξήγησιν, καὶ τὴν
ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἀπόφασιν. τό τε γὰρ ἐξαγγεῖλαι 2
τὰ γινωσκόμενα, ῥᾴδιον· τό τε προειπεῖν ὑπὲρ τοῦ
μέλλοντος, στοχαζόμενον ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων, εὐμα-
ρές. Περὶ δὲ τῆς Ῥωμαίων οὐδ' ὅλως εὐχερὲς, οὔτε 3
περὶ τῶν παρόντων ἐξηγήσασθαι, διὰ τὴν ποικιλίαν
τῆς πολιτείας· οὔτε περὶ τοῦ μέλλοντος προειπεῖν, διὰ
τὴν ἄγνοιαν τῶν προγεγονότων περὶ αὐτοὺς ἰδιωμάτων
καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. διόπερ οὐ τῆς τυχούσης 4
ἐπιστάσεως προσδεῖται καὶ θεωρίας, εἰ μέλλοι τις τὰ
διαφέροντα καθαρίως ἐν αὐτῇ συνόψεσθαι. [l]Συμβαίνει 5

[h] *τὴν χάριν* Suid. [i] *εἰς τοὐναντίον* Reg. E. [k] *ὁλοσχεροῦς* putem legendum
[l] *δὶ* recepi ex Med. Ceteri vulgo *δή*.

tiam vero et virtutis famam apud omnes sibi comparaverat: quibus rebus regnum etiam est adeptus. (*Excerpt. Valesian.*)

III.

De variis Rerumpublicarum Formis.

(*Excerpta Antiqua ex Lib.* VI. *Cap.* 1—8.)

* * *

III. QUOD si de *Græcorum Rebuspublicis* quæstio habetur, ac de eis quidem, quibus sæpius accidit, ut modo incrementum caperent, modo rursus funditus eversæ contrariam fortunam experirentur; facile est, et præteritos casus commemorare, et de iis, quæ impendent, pronunciare. Nam et narrare, quæ nota sunt, pronum; et futura prædicere, conjectura ex iis, quæ jam acciderunt, ducta, haud sane difficile est. De *Romana* vero *Republica* dicenti, et præsentem statum explicare arduum, propter multiplicem ejus varietatem; et de futuro præsagire aliquid, propter ignorationem propriorum institutorum, quibus ad hoc tempus et publice et privatim usus est populus Romanus. Itaque non mediocri attentione et diligenti inquisitione opus, si quis velit, quæ sunt in ea eximia, quibus differt ab aliis, clare penitiusque perspicere. Quum autem, qui

δὲ, τοὺς πλείστους τῶν βουλομένων διδασκαλικῶς ἡμῖν Consueta
ὑποδεικνύειν περὶ τῶν τοιούτων, τρία γένη λέγειν πολι- partitio
τειῶν· ὧν τὸ μὲν καλοῦσι Βασιλείαν, τὸ δ' Ἀριστο- trium formarum reip.
6 κρατίαν, τὸ δὲ τρίτον Δημοκρατίαν. δοκεῖ δέ μοι πάνυ
τις εἰκότως ἂν ἐπαπορῆσαι πρὸς αὐτοὺς, πότερον ὡς
μόνας ταύτας, ἢ καὶ νὴ Δί' ὡς ἀρίστας ἡμῖν εἰση-
7 γοῦνται τῶν πολιτειῶν. κατ' ἀμφότερα γὰρ ἀγνοεῖν non satis accurata.
μοι δοκοῦσι. δῆλον γὰρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πο-
λιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συν-
8 εστῶσαν. τούτου γὰρ τοῦ μέρους οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ'
ἔργῳ πεῖραν εἰλήφαμεν, Λυκούργου συστήσαντος πρώ-
του κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ Λακεδαιμονίων πολί-
9 τευμα. [m]Καί τοι οὐδ' ὡς μόνας ταύτας προσδεκτέον·
καὶ γὰρ μοναρχικὰς καὶ τυραννικὰς ἤδη τινὰς τεθεά-
μεθα πολιτείας, αἳ, πλεῖστον διαφέρουσαι βασιλείας,
10 παραπλήσιον ἔχειν τι ταύτῃ δοκοῦσιν· ᾗ καὶ συμψεύ-
δονται καὶ συγχρῶνται πάντες οἱ μόναρχοι, καθ' ὅσον
11 οἷοί τ' εἰσὶ, τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι. Καὶ μὴν
ὀλιγαρχικὰ πολιτεύματα καὶ πλείω γέγονε, δοκοῦντα
παρόμοιον ἔχειν τι τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἃ πλεῖστον, ὡς
12 ἔπος εἰπεῖν, διεστᾶσιν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ
δημοκρατίας.

[m] Alii ἀλλ' οὐδ' ὡς.

de hújusmodi rebus via et arte disserere instituunt, *tres Rerumpublicarum formas* enumerent; quarum unam vocant *Regnum*, alteram *Optimatium principatum*, tertiam *Populi imperium;* videtur mihi merito quæri posse ab istis, utrum has reipublicæ formas in medium afferant ut solas, an ut omnium certe optimas. Nam equidem utrovis modo errare eos existimo: quum eam *Rempublicam* censeri debere *optimam* liquido constet, *quæ ex omnibus illis, quas diximus, formis sit composita.* Cujus rei probationem non ratione solum collectam, sed usu etiam et experientia firmatam habemus; postquam primus omnium *Lycurgus* ad hoc instar publicam rem Lacedæmoniorum instituit. Sed neque illud admittendum, solas esse has reip. formas. Vidimus enim etiam *monarchicas* nonnullas et *tyrannicas* dominationes; quæ, quum longissime a regno discrepent, aliquid tamen illi simile videntur habere: quam etiam ob caussam solent omnes *qui dominantur soli,* quantum fieri ejus potest, *regnum* ementiri eoque uti nomine. Multæ præterea civitates exstiterunt *a paucis gubernatæ,* non abhorrentes in speciem *ab Optimatium principatu:* a quo tamen, ut verbo absolvam, plurimum distant. Atque eadem ratio est popularis etiam imperii.

Differt inter Monarchiam et Regnum; Oligarchiam et Aristocratiam; Democratiam et Ochlocratiam.

IV. Ὅτι δ' ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον, ἐκ τούτων
συμφανές. οὔτε γὰρ πᾶσαν δήπου μοναρχίαν εὐθέως 2
βασιλείαν ῥητέον· ἀλλὰ μόνην τὴν ἐξ ἑκόντων συγχω-
ρουμένην, καὶ τῇ γνώμῃ τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ καὶ βίᾳ
κυβερνωμένην. οὐδὲ μὴν πᾶσαν ὀλιγαρχίαν ἀριστο- 3
κρατίαν νομιστέον· ἀλλὰ ταύτην, ἥ τις ἂν κατ' ἐκ-
λογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν
βραβεύηται. παραπλησίως οὐδὲ δημοκρατίαν, ἐν ᾗ 4
πᾶν πλῆθος κύριόν ἐστι ποιεῖν ὅ τι ποτ' ἂν αὐτὸ
βουληθῇ καὶ πρόθηται. [n]παρὰ δὲ ᾧ πάτριόν ἐστι καὶ 5
σύνηθες, θεοὺς [o]σέβεσθαι, γονεῖς θεραπεύειν, πρεσβυ-
τέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πείθεσθαι· [p]παρὰ τοῖς τοι-
ούτοις συστήμασιν ὅταν τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν νικᾷ,
τοῦτο δεῖ καλεῖν δημοκρατίαν. Διὸ καὶ γένη μὲν ἓξ 6
εἶναι ῥητέον πολιτειῶν· τρία μέν, ἃ πάντες θρυλλοῦσι,
καὶ νῦν προείρηται· τρία δὲ τούτοις συμφυῆ, λέγω δὲ
μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν, ὀχλοκρατίαν. Πρώτη μὲν οὖν 7
ἀκατασκεύως καὶ φυσικῶς συνίσταται Μοναρχία·
ταύτῃ δ' ἕπεται καὶ ἐκ ταύτης γεννᾶται μετὰ κα-
τασκευῆς καὶ διορθώσεως Βασιλεία. μεταβαλλούσης δὲ 8
ταύτης εἰς τὰ συμφυῆ κακά, [q]λέγω δ' εἰς Τυραννίδα·

Sex genera Rerumpublicar.

Mutua conversio unius generis in aliud.

[n] παρὰ δὲ δὴ ᾧ Aug. sed partic. δὴ a recent. manu lineola subducta est. παρ' ὁ πάτρ. Urb. et παρ' ὃ πάτρ. Reg. E. absque conjunctione. παρ' ᾧ δὲ scribere jussit Valesius, quod in context. recepit Gronov. [o] σέβειν Reg. D. et E. Oxon. et margo Med. [p] Perperam vulgo edd. et Reg. E. dant ἀλλὰ παρὰ τοῖς τοιούτοις. [q] Sic Aug. Reg. D. E. Ceteri vulgo λέγω δὴ εἰς.

IV. Vere autem dici hæc a nobis, ex his clarum. Neque enim *Unius dominatio* omnis continuo *Regnum* dicenda est: sed ea demum, quæ a volentibus conceditur, et quæ consilio potius, quam metu ac vi, regitur. Ita nec, ubicumque *Paucorum* est *potentia*, par est arbitrari, esse *Optimatium principatum:* verum, ubi justissimi prudentissimique viri per electionem summa rerum potiuntur. Similiter nec *Populi imperium* jure dixeris, ubi penes *quamlibet turbam* potestas est faciendi quidquid voluerit aut proposuerit. Sed ubi patrius mos viget deos colendi, parentes honorandi, seniores reverendi, legibus parendi; ii sunt cœtus, apud quos, si vincit illud, quod pluribus visum fuerit, populi imperium esse dici jure potest. Itaque *genera Rerumpublicarum* statui *sex* debent: tria, quæ omnium ore jactantur, quæque modo posita sunt a nobis: tria, cognatæ cum his naturæ, *dominatum* dico *unius*, *paucorum*, et *turbæ vulgaris*. Ac prima quidem, sine ulla arte, et naturæ impetu, constituitur *Unius dominatio:* hanc sequitur atque adeo ex ea originem habet, cum accessit ars et emendatio, *Regnum*. Quod ubi ad congenita mala degeneravit, nempe *Tyrannidem;* regibus

αὖθις ἐκ τῆς τούτων καταλύσεως Ἀριστοκρατία φύε-
9 ται. καὶ μὴν ταύτης εἰς Ὀλιγαρχίαν ἐκτραπείσης
κατὰ φύσιν, τοῦ δὲ πλήθους ὀργῇ μετελθόντος τὰς τῶν
10 προεστώτων ἀδικίας, γεννᾶται Δῆμος. ἐκ δὲ τούτου
πάλιν ὕβρεως καὶ παρανομίας [r] ἀποπληροῦται σὺν χρό-
11 νοις Ὀχλοκρατία. Γνοίη δ' ἄν τις σαφέστατα περὶ
τούτων, ὡς ἀληθῶς ἐστιν οἷα δὴ νῦν εἶπον, ἐπὶ τὰς
ἑκάστων κατὰ φύσιν ἀρχὰς καὶ γενέσεις καὶ μετα-
12 βολὰς ἐπιστήσας. ὁ γὰρ συνιδὼν ἕκαστον αὐτῶν ὡς
φύεται, μόνος ἂν οὗτος δύναιτο συνιδεῖν καὶ τὴν αὔξη-
σιν, καὶ τὴν ἀκμὴν, καὶ τὴν μεταβολὴν ἑκάστων, καὶ
τὸ τέλος, πότε, [s] καὶ πῶς, καὶ ποῦ καταντήσει πάλιν.
13 Μάλιστα δ' ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας τοῦτον ἁρμό-
σειν τὸν τρόπον ὑπείληφα τῆς ἐξηγήσεως, διὰ τὸ κατὰ
φύσιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς εἰληφέναι τήν τε σύστασιν καὶ
αὔξησιν.

Mutua conversio unius generis in aliud.

V. Ἀκριβέστερον μὲν οὖν ἴσως ὁ περὶ τῆς κατὰ
φύσιν μεταβολῆς τῶν πολιτειῶν εἰς ἀλλήλας διευκρι-
νεῖται λόγος παρὰ Πλάτωνι, καί τισιν ἑτέροις τῶν
φιλοσόφων. ποικίλος δὲ ὢν καὶ διὰ πλειόνων λεγόμενος,
2 ὀλίγοις ἐφικτός ἐστιν. διόπερ ὅσον ἀνήκειν ὑπολαμβά-
νομεν αὐτοῦ πρὸς τὴν πραγματικὴν ἱστορίαν, καὶ τὴν
κοινὴν ἐπίνοιαν, τοῦτο πειρασόμεθα κεφαλαιωδῶς διελ-

Plato de republ.

[r] ἀποπληροῦται adscivi ex marg. Hervag. et marg. Med. Vulgo omnes ἀποκληροῦται. [s] καὶ ποῦ καὶ πῶς Regii D. E. et Oxon.

sublatis, nascitur *Optimatium principatus.* Hoc quoque in *Paucorum dominationem*, ut natura est hominum, verso; ubi multitudo, ira incensa, principum injurias ulta est, exoritur *Populi imperium.* Rursusque ex hujus insolentia et legum contemtu emergit tandem *turbæ potentatus.* Vera autem esse, quæ de his rebus diximus, facile quis intelligat, si uniuscujusque generis naturalia initia et exortus mutationesque ad animum revocaverit. Etenim qui, quo pacto unumquodque istorum generum oriatur, perspexerit, is demum incrementum etiam, et florentissimum statum, et rursus mutationem cujusque, et finem poterit cognoscere, quando quove modo sit eventurus; et quo tandem quæque forma sit reditura. Hanc autem explicationis rationem Romanæ cum primis reipublicæ aptam fore existimavi; quoniam et a principio fundata et postea amplificata est convenienter naturæ.

v. Fortasse quidem igitur apud *Platonem* et alios nonnullos Philosophos subtiliori quadam ratione enucleatur *naturalis Rerumpubl. conversio in aliud atque aliud genus.* Verum istorum disputatio quum a paucis percipi possit, quod et multiplex est et prolixior; nos ex illa quæstione, quantum pertinere videbitur ad *pragmaticam Historiam*, et quantum capit communis hominum intelligentia, tantum

θεῖν. καὶ γὰρ ἂν [t]ἐλλείπειν τι δόξῃ διὰ τῆς καθολικῆς 3
ἐμφάσεως, ὁ κατὰ μέρος λόγος τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων
ἱκανὴν ἀνταπόδοσιν ποιήσει τῶν νῦν ἐπαπορηθέντων.
Ποίας οὖν ἀρχὰς λέγω, καὶ πόθεν φημὶ [u]φύεσθαι 4
τὰς πολιτείας [x]πρῶτον; Ὅταν ἢ διὰ κατακλυσμοὺς, 5
ἢ διὰ λοιμικὰς περιστάσεις, ἢ δι' ἀφορίας καρπῶν,
ἢ δι' ἄλλας τοιαύτας αἰτίας φθορὰ γένηται τοῦ τῶν
ἀνθρώπων γένους, οἵας ἤδη γεγονέναι παρειλήφαμεν,
καὶ πάλιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἱρεῖ· τότε δὴ, 6
συμφθειρομένων πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τεχνῶν,
ὅταν ἐκ τῶν περιλειφθέντων οἱονεὶ σπερμάτων αὖθις
αὐξηθῇ σὺν χρόνῳ πλῆθος ἀνθρώπων· τότε δήπου, καθ- 7
άπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τούτων συναθροιζο-
μένων (ὅπερ εἰκὸς, [y]κατὰ τούτων [z]εἰς τὸ ὁμόφυλον
συναγελάζεσθαι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν·) ἀν-
άγκη, τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τόλμῃ
διαφέροντα, [a]τοῦτον ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν· καθάπερ καὶ 8
ἐπὶ τῶν ἄλλων γενῶν τῶν ἀδοξοποιήτων ζώων [b]θεωρού-
μενον τοῦτο χρὴ φύσεως ἔργον ἀληθινώτατον νομίζειν·
παρ' οἷς ὁμολογουμένως τοὺς ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν

Primum initium Societatum civilium.

[t] Locum hunc sic constituendum putavit Reiskius: ἐλλείπειν τι δόξῃ τὸ τῆς καθολικῆς ἐμφάσεως, ὁ κατὰ μέρος λόγος διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομ. [u] φύεσθαι abest a Regiis et Oxon. qui deinde dant πρῶτον συνίστασθαι. Utrumque verbum est in Med. et in edit. Hervag. [x] πρῶτον cum ὅταν et seqq. conjunctum voluit Ursin. [y] κατὰ τούτων dedit Reg. E. Vulgo κατὰ τοῦτο. [z] Præpositio εἰς abest ab edd. invitis MStis. [a] Sic Aug. Urb. et Regii. et marg. Med. τούτου ἡγ. Med. et ed. Herv. τούτων edidit Casaub. cum marg. Herv. [b] θεωροῦμεν edd. invitis MStis.

summatim delibare conabimur. Nam si quid etiam deesse videbitur in generali hac expositione; explicatio rerum singularium, de quibus deinceps dicemus, abunde satisfaciet pro eis, de quibus fuerit nunc dubitatio aliqua relicta. *Quænam* igitur *initia* existere *societatum civilium* dicimus, et *unde primum eas nasci*? Quoties aut propter diluvia, aut ob pestilentes tempestates, aut sterilitatem fructuum, aut similibus aliis de caussis, humani generis interitus contigit: (quales et jam ante fuisse accepimus, et rursus sæpe venturos ratio vincit:) tunc igitur, pereuntibus simul omnibus institutis hominum atque artibus, postquam ex superstitibus veluti seminibus progressu temporis rursus multitudo hominum est propagata; tunc igitur, sicut in ceteris fit animalibus, sic et in hominum genere necesse est, ut, ubi in societatem coierunt (consentaneum est enim, adversus illa hos propter naturæ imbecillitatem cum sui similibus congregari) quicumque corporis robore et animi audacia eminet, is ducatum atque imperium in ceteros obtineat. Hoc ipsum enim, quod in aliis pariter animantium generibus, quæ non reguntur opinionibus, fieri videmus, pro verissimo naturæ instituto habendum est: videmus autem in illis manifeste ducum officio fungi robustissimos

[c]ἡγουμένους· λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεκτρυό-
9 νας, τὰ τούτοις παραπλήσια. Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς,
εἰκὸς τοιούτους εἶναι καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους,
ζωηδὸν συναθροιζομένων, καὶ τοῖς ἀλκιμωτάτοις καὶ
δυναμικωτάτοις ἑπομένων· οἷς ὅρος μέν ἐστι τῆς ἀρχῆς
10 ἰσχὺς, ὄνομα δ' ἂν εἴποι τις Μοναρχίαν. Ἐπειδὰν
δὲ τοῖς συστήμασι διὰ τὸν χρόνον ὑπογένηται συν-
τροφία καὶ συνήθεια, [d]τοῦτ' ἀρχὴ Βασιλείας φύεται·
καὶ τότε πρώτως ἔννοια γίγνεται τοῦ καλοῦ καὶ δι-
καίου τοῖς ἀνθρώποις, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων τού-
τοις.

Primum initium Societatem civilium.

VI. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς γενέσεως τῶν
2 εἰρημένων τοιόσδε. Πάντων γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας
ὁρμώντων κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ τούτων παιδοποιΐας ἀπο-
τελουμένης, ὁπότε τις τῶν ἐκτραφέντων εἰς ἡλικίαν
ἱκόμενος, μὴ νέμοι χάριν, μηδ' ἀμύναι τούτοις, [e]οἱ
ἐκτρέφοιεν, ἀλλά που τἀναντία κακῶς λέγειν ἢ δρᾷν
3 τούτους ἐγχειροίη· δῆλον, ὡς δυσαρεστεῖν καὶ προσκό-
πτειν εἰκὸς τοὺς [f]συνόντας, καὶ συνιδόντας τὴν γεγενη-
μένην ἐκ τῶν γεννησάντων ἐπιμέλειαν καὶ κακοπάθειαν
περὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν τούτων θεραπείαν καὶ τροφήν.
4 τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν
ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ·

Origo notionum Justi et Honesti.

[c] εἰσηγουμένους Aug. Urb. [d] τότε ἀρχὴ ed. Casaub. et sqq. invitis MStis.
[e] Variant libri: οἷς ἐκτραφείη, ἐκτρέφοι, ἐκτράφη. [f] συνόντας correxi. Vulgo omnes ἐνόντας.

quosque, tauros dico, apros, gallos gallinaceos, et id genus alia animalia. Itaque initio quidem hujusmodi esse etiam hominum vitam, consentaneum est; ut communi animantium more in unum gregem coëant, et fortissimos ac valentissimos sequantur. Atque hi quidem robore metiuntur imperium: quod rite appelles *Monarchiam*, sive *Unius dominationem*. Postea vero quam procedente tempore inter hos cœtus sodalitium quoddam et vitæ consuetudo subnata est; tunc *Regni* seruntur initia: incipitque tum primum *Honesti Justique*, et eorum quæ sunt his contraria, animis hominum oboriri *notitia*.

VI. Ratio autem atque modus, quo existunt oriunturque hæc quæ diximus, hujusmodi est. Scilicet quum ad conjunctionem maris et fœminæ naturaliter omnes stimulentur, ex eoque liberi nascantur: quoties adultus aliquis eorum, qui educati fuerint, gratiam non refert, neque iis subvenit, a quibus fuerit alitus; sed e contrario dictis factisve eos aggreditur lædere: perspicuum est, iniquo animo rem ferre, graviterque offendi eos, qui forte intersunt, et, quanta cura atque ærumna parentes liberos curaverint atque aluerint, notum habent. Quoniam enim homo a ceteris animantibus hoc differt, quod solus mentis et rationis

Notionum Justi et Honesti origo.

φανερὸν, ὡς οὐκ εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρη-
μένην διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων· ἀλλ' 5
ἐπισημαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον, καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς
παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομένους,
ὅτι τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκυρήσει. Καὶ 6
μὴν, ὅταν που πάλιν [g]ἕτερος, ὑπὸ θατέρου τυχὼν ἐπι-
κουρίας ἢ βοηθείας ἐν τοῖς δεινοῖς, μὴ νέμῃ τῷ σώσαντι
χάριν, ἀλλά ποτε καὶ βλάπτειν ἐγχειρῇ τοῦτον· φα-
νερὸν, ὡς εἰκὸς τῷ τοιούτῳ δυσαρεστεῖσθαι καὶ προσκό-
πτειν τοὺς εἰδότας, συναγανακτοῦντας μὲν τῷ πέλας,
ἀναφέροντας δ' ἐπ' αὐτοὺς τὸ παραπλήσιον. ἐξ ὧν 7
ὑπογίγνεταί τις ἔννοια παρ' ἑκάστῳ τῆς τοῦ καθήκοντος
δυνάμεως [h]καὶ θεωρίας· ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τέλος
δικαιοσύνης. Ὁμοίως πάλιν, ὅταν ἀμύνῃ μέν τις πρὸ 8
πάντων ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑφίστηται δὲ καὶ μένῃ τὰς
ἐπιφορὰς τῶν ἀλκιμωτάτων ζώων· εἰκὸς μὲν, τὸν τοι-
οῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν εὐνοϊκῆς
καὶ προστατικῆς· τὸν δὲ τἀναντία τούτῳ πράττοντα
καταγνώσεως καὶ προσκοπῆς. ἐξ οὗ πάλιν εὔλογον, 9
ὑπογίγνεσθαί τινα θεωρίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς αἰσχροῦ
καὶ καλοῦ, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἄλληλα διαφορᾶς, καὶ
τὸ μὲν ζήλου καὶ μιμήσεως τυγχάνειν, διὰ τὸ συμ-

[g] ἄτερος Regii et Urb. et margo A. [h] Fors. καὶ θεωρία.

sit particeps; non est profecto simile veri, ipsos hanc voluntatum diversitatem inobservatam prætermissuros, quod faciunt aliæ animantes: sed admissum delictum revocaturos ad animum, et præsens factum damnaturos; ut qui, futura prospicientes, facile cogitent, unicuique ex suo numero idem posse evenire. Rursus autem, si quis, ab alio opem ac præsidium in periculis nactus, auctori suæ salutis gratiam non rependat, aut etiam injuriam ei facere conetur; quis dubitat, talem hominem apud omnes, qui resciverint, in offensa gravi futurum? simul alterius vicem indignantibus cunctis, et, ne similis injuriæ exemplum ad se perveniat, metuentibus. Ex quo suboritur in singulorum animis notio quædam *officii*, et quæ sit hujus vis atque ratio: quod quidem et initium et finis est justitiæ. Similiter rursus, quando aliquis in periculis acriter pro omnibus propugnat, idemque feras valentissimas subsistit, et earum sustinet impetus; non est dubitandum, quin hunc acclamationibus prosequatur faustis multitudo, cum benevolentiæ et honoris significatione; eum vero, qui contraria huic faciat, vituperationem hominum consequi offensionemque. Ex quo rursus consentaneum est subnasci in animis vulgi *turpis atque honesti* quamdam notitiam, et ejus discriminis quo hæc invicem separantur; atque ita honestum quidem æmulari homines imitarique, propter adjunctum commodum; fugere vero quod sit

10 φέρον, τὸ δὲ φυγῆς. [i]Ὅταν οὖν καὶ ὁ προεστὼς καὶ Regni origo.
τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχων ἀεὶ συνεπισχύῃ τοῖς προει-
ρημένοις κατὰ τὰς τῶν πολλῶν [k]διαλήψεις, καὶ δόξῃ
τοῖς ὑποταττομένοις διανεμητικὸς εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν
11 ἑκάστοις· οὐκ ἔτι τὴν βίαν δεδιότες, τῇ δὲ γνώμῃ τὸ
πλεῖον εὐδοκοῦντες, ὑποτάττονται καὶ συσσώζουσι τὴν
ἀρχὴν αὐτοῦ, κἂν ὅλως ᾖ γηραιὸς, ὁμοθυμαδὸν ἐπαμύ-
νοντες καὶ διαγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας
12 αὐτοῦ τῇ δυναστείᾳ. καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βα-
σιλεὺς ἐκ μονάρχου λανθάνει [l]γενόμενος, ὅταν παρὰ
τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἰσχύος μεταλάβῃ τὴν ἡγεμονίαν
ὁ λογισμός.

VII. Αὕτη καλοῦ καὶ δικαίου πρώτη παρ' ἀνθρώποις
κατὰ φύσιν ἔννοια, καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις· αὕτη
2 βασιλείας ἀληθινῆς ἀρχὴ καὶ γένεσις. οὐ γὰρ μόνον Benevolentia subditorum in Regum familiam.
αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἐπὶ πολὺ διαφυλάτ-
τουσι τὰς ἀρχάς· πεπεισμένοι, τοὺς ἐκ τοιούτων γεγο-
νότας, καὶ τραφέντας [m]ὑπὸ τοιούτοις, [n]παραπλησίως
3 ἕξειν καὶ τὰς προαιρέσεις. Ἐὰν δέ ποτε τοῖς [o]ἐκγόνοις
δυσαρεστήσωσι, ποιοῦνται μετὰ ταῦτα τὴν αἵρεσιν τῶν
ἀρχόντων καὶ βασιλέων οὐκ ἔτι κατὰ τὰς σωματικὰς
καὶ θυμικὰς δυνάμεις, [p]ἀλλὰ κατὰ τὰς τῆς γνώμης

[i] ὅταν οὖν καὶ ex conject. correxi. Vulgo omnes ὅταν ἐν οἷς ὁ προεστώς. Possis etiam cogitare ὅταν δ' αὖθις ὁ προεστώς. [k] διαλήψεις cum Reisk. posui, pro vulgato διαλέξεις. [l] γινόμενος Reg. E. [m] An ὑπὸ τοιούτων? [n] παραπλησίους malim. [o] ἐγγόνοις Aug. Regii et Oxon. [p] Sic Reg. E. Ceteri vulgo ἀλλὰ καὶ κατὰ τάς.

turpe. Quando igitur is, qui ceteris præest et supremam potestatem habet, semper etiam illis, quos diximus, viris secundum multitudinis opinionem favet, suisque viribus eos juvat, atque a subditis suis existimatur is esse, qui cuique tribuat quod meritis cujusque convenit; tum vero non amplius vim veriti, sed animis potius ac voluntate consentientes, ejus se potestati subjiciunt, et ad conservandum ipsi imperium cuncti conspirant: ac, licet ad ultimam senectutem pervenerit, paribus omnes animis illum defendunt, et adversus eos, qui ejus dominationi insidias struunt, nullum non certamen subeunt. Atque hoc pacto, quum a ferocia et robore ad rationem principatus fuerit translatus, pro eo, quod erat *monarchus* invidioso nomine, sensim nemine animadvertente *Rex* evadit.

VII. Hæc est *prima* apud homines *honesti et justi* a natura profecta *notio*, et eorum quæ his sunt contraria: hæc *veri Regni origo*, hinc ortus. Non solum enim ipsis, sed et soboli, per longum tempus imperium subditi conservant: persuasi, talibus viris prognatos, et a talibus educatos, animis quoque et voluntatibus pares eis futuros. Quod si horum posteri tandem displicuerint, magistratus deinde ac reges sibi eligunt, non utique eos, qui corporis robore aut spiritus ferocia præstent; sed eos, qui sapientia et prudentia excellant: ut qui rebus ipsis

καὶ τοῦ λογισμοῦ διαφορὰς, πεῖραν εἰληφότες ἐπ' αὐτῶν
τῶν ἔργων τῆς ἐξ ἀμφοῖν παραλλαγῆς. Τὸ μὲν οὖν 4
παλαιὸν ἐνεγήρασκον ταῖς βασιλείαις οἱ κριθέντες ἅπαξ
καὶ τυχόντες τῆς ἐξουσίας ταύτης, τόπους τε διαφέ-
ροντας ὀχυρούμενοι καὶ τειχίζοντες, καὶ χώραν κατα-
κτώμενοι, τὸ μὲν τῆς ἀσφαλείας χάριν, τὸ δὲ τῆς
δαψιλείας τῶν ἐπιτηδείων τοῖς ὑποτεταγμένοις· ἅμα 5
δὲ, περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἐκτὸς ἦσαν πάσης δια-
βολῆς καὶ φθόνου· διὰ τὸ μήτε περὶ τὴν ἐσθῆτα με-
γάλας ποιεῖσθαι τὰς παραλλαγὰς, μήτε περὶ τὴν
βρῶσιν καὶ πόσιν, ἀλλὰ παραπλήσιον ἔχειν τὴν βιο-
τείαν τοῖς ἄλλοις, ὁμόσε ποιούμενοι τοῖς πολλοῖς ἀεὶ

Tyrannidis origo.

τὴν δίαιταν. Ἐπεὶ δ' ἐκ διαδοχῆς καὶ κατὰ γένος 6
τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντες, ἕτοιμα μὲν εἶχον ἤδη τὰ
πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, ἕτοιμα δὲ καὶ πλείω τῶν ἱκανῶν
τὰ πρὸς τὴν τροφήν· τότε δὴ ταῖς ἐπιθυμίαις ἑπόμενοι 7
διὰ τὴν περιουσίαν, ἐξάλλους μὲν ἐσθῆτας ὑπέλαβον
δεῖν ἔχειν τοὺς ἡγουμένους τῶν ὑποταττομένων, ἐξάλλους
δὲ καὶ ποικίλας τὰς περὶ τὴν τροφὴν ἀπολαύσεις καὶ
παρασκευὰς, ἀναντιῤῥήτους δὲ καὶ παρὰ τῶν μὴ προσ-
ηκόντων τὰς τῶν ἀφροδισίων χρείας καὶ συνουσίας. ἐφ'
οἷς μὲν φθόνου γενομένου καὶ προσκοπῆς, ἐφ' οἷς δὲ 8
μίσους ἐκκαιομένου καὶ δυσμενικῆς ὀργῆς, ἐγένετο μὲν
ἐκ τῆς βασιλείας τυραννὶς, ἀρχὴ δὲ καταλύσεως ἐγεν-

fuerint edocti, quantum inter hos atque illos fit discriminis. Ac primis quidem temporibus, qui electione populorum regiam potestatem semel fuerant adepti, in regnis suis consenescebant; loca opportuna munientes ac mœnibus cingentes, et ditionem quisque suam amplificantes; partim securitatis caussa, partim ut subditis rerum ad victum necessariarum uberem copiam exhiberent. Simul vero, dum his animum intendebant, extra offensam atque invidiam hominum erant: quia neque cultu admodum diverso a ceteris utebantur, neque victu; sed, vitæ genus reliquis simile usurpantes, una cum multitudine assidue versabantur. Ubi vero, qui ex successione generis regna susceperant, comparata habuerunt quæ ad securitatem desiderabantur, et comparata etiam quæ sunt ad victum necessaria, ac multo quidem plura quam erat necesse; tum enimvero cupiditatibus obsecuti, ob superfluentem rerum omnium copiam arbitrati sunt, debere principes alio, quam subditos, uti cultu, aliis et variis ad luxum frui voluptatibus atque apparatibus, in usu item Veneris quamvis illicitæ contradicendi sibi nemini jus esse. Atque ita, dum ex aliis facinoribus invidiam atque offensionem sibi conflarunt, ex aliis odium hominum atque iram infestam in se accenderunt; de regno facta est *Tyrannis*, simulque ejus tollendæ fundamenta

9 νᾶτο, καὶ σύστασις ἐπιβουλῆς τοῖς ἡγουμένοις· ἣν οὐκ
ἐκ τῶν χειρίστων, ἀλλ' ἐκ τῶν γενναιοτάτων καὶ μεγα-
λοψυχοτάτων, ἔτι δὲ θαῤῥαλεωτάτων ἀνδρῶν συνέβαινε
γενέσθαι, διὰ τὸ τοὺς τοιούτους ἥκιστα δύνασθαι φέρειν
τὰς τῶν ἐφεστώτων ὕβρεις.

Aristocratiæ ortus.

VIII. Τοῦ δὲ πλήθους, [q] ὅταν λάβῃ προστάτας,
συνεπισχύοντος κατὰ τῶν ἡγουμένων διὰ τὰς προει-
ρημένας αἰτίας· τὸ μὲν τῆς βασιλείας καὶ μοναρχίας
εἶδος ἄρδην ἀνῃρεῖτο, τὸ δὲ τῆς Ἀριστοκρατίας αὖθις
2 ἀρχὴν ἐλάμβανε καὶ γένεσιν. Τοῖς γὰρ καταλύσασι
τοὺς μονάρχους οἱονεὶ χάριν ἐκ χειρὸς ἀποδιδόντες οἱ
πολλοὶ, τούτοις ἐχρῶντο προστάταις, καὶ τούτοις ἐπέ-
3 τρεπον περὶ σφῶν. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀσμενίζοντες
τὴν ἐπιτροπὴν, οὐδὲν προὐργιαίτερον ἐποιοῦντο τοῦ κοινῇ
συμφέροντος, καὶ κηδεμονικῶς καὶ φυλακτικῶς ἕκαστα
χειρίζοντες, καὶ τὰ κατ' ἰδίαν, καὶ τὰ κοινὰ τοῦ
4 πλήθους. Ὅτε δὲ διαδέξαιντο πάλιν παῖδες παρὰ
πατέρων [r] τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν, ἄπειροι μὲν ὄντες
κακῶν, ἄπειροι δὲ καθόλου πολιτικῆς ἰσότητος καὶ
παῤῥησίας, τεθραμμένοι δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς τῶν πα-
5 τέρων ἐξουσίαις, καὶ προαγωγαῖς· ὁρμήσαντες οἱ μὲν
ἐπὶ πλεονεξίαν καὶ φιλαργυρίαν ἄδικον, οἱ δ' ἐπὶ μέθας
καὶ τὰς ἅμα ταύταις ἀπλήστους εὐωχίας, οἱ δ' ἐπὶ
τὰς τῶν γυναικῶν ὕβρεις καὶ παίδων ἁρπαγὰς, μετέ-

Oligarchia.

[q] ὅτε λάβοι Aug. Urb. [r] τὴν τοιαύτην Aug. Urb. Regii et Oxon. τὴν αὐτὴν edd.

jacta sunt, et in caput dominantium conspiratio iniri cœpta est: cujus quidem auctores erant non deterrimi civium, sed generosissimi quique et maximi animi atque audacissimi; quoniam hi sunt, qui principum injurias minime omnium ferre possunt.

VIII. Populo autem, ubi duces nactus est, connitente cum illis ad regum perniciem propter dictas caussas, et regno et unius dominatione de republica sublatis, principium originemque habuit *Optimatium principatus*. Nam iis, qui monarchiam sustulerant, hanc e vestigio quasi mercedem populus rependebat, ut rectoribus illis uteretur, seque ipsis permitteret. Illi igitur primum, contenti honore traditæ sibi reipublicæ, communem utilitatem omnibus rebus anteferre, et singulari cura ac studio et sollicitudine cuncta tum privatorum tum reipubl. administrare. Verum ubi rursus traditam sibi a patribus filii talem potestatem obtinuissent; homines, qui malorum periculum nullum umquam fecerant, nullum æquabilitatis nec libertatis civilis; sed a pueris innutriti fuerant paternis honoribus et dignitatibus; quum alii avaritiæ et injustæ opum cupiditati se dedidissent, alli ebrietati et helluationibus, quæ illam comitari solent; quidam ad stupra mulieribus inferenda, aut pueros rapiendos, animum adjecis-

στησαν μὲν τὴν ἀριστοκρατίαν εἰς Ὀλιγαρχίαν. ταχὺ 6
δὲ κατεσκεύασαν ἐν τοῖς πλήθεσι πάλιν τὰ παραπλήσια
τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι· διὸ καὶ παραπλήσιον συνέβαινε τὸ
τέλος αὐτῶν γίγνεσθαι τῆς καταστροφῆς τοῖς περὶ τοὺς
τυράννους ἀτυχήμασι.

Democratiæ origo.

IX. Ἐπειδὰν γάρ τις συνθεασάμενος τὸν φθόνον καὶ
τὸ μῖσος κατ᾽ αὐτῶν, τὸ παρὰ τοῖς πολίταις ὑπάρχον,
κἄπειτα θαῤῥήσῃ λέγειν ἢ πράττειν τι κατὰ τῶν
προεστώτων, πᾶν ἕτοιμον καὶ συνεργὸν λαμβάνει τὸ
πλῆθος. λοιπὸν, οὓς μὲν φονεύσαντες, [s]οὓς δὲ φυγα- 2
δεύσαντες, οὔτε βασιλέα προΐστασθαι τολμῶσιν, ἔτι
δεδιότες τὴν [t]τῶν πρότερον ἀδικίαν, οὔτε πλείοσιν ἐπι-
τρέπειν τὰ κοινὰ θαῤῥοῦσι· παρὰ πόδας αὐτοῖς οὔσης
τῆς πρότερον [u]ἀγνοίας. μόνης δὲ σφίσι καταλειπομένης 3
ἐλπίδος ἀκεραίου τῆς ἐν αὐτοῖς, ἐπὶ ταύτην καταφέρον-
ται· καὶ τὴν μὲν πολιτείαν ἐξ ὀλιγαρχικῆς δημοκρα-
τίαν ἐποίησαν, τὴν δὲ τῶν κοινῶν πρόνοιαν καὶ πίστιν εἰς
σφᾶς αὐτοὺς ἀνέλαβον. Καὶ μέχρι μὲν ἂν ἔτι σώ- 4
ζωνταί τινες τῶν ὑπεροχῆς καὶ δυναστείας πεῖραν εἰλη-
φότων, ἀσμενίζοντες τῇ παρούσῃ καταστάσει, περὶ
πλείστου ποιοῦνται τὴν ἰσηγορίαν καὶ τὴν παῤῥησίαν.

Ochlocratia et manuum violentia.

Ὅταν δ᾽ ἐπιγένωνται νέοι, καὶ παισὶ παίδων πάλιν ἡ 5
δημοκρατία παραδοθῇ, τότε οὐκ ἔτι διὰ τὸ σύνηθες ἐν

[s] Verba οὓς δὲ φυγαδεύσαντες, quæ absunt vulgo ab omnibus, inserui ex mente Casauboni. [t] τῶν προτέρων edd. [u] ἀνοίας Reg. E.

sent: mutarunt illi quidem optimatium principatum in *Paucorum dominationem.* Ceterum in animis populorum brevi tempore eosdem affectus excitarunt cum iis, de quibus paulo ante diximus. Itaque parem et ipsi exitum fecerunt illi quem tyranni habuerunt, cum eos oppressit calamitas.

IX. Postquam enim observavit, aliquis. quanta invidia et odio flagrarent optimates apud populum; ausus deinde vel dicto vel facto aliquid adversus eos moliri, ilicet multitudinem universam præsto habet, conatus ipsius adjuvantem. Quo facto, aliis optimatium occisis, aliis in exilium pulsis, neque regem suis rebus audent præficere, metu illius injustitiæ qua superiores erant usi; neque vero pluribus rempublicam tradere sustinent, ob oculos adhuc versantibus sceleribus nuper admissis. Quum igitur sola illis integra spes restet, quam in sese ponant; hanc secuti, rempublicam a paucorum dominatione ad *Populi imperium* transferunt: et publicarum rerum curam ac fidem ipsi in se suscipiunt. Ac quoad quidem supersunt adhuc eorum nonnulli, qui potentiam dominationemque paucorum sunt experti; in præsenti statu acquiescentes, antiquius æqualitate juris et libertate civium nihil habent. Sed postquam nova soboles est exorta, et ad priorum nepotes populi imperium pervenit: tum enimvero æqualitatis et libertatis

μεγάλῳ τιθέμενοι τὸ τῆς ἰσηγορίας καὶ παῤῥησίας,
ζητοῦσι πλέον ἔχειν τῶν πολλῶν· μάλιστα δ᾽ εἰς τοῦτ᾽
6 ἐμπίπτουσιν οἱ ταῖς οὐσίαις ὑπερέχοντες. λοιπὸν, ὅταν
ὁρμήσωσιν ἐπὶ τὸ φιλαρχεῖν, καὶ μὴ δύνωνται δι᾽ αὐτῶν
καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς [x] τυγχάνειν τούτων, διαφθεί-
ρουσι τὰς οὐσίας, δελεάζοντες καὶ λυμαινόμενοι τὰ
7 πλήθη κατὰ πάντα τρόπον. Ἐξ ὧν, ὅταν ἅπαξ δωρο-
δόκους καὶ δωροφάγους κατασκευάσωσι τοὺς πολλοὺς
διὰ τὴν ἄφρονα δοξοφαγίαν, τότ᾽ ἤδη πάλιν τὸ μὲν τῆς
δημοκρατίας καταλύεται, μεθίσταται δ᾽ εἰς βίαν καὶ
8 χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία. συνειθισμένον γὰρ τὸ πλῆ-
θος ἐσθίειν τὰ ἀλλότρια, καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν τοῦ
ζῆν ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας, ὅταν λάβῃ προστάτην μεγαλό-
φρονα καὶ τολμηρὸν, ἐκκλειόμενον δὲ διὰ πενίαν τῶν ἐν
τῇ πολιτείᾳ [y] τιμίων· τότε δὴ χειροκρατίαν ἀποτελεῖ.
9 καὶ τότε συναθροιζόμενον ποιεῖ σφαγὰς, φυγὰς, γῆς
ἀναδασμούς· ἕως ἂν, ἀποτεθηριωμένον, πάλιν εὕρῃ δε-
10 σπότην καὶ μόναρχον. Αὕτη πολιτειῶν ἀνακύκλωσις, Orbis revolutionum æquabilis in rebuspubl.
αὕτη φύσεως οἰκονομία, καθ᾽ ἣν μεταβάλλει καὶ μεθί-
σταται, καὶ πάλιν εἰς αὐτὰ καταντᾷ τὰ κατὰ τὰς
11 πολιτείας. Ταῦτά τις σαφῶς ἐπεγνωκὼς, χρόνοις μὲν
ἴσως διαμαρτήσεται, λέγων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος περὶ
πολιτείας· τὸ δὲ ποῦ τῆς αὐξήσεως ἕκαστόν ἐστιν ἢ τῆς

[x] Fors. τυγχάνειν τούτου. [y] τιμῶν Herv. Reg. D. Oxon. [z] An ποῖ μεταστήσεται?

bonum parvi facientes, utpote cui assueverunt, plus posse quam ceteri cupiunt: estque hoc vitium iis potissimum familiare, qui divitiis alios antecedunt. Igitur ad ambiendos honores conversi, ubi hos per se et propria virtute consequi non valent, inescando et omni genere largitionis corrumpendo populo rem familiarem suam dilapidant. Qui postquam semel, sua stulta aviditate dignitatum, multitudinem largitiones captare devorareque docuerunt; tum vero rursus incipit populi imperium labefactari, succeditque ejus loco *vis ac manuum violentia.* Assueta enim plebs de alieno vivere, et in aliorum fortunis spes vitæ reponere, magni animi audacemque nacta ducem, cui aditum ad honores in republica paupertas præcludit, populi imperium in manuum violentiam convertit. Ac tunc quidem coitione facta, cædibus, exiliis, divisionibus novis agrorum usque eo sævit, donec tandem, efferata, dominum rursus nanciscatur, qui rerum potiatur solus. Hic orbis est, quo in sese Respublicæ revolvuntur: hic naturæ ordo, per quem rerumpubl. status mutatur, transformatur, et rursus eodem redit. Quæ si quis accurate cognita habuerit, de iis, quæ remp. manent, dicere aggressus, in ratione temporum ille quidem fortasse falletur: at quo loco sit quæque illarum, incrementone propior an ruinæ, et in quam formam sit immu-

φθορᾶς, ἢ [z] ποῦ μεταστήσεται, σπανίως ἂν [a] διασφά-
λοιτο χωρὶς [b] ὀργῆς ἢ φθόνου ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν.
[c] Καὶ μὴν περί γε τῆς Ῥωμαίων πολιτείας κατὰ ταύτην 12
τὴν ἐπίστασιν μάλιστ' ἂν ἔλθοιμεν εἰς γνῶσιν καὶ τῆς
συστάσεως, καὶ τῆς αὐξήσεως, καὶ τῆς ἀκμῆς· ὁμοίως
δὲ καὶ τῆς εἰς τοὔμπαλιν ἐσομένης ἐκ τούτων μετα-
βολῆς. εἰ γάρ τινα καὶ ἑτέραν πολιτείαν, ὡς ἀρτίως 13
εἶπα, καὶ ταύτην συμβαίνει, κατὰ φύσιν ἀπ' ἀρχῆς
ἔχουσαν τὴν σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν, κατὰ φύσιν
ἕξειν καὶ τὴν εἰς τἀναντία μεταβολήν. σκοπεῖν [d] δ' 14
ἔσται διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων.

Lycurgi leges de republ.

X. Νῦν δ' ἐπὶ βραχὺ ποιησόμεθα μνήμην ὑπὲρ τῆς
Λυκούργου νομοθεσίας· ἔστι γὰρ οὐκ ἀνοίκειος ὁ λόγος
τῆς προθέσεως. Ἐκεῖνος γὰρ, ἕκαστα τῶν προειρημένων 2
συννοήσας ἀναγκαίως καὶ φυσικῶς ἐπιτελούμενα, καὶ
συλλογισάμενος, ὅτι πᾶν εἶδος πολιτείας ἁπλοῦν καὶ
κατὰ μίαν συνεστηκὸς δύναμιν, ἐπισφαλὲς γίγνεται,
διὰ τὸ ταχέως εἰς τὴν οἰκείαν καὶ φύσει παρεπομένην
ἐκτρέπεσθαι κακίαν· (καθάπερ γὰρ σιδήρῳ μὲν ἰὸς, 3
ξύλοις δὲ θρίπες καὶ τερηδόνες συμφυεῖς εἰσι λῦμαι,
δι' ὧν, κἂν πάσας τὰς ἔξωθεν διαφύγωσι βλάβας, ὑπ'
αὐτῶν φθείρονται τῶν συγγενομένων· τὸν αὐτὸν τρόπον 4

[a] διασφάλλοιτο edd. [b] Perperam edd. et scripti omnes ὀργῆς ἀφθόνου. [c] Καὶ μήν. Ante hæc verba in Reg. D. signum est indicans, *novum hinc incipere fragmentum.* [d] δ' ἐξέσται Aug. Urb.

tanda; vix est, ut in hoc fallatur: si modo ira atque invidia vacuus, sententiam super ea re suam pronunciaverit. Ad *Romanam* quidem certe quod attinet *Rempublicam,* hoc potissimum inquisitionis genere intelligemus, quo pacto ab initio constituta, deinde aucta, et ad hunc statum florentissimum, quo nunc viget, perducta fuerit: et similiter, quænam in contrarium illam maneat conversio. Hæc enim respublica, quemadmodum, si qua alia, ut paulo ante dixi, secundum naturam constituta atque aucta est; sic et mutationem in contrarium secundum naturam habebit: quod quidem ex iis, quæ deinceps dicentur, planius intelligetur.

x. Nunc vero de *latis a Lycurgo legibus* pauca dicemus: neque enim a proposito alienus est hic sermo. Animadverterat ille vir, necessaria naturæ lege omnia ista evenire, statueratque apud se, quamlibet *reipubl. formam simplicem et uno genere constantem, periculosam* esse; quia facile ad proprium sibi vitium, quod ipsam natura comitatur, deflectit. Sicut enim rubigo ferro, cossi et teredines ligno congenitæ pestes insunt; adeo ut, quamvis nihil extrinsecus illa læserit, per ea tamen, quæ intra ipsa nascuntur,

καὶ τῶν πολιτειῶν συγγίγνεται κατὰ φύσιν ἑκάστῃ Lycurgi leges de republ.
καὶ παρέπεταί τις κακία· βασιλείᾳ μὲν ὁ μοναρχικὸς
λεγόμενος τρόπος, ἀριστοκρατίᾳ δὲ ὁ τῆς ὀλιγαρχίας,
5 δημοκρατίᾳ δὲ ὁ θηριώδης καὶ χειροκρατικός· εἰς οὓς
οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ πάντα τὰ προειρημένα σὺν χρόνῳ
6 ποιεῖσθαι τὰς μεταστάσεις κατὰ τὸν ἄρτι λόγον.) ἃ
προϊδόμενος Λυκοῦργος, οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ μονοειδῆ συν-
εστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας ὁμοῦ συνήθροιζε
τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν ἀρίστων πολιτευ-
7 μάτων· ἵνα μηδὲν αὐξανόμενον ὑπὲρ τὸ δέον εἰς τὰς
συμφυεῖς ἐκτρέπηται κακίας· ἀντισπωμένης δὲ τῆς
ἑκάστου δυνάμεως ὑπ' ἀλλήλων, μηδαμοῦ νεύῃ, μηδ'
ἐπὶ πολὺ καταῤῥέπῃ μηδὲν αὐτῶν, ἀλλ' ἰσοῤῥοποῦν
καὶ ζυγοστατούμενον ἐπὶ πολὺ διαμένῃ κατὰ τὸν τῆς
8 ἀντιπλοίας λόγον ἀεὶ τὸ πολίτευμα· τῆς μὲν βασι-
λείας κωλυομένης ὑπερηφανεῖν, διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ δήμου
φόβον, δεδομένης καὶ τούτῳ μερίδος ἱκανῆς ἐν τῇ πολι-
9 τείᾳ· τοῦ δὲ δήμου πάλιν μὴ θαῤῥοῦντος καταφρονεῖν
τῶν βασιλέων, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν γερόντων φόβον, οἳ κατ'
ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ
10 δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. ὥστε τὴν τῶν ἐλαττουμένων
μερίδα, διὰ τὸ τοῖς ἔθεσιν ἐμμένειν, ταύτην ἀεὶ γίγνε-
σθαι μείζω καὶ βαρυτέραν, τῇ τῶν γερόντων προσκλίσει

intereant: sic etiam naturæ legibus simul cum singulis rerumpublicarum formis nascitur aliquod vitium, quod assidue illas comitatur: puta, regnum, monarchicus, qui dicitur, status; optimatium principatum, dominatio paucorum; imperium populi, ferinæ similis potentia, quando obtinet manuum violentia: in quæ vitia quominus singulæ rerumpubl. formæ, quas prius diximus, conversæ tandem mutentur, vitari non potest. Hæc igitur quum prævidisset *Lycurgus*, non simplicem neque uniformem remp. constituit: sed *optimarum quarumque rerumpubl. virtutes omnes ac proprietates in unum copulavit:* ne, si qua illarum supra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret: sed, dum cujusque vis mutuo omnium nisu in contrarium retrahitur, nulla pars illarum vergat usquam aut nimium propendeat; verum æquis ponderibus librata, et æqua lance suspensa, quam diutissime respublica duret; quemadmodum in navigando servatur navis, dum nimius ventorum impetus opposita vi remorum temperatur. Nam reges quidem ne superbe atque impotenter agerent, metus populi, cui et ipsi suæ partes in civitate erant attributæ, impediebat: populus vero, ne reges contemneret, metu seniorum cohibebantur; qui quum essent omnes pro virtutis merito in senatorium ordinem lecti, justiori utique parti se semper erant adjuncturi. Itaque, senioribus veterem disciplinam retinentibus, quoties pars aliqua erat facta infirmior, inclinatione ac nutu senatus ad illam, major sem-

καὶ ῥοπῇ. τοιγαροῦν οὕτω συστησάμενος, πλεῖστον, ὧν 11
ἡμεῖς ἴσμεν, χρόνον διεφύλαξε τοῖς Λακεδαιμονίοις τὴν
ἐλευθερίαν.

IV.

Περὶ συστάσεως τῆς τῶν Ῥωμαίων Πολιτείας.

Forma reip. Rom. similis Laconicæ.

XI. ΕΚΕΙΝΟΣ μὲν οὖν λόγῳ τινὶ [e]προϊδόμενος, πόθεν
ἕκαστα, καὶ πῶς πέφυκε συμβαίνειν, ἀβλαβῶς συνε-
στήσατο τὴν προειρημένην πολιτείαν. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ 2
μὲν τέλος ταὐτὸ πεποίηνται τῆς ἐν τῇ πατρίδι κατα-
στάσεως· οὐ μὴν διὰ λόγου, διὰ δὲ πολλῶν ἀγώνων 3
καὶ πραγμάτων, ἐξ αὐτῆς ἀεὶ τῆς ἐν ταῖς περιπετείαις
ἐπιγνώσεως αἱρούμενοι τὸ βέλτιον, οὕτως ἦλθον ἐπὶ
ταὐτὸ μὲν Λυκούργῳ τέλος, κάλλιστον δὲ σύστημα
τῶν καθ' ἡμᾶς πολιτειῶν.

*

Δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν κριτὴν οὐκ ἐκ τῶν παραλειπομέ- 4
νων δοκιμάζειν τοὺς γράφοντας, ἀλλ' ἐκ τῶν λεγο-
μένων· κἂν μὲν ἐν τούτοις τι λαμβάνῃ ψεῦδος, εἰδέναι, 5
διότι κἀκεῖνα παραλείπεται δι' ἄγνοιαν· ἐὰν δὲ πᾶν τὸ
λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ, συγχωρεῖν, διότι κἀκεῖνα παρα-
σιωπᾶται κατὰ κρίσιν, οὐκ ἄγνοιαν.

[e] προιδόμενος Regii et Oxon.

per erat evasura ac prægravatura. *Lycurgus* igitur, hoc pacto constituta republica, *Lacedæmoniis* libertatem diutius conservavit, quam ulli alli populo, nobis quidem cognito, contigit.

IV.

De Reipublicæ Romanæ constitutione.

XI. SIC ille quidem, ratione quadam prævidens, unde et quomodo evenire quæque soleant, dictam rempublicam instituit. *Romani* vero in ordinando patriæ statu eumdem quidem adepti sunt finem: at non ratiocinatione ulla eo sunt ducti, sed per certamina multa et rerum discrimina jactati, id quod erat melius ex ipsis semper casibus edocti elegerunt; eaque demum via ad eumdem cum Lycurgo finem pervenerunt, et *reipublicæ corpus constituerunt* omnium, quæ nostra memoria fuerunt, *pulcerrimum.*

*

Est autem boni judicis officium, *scriptores non ex iis, quæ prætermiserint, æstimare, verum ex iis, quæ dixerint:* ac, si falsi aliquid in his deprehenderit, etiam, *illa ex ignoratione esse prætermissa,* statuere: sin omnia fuerint vera, quæ dicuntur, concedere, *judicio, non ignorantia ista quoque sileri.*

*

6 Ἦν μὲν δὴ τρία μέρη τὰ κρατοῦντα τῆς πολιτείας, Respub. Rom. ex tribus formis mixta.
ἅπερ εἶπα πρότερον, ἅπαντα· οὕτω δὲ πάντα κατὰ
μέρος ἴσως καὶ πρεπόντως συνετέτακτο, καὶ διῳκεῖτο
διὰ τούτων, ὥστε μηδένα ποτ' ἂν εἰπεῖν δύνασθαι
βεβαίως, μηδὲ τῶν ἐγχωρίων, πότερα ἀριστοκρατικὸν
τὸ πολίτευμα σύμπαν, ἢ δημοκρατικὸν, ἢ μοναρχικόν.
7 Καὶ τοῦτ' [f] εἰκὸς ἦν πάσχειν. ὅτε μὲν γὰρ εἰς τὴν τῶν
ὑπάτων ἀτενίσαιμεν ἐξουσίαν, τελείως μοναρχικὸν ἐφ-
αίνετ' εἶναι καὶ βασιλικόν· ὅτε δ' εἰς τὴν τῆς συγκλή-
του, πάλιν ἀριστοκρατικόν. καὶ μὴν εἰ τὴν τῶν πολλῶν
ἐξουσίαν θεωροίη τις, ἐδόκει σαφῶς εἶναι δημοκρατικόν.
8 Ὧν δ' ἕκαστον εἶδος μερῶν τῆς πολιτείας ἐπεκράτει, Jura cujusque partis.
καὶ τότε, καὶ νῦν ἔτι, πλὴν ὀλίγων τινῶν, ταῦτ' ἐστιν.

XII. Οἱ μὲν γὰρ Ὕπατοι, πρὸ τοῦ μὲν ἐξάγειν τὰ Potestas Consulum; in urbe:
στρατόπεδα, παρόντες ἐν Ῥώμῃ, πασῶν εἰσὶ κύριοι τῶν
2 δημοσίων πράξεων. οἵ τε γὰρ ἄρχοντες οἱ λοιποὶ πάντες
ὑποτάττονται καὶ πειθαρχοῦσι τούτοις, πλὴν τῶν δη-
μάρχων· εἴς τε τὴν σύγκλητον οὗτοι τὰς πρεσβείας
3 ἄγουσι. πρὸς δὲ τοῖς προειρημένοις, οὗτοι τὰ κατ-
επείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν, [g] αὐτοὶ τὸν ὅλον
4 χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι. καὶ μὴν ὅσα δεῖ
διὰ τοῦ δήμου συντελεῖσθαι τῶν πρὸς τὰς κοινὰς πράξεις
ἀνηκόντων, τούτοις καθήκει φροντίζειν, καὶ [h] συνάγειν

[f] Sic Reg. E. Ceteri vulgo εἰκότως. [g] οὗτοι τὸν ὅλον Casaub. invitis MStis.
[h] Abest ἀεὶ ab Aug. Urb. Regiis et Oxon.

*

Omnes igitur *tres partes*, quas supra nominavi, potestatem habebant in republica: atque cuncta, distributis cuique parti suis vicibus, ita æquabiliter ac convenienter ordinata erant et ab his administrabantur, ut ne indigenarum quidem quisquam satis certo pronunciare haberet de universa republica, *optimatium-ne*, *an populi*, *an unius esset imperium.* Ac merito id quidem. Nam cum ad *Consulum* potestatem oculos referimus, prorsus *monarchica et regia* videtur ea esse: cum ad auctoritatem *senatus*, regimen *optimatium:* cum ad *populi* imperium, liquido putet aliquis *statum* esse *popularem.* Propria autem *jura*, quæ *pars unaquæque* et tunc obtinuit, atque etiam nunc, paucis exceptis, obtinet in republica, hæc sunt.

XII. *Consules*, quamdiu *in urbe* sunt, priusquam legiones educant, omnia, quæ publice fiunt, in potestate habent. Omnes enim reliqui magistratus, præter Tribunos, Consulibus obnoxii sunt, eisque parent. Hi legationes in senatum inducunt. Iidem, quoties deliberari aliqua de re usus postulat, referunt ad senatum: ac, quæ a senatu decreta sunt, ipsi conficiunt et exsequuntur. Præterea publicæ omnes actiones, quæ per populum fieri debent, ad curam horum

ἀεὶ τὰς ἐκκλησίας, τούτοις εἰσφέρειν τὰ δόγματα,
in bello. τούτοις βραβεύειν τὰ δοκοῦντα τοῖς πλείοσι. Καὶ μὴν 5
περὶ πολέμου κατασκευῆς, καὶ καθόλου τῆς ἐν ὑπαί-
θροις οἰκονομίας, σχεδὸν αὐτοκράτορα τὴν ἐξουσίαν
ἔχουσι. καὶ γὰρ ἐπιτάττειν τοῖς συμμαχικοῖς τὸ 6
δοκοῦν, καὶ τοὺς χιλιάρχους καθιστάναι, καὶ διαγρά-
φειν τοὺς στρατιώτας, καὶ διαλέγειν τοὺς ἐπιτηδείους,
τούτοις ἔξεστι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, ζημιῶσαι τῶν 7
ὑποταττομένων ἐν τοῖς ὑπαίθροις ὃν ἂν βουληθῶσι,
κύριοι καθεστᾶσιν. ἐξουσίαν δ' ἔχουσι καὶ δαπανᾷν τῶν 8
δημοσίων ὅσα προθεῖντο, παρεπομένου ταμίου, καὶ πᾶν
Consulum veluti regia potestas. τὸ προσταχθὲν ἑτοίμως ποιοῦντος. Ὥστ' εἰκότως εἰπεῖν 9
ἄν, ὅτε τις εἰς ταύτην ἀποβλέψειε τὴν μερίδα, διότι
μοναρχικὸν ἁπλῶς καὶ βασιλικόν ἐστι τὸ πολίτευμα.
εἰ δέ τινα τούτων ἢ τῶν λέγεσθαι μελλόντων λήψεται 10
μετάθεσιν, ἢ κατὰ τὸ παρὸν, ἢ μετά τινα χρόνον,
οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὴν νῦν ὑφ' ἡμῶν λεγομένην ἀπό-
φασιν.

Potestas Senatus. XIII. Καὶ μὴν ἡ Σύγκλητος πρῶτον μὲν ἔχει τὴν
τοῦ ταμιείου κυρίαν. καὶ γὰρ τῆς εἰσόδου πάσης αὕτη
κρατεῖ, καὶ τῆς ἐξόδου παραπλησίως. οὔτε γὰρ εἰς 2
τὰς κατὰ μέρος χρείας οὐδεμίαν ποιεῖν ἔξοδον οἱ ταμίαι
δύνανται, χωρὶς τῶν τῆς συγκλήτου δογμάτων, πλὴν
τὴν εἰς τοὺς ὑπάτους. τῆς δὲ παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων 3

pertinent: horum est, advocare conciones, rogationes ferre, administrare ea quæ plurium suffragiis fuerint scita. Jam vero *belli* adornandi, gerendi, et omnia, quæ ad expeditionem pertinent, administrandi potestatem propemodum absolutam *Consules* habent. Nam et sociis auxilia, quantum satis videtur, imperare, et tribunos militum constituere, et conscribere exercitum, et dilectus agere eis licet. Huc accedit, quod jus animadvertendi habent, in quem voluerint cumque ex omnibus, qui in bello sub ipsorum imperio sunt constituti. Possunt etiam iidem de publicis pecuniis quantum libuerit insumere, comitante quæstore, qui promte, quidquid Consul jusserit, exsequitur. Ut merito dicat aliquis, hanc partem intuens, *remp. Rom. plane ab unius imperio pendere, et regiam esse.* Quod si quid vero horum, vel eorum quæ deinceps dicturi sumus, aut hoc ipso tempore, aut posthac fuerit mutatum, nihil ad præsens judicium hoc nostrum ea res facere poterit.

XIII. Ad *Senatum* quod attinet, ante omnia in potestate illius est *ærarium:* nam et redituum omnium, et item eorum quæ expenduntur, penes hunc est arbitrium. Etenim nec quæstores in quoscumque reipublicæ usus sumtum ullum possunt facere absque senatusconsulto patrum, eo sumtu excepto, qui Consulum fit nomine. Et illa quoque omnium summa et maxima

ὁλοσχερεστάτης καὶ μεγίστης δαπάνης, ἣν οἱ τιμηταὶ *Potestas Senatus.*
ποιοῦσιν εἰς τὰς ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημο-
σίων κατὰ [i] πενταετηρίδα, ταύτης ἡ σύγκλητός ἐστι
κυρία, καὶ διὰ ταύτης γίγνεται τὸ συγχώρημα τοῖς
4 τιμηταῖς. Ὁμοίως καὶ ὅσα τῶν ἀδικημάτων, τῶν κατ'
Ἰταλίαν, προσδεῖται δημοσίας ἐπισκέψεως, λέγω δὲ,
οἷον προδοσίας, συνωμοσίας, φαρμακείας, δολοφονίας,
5 τῇ συγκλήτῳ μέλει περὶ τούτων. πρὸς δὲ τούτοις, εἴ
τις ἰδιώτης ἢ πόλις, τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, διαλύσεως,
ἢ ἐπιτιμήσεως, ἢ βοηθείας, ἢ φυλακῆς προσδεῖται,
6 τούτων πάντων ἐπιμελές ἐστι τῇ συγκλήτῳ. καὶ μὴν
εἰ τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας πρός τινας ἐξαποστέλλειν δέοι
πρεσβεῖάν τινα, ἢ διαλύσουσάν τινας, ἢ παρακα-
λέσουσαν, ἢ καὶ νὴ Δία ἐπιτάξουσαν, ἢ παραληψο-
μένην, ἢ [k] πολεμεῖν ἐπαγγέλλουσαν, αὕτη ποιεῖται τὴν
7 πρόνοιαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν [l] παραγενομένων εἰς Ῥώμην
πρεσβειῶν ὡς δέον ἐστὶν ἑκάστοις χρῆσθαι, καὶ ὡς δέον
ἀποκριθῆναι, πάντα ταῦτα χειρίζεται διὰ τῆς συγκλή-
του. πρὸς δὲ τὸν δῆμον καθάπαξ οὐδέν ἐστι τῶν προει-
8 ρημένων. Ἐξ ὧν πάλιν, ὁπότε τις ἐπιδημήσαι μὴ *Aristocraticum videtur esse regimen.*
παρόντος ὑπάτου, τελείως ἀριστοκρατικὴ φαίνεται ἡ
9 πολιτεία. ὃ δὴ καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ
καὶ τῶν βασιλέων, πεπεισμένοι τυγχάνουσι, διὰ τὸ

[i] πενταετηρίαν edd. [k] Fors. πόλεμον ἐπαγγ. [l] παραγινομένων Reg. E.

impensa, quam singulis lustris censores faciunt in reficienda exstruendaque ædificia publica, auctoritate fit Senatus, a quo ejus rei potestatem censores accipiunt. Similiter et *delicta* in Italia admissa, quæ animadversione publica opus habent, puta, proditio, conjuratio, veneficium, aut cædes dolo malo patrata, ad cognitionem Senatus spectant. Porro, si quis aut privatus aut civitas ex *sociis Italicis* aliquid controversiæ dirimendum habuerit, aut objurgatione dignum facinus commiserit, aut ope vel præsidio indiguerit, omnia hæc Senatui sunt curæ. Sed et extra Italiam si mittenda aliquo fuerit *legatio*, vel conciliandæ pacis inter dissidentes gratia, vel rogandi aut sane etiam imperandi caussa, vel ad populum aliquem in deditionem accipiendum, aut ad bellum indicendum, Senatus hæc cura est. Postremo ubi Romam legationes exteræ advenerunt, quomodo cum unaquaque illarum sit agendum, quomodo respondendum, omnia hæc per Patres administrantur. Populi vero in his, quæ diximus hactenus, nullæ omnino sunt partes. Itaque si quis Romam veniat, quando neuter in urbe est consul, plane *optimatium principatus* is esse videtur: quæ sane multorum et Græcorum et

τὰ σφῶν πράγματα σχεδὸν πάντα [m] τὴν σύγκλητον
κυροῦν.

Populi potestas in repub.

XIV. Ἐκ δὲ τούτων τίς οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιζητήσειε,
ποία καὶ τίς ποτέ ἐστιν ἡ τῷ δήμῳ καταλειπομένη
μερὶς ἐν τῷ πολιτεύματι· τῆς μὲν συγκλήτου τῶν κατὰ 2
μέρος, ὧν εἰρήκαμεν, κυρίας ὑπαρχούσης, τὸ δὲ μέγι-
στον, ὑπ᾽ αὐτῆς καὶ τῆς εἰσόδου καὶ τῆς ἐξόδου χειρι-
ζομένης ἁπάσης· τῶν δὲ στρατηγῶν ὑπάτων πάλιν
αὐτοκράτορα μὲν ἐχόντων δύναμιν περὶ τὰς τοῦ πο-
λέμου παρασκευὰς, αὐτοκράτορα δὲ τὴν ἐν τοῖς ὑπαί-
θροις ἐξουσίαν; Οὐ μὴν, ἀλλὰ καταλείπεται μερὶς 3
καὶ τῷ δήμῳ, καὶ καταλείπεταί γε βαρυτάτη. Τιμῆς 4
γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος
κύριος, οἷς συνέχονται μόνοις καὶ δυναστεῖαι καὶ πολι-
τεῖαι καὶ συλλήβδην πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος. παρ᾽ 5
οἷς γὰρ ἢ μὴ γινώσκεσθαι συμβαίνει τὴν τοιαύτην
διαφορὰν, ἢ γινωσκομένην χειρίζεσθαι κακῶς, παρὰ
τούτοις οὐδὲν οἷόν τε κατὰ λόγον διοικεῖσθαι τῶν ὑφε-
στώτων. [n] πῶς γὰρ εἰκὸς, ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων τῶν ἀγα-
θῶν τοῖς κακοῖς; Κρίνει μὲν οὖν ὁ δῆμος καὶ διαφόρου 6
πολλάκις, ὅταν ἀξιόχρεων ᾖ τὸ τίμημα τῆς ἀδικίας,
καὶ μάλιστα τοὺς τὰς ἐπιφανεῖς ἐσχηκότας ἀρχάς.
θανάτου δὲ κρίνει μόνος. Καὶ γίγνεταί τι περὶ ταύτην 7

[m] πάντα πρὸς τὴν σύγκλ. edd. cum MStis, excepto Reg. E. qui ignorant verba πρὸς τὴν. Quod si tenenda præpos. πρὸς, fuerit κυρεῖν pro κυροῦν reponendum.
[n] Abest εἰκὸς a Reg. D. Oxon. et cod. J. Fr. Gron.

regnum constans persuasio est; quoniam a Senatu confirmantur, quæcumque fere illi cum Romanis agunt.

XIV. Hæc quum ita sint, quis non quærat hic merito, *quæ et qualis pars reipublicæ curanda Populo sit relicta?* senatu quidem de singulis eorum, quæ diximus, auctoritate sua decernente, et, quod maximum est, de reditibus etiam atque impensis omnibus statuente; consulibus vero et in urbe cum summo imperio bella apparantibus, et militiæ item cum summo imperio omnia gerentibus. Verumtamen etiam sic pars aliqua populo est relicta; et ea quidem longe gravissima. Solus enim in civitate Populus *præmiorum et pœnarum* est arbiter: quibus solis et principatus et respublicæ et universa hominum vita continetur. Nam apud quos nullum tale discrimen agnoscitur; aut agnoscitur quidem, verum ea pars male administratur; apud hos nulla res suscepta potest ratione recta gubernari. Ubi enim boni malique eodem loco sunt, quid recti esse queat? *Judicia* igitur exercet populus, cum pecuniæ persæpe, quoties *mulcta gravior* malefico est irroganda; præsertim vero, ubi res eorum agitur, qui majores magistratus gesserunt: *capitis* vero judicia exercet solus.

Capitis reis in spontaneum exilium licet abire.

τὴν χρείαν παρ' αὐτοῖς ἄξιον ἐπαίνου καὶ μνήμης. τοῖς
γὰρ θανάτου κρινομένοις, ἐπὰν καταδικάζωνται, δίδωσι
τὴν ἐξουσίαν τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἀπαλλάττεσθαι φα-
νερῶς, κἂν ἔτι μία λείπηται φυλὴ τῶν ἐπικυρουσῶν
τὴν κρίσιν ἀψηφοφόρητος, ἑκούσιον ἑαυτοῦ καταγνόντα
8 φυγαδείαν. ἔστι δ' ἀσφάλεια τοῖς φεύγουσιν ἔν τε τῇ
Νεαπολιτῶν καὶ Πραινεστινῶν, ἔτι δὲ [o]Τιβουρίνων πόλει,
καὶ ταῖς ἄλλαις, πρὸς ἃς ἔχουσιν ὅρκια. Καὶ μὴν
9 τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσι τοῖς ἀξίοις· ὅπερ ἐστὶ κάλ-
10 λιστον ἆθλον ἐν πολιτείᾳ καλοκαγαθίας. Ἔχει δὲ τὴν
κυρίαν καὶ περὶ τῆς τῶν νόμων δοκιμασίας· καὶ, τὸ
μέγιστον, ὑπὲρ εἰρήνης οὗτος βουλεύεται καὶ πολέμου.
11 καὶ μὴν περὶ συμμαχίας, καὶ διαλύσεως, καὶ συν-
θηκῶν, οὗτός ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἕκαστα τούτων καὶ κύρια
12 ποιῶν, ἢ τοὐναντίον. ὥστε πάλιν ἐκ τούτων εἰκότως ἄν
τινα εἰπεῖν, ὅτι μεγίστην ὁ δῆμος ἔχει μερίδα, καὶ
δημοκρατικόν ἐστι τὸ πολίτευμα.

Unus ordo indiget alterius.

Consul indiget opis populi et senatus.

XV. Τίνα μὲν οὖν τρόπον διῄρηται τὰ τῆς πολιτείας
εἰς ἕκαστον εἶδος, εἴρηται· τίνα δὲ τρόπον ἀντιπράττειν
βουληθέντα, καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις πάλιν ἕκαστα τῶν
2 μερῶν δύναται, νῦν ῥηθήσεται. Ὁ μὲν γὰρ ὕπατος,
ἐπειδὰν τυχὼν τῆς προειρημένης ἐξουσίας ὁρμήσῃ μετὰ
τῆς δυνάμεως, δοκεῖ μὲν αὐτοκράτωρ εἶναι πρὸς τὴν τῶν

[o] Τιβουρίνων scripsi, cum vulgo Τιβουρηνῶν darent omnes.

Quo in genere mos apud eos viget laude et commemoratione cumprimis dignus: qui mos capitis accusatis, dum in eo sunt ut condemnentur, potestatem facit abeundi palam et in *spontaneum* secedendi *exilium*, licet e tribubus, quæ ad peragendum judicium convenerunt, non nisi una supersit, quæ suffragia necdum tulerit. Exulibus autem impune degere licet Neapoli, Præneste, Tibure, item aliis in urbibus, quibus hoc jure fœdus intercedit cum Romanis. *Honores* præterea Populus largitur, ut quisque illis fuerit dignus; quod pulcerrimum est in republ. virtutis probitatisque præmium. *Legum* quoque sanciendarum abdicandarumve jus penes Populum est; et, quod longe maximum, *de pace et bello* hic deliberat: ac sive de societate agatur, sive de terminando bello, sive de fœdere; *Populus* est, qui singula hæc firmat, et vel rata facit, vel irrita. Ut, hæc rursus intuens aliquis, haud temere sit dicturus, maximam reipub. partem a Populo obtineri, esseque adeo in ea Populi imperium.

xv. Quonam igitur modo sit divisa Romana civitas in illas tres formas, ostensum est. *Qui autem singulæ harum partium in rebus agendis vel impedimento vel auxilio sibi invicem, quoties voluerint, esse queant*, jam declarabimus. Scilicet *Consul*, postquam imperium nactus, de quo diximus, in expeditionem fuerit profectus, videtur ille quidem absolutam potestatem re-

Consul indiget opis populi et senatus.

προκειμένων συντέλειαν. προσδεῖται δὲ τοῦ δήμου, καὶ
τῆς συγκλήτου· καὶ χωρὶς τούτων ἐπὶ τέλος ἄγειν τὰς 3
πράξεις οὐχ ἱκανός ἐστι. δῆλον γάρ, ὡς δεῖ μὲν 4
ἐπιπέμπεσθαι τοῖς στρατοπέδοις ἀεὶ τὰς χορηγίας·
ἄνευ δὲ τοῦ τῆς συγκλήτου βουλήματος οὔτε σῖτος,
οὔτε ἱματισμὸς, οὔτε ὀψώνια δύναται χορηγεῖσθαι τοῖς
στρατοπέδοις. ὥστ᾽ ἀπράκτους γίγνεσθαι τὰς ἐπιβολὰς 5
τῶν ἡγουμένων, ἐθελοκακεῖν καὶ κωλυσιεργεῖν προθεμένης
τῆς συγκλήτου. Καὶ μὴν τό γ᾽ ἐπιτελεῖς ἢ μὴ γίγνε- 6
σθαι τὰς ἐπινοίας καὶ προθέσεις τῶν στρατηγῶν, ἐν τῇ
συγκλήτῳ κεῖται. τοῦ γὰρ ἐπαποστεῖλαι στρατηγὸν
ἕτερον, ἐπειδὰν ἐνιαύσιος διέλθῃ χρόνος, ἢ τὸν ὑπάρ-
χοντα ποιεῖν ἐπίμονον, ἔχει τὴν κυρίαν αὕτη. Καὶ 7
μὴν τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγουμένων ἐκτραγῳδῆσαι
καὶ συναυξῆσαι, καὶ πάλιν ἀμαυρῶσαι καὶ τα-
πεινῶσαι, τὸ συνέδριον ἔχει τὴν δύναμιν. τοὺς γὰρ 8
προσαγορευομένους παρ᾽ αὐτοῖς θριάμβους, δι᾽ ὧν ὑπὸ
τὴν ὄψιν ἄγεται τοῖς πολίταις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἡ
τῶν κατειργασμένων πραγμάτων ἐνάργεια, τούτους οὐ
[p]δύνανται χειρίζειν, ὡς πρέπει, ποτὲ δὲ τὸ παράπαν
οὐδὲ συντελεῖν, ἐὰν μὴ τὸ συνέδριον συγκατάθηται, καὶ
δῷ τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην. Τοῦ γε μὴν δήμου [q]εἰς τὸ 9
διαλύεσθαι καὶ λίαν αὐτοῖς ἀναγκαῖόν ἐστι, κἂν ὅλως

[p] δύνανται cum Reisk. correxi. Vulgo omnes δύναται. [q] Ignorant vulgo omnes præpos. εἰς, quam supplevi; quamquam fors. plura quædam verba interciderunt.

rum gerendarum habere: ceterum et Populi et Senatus ope illi est opus, futuro alioquin perficiendis inceptis impari. Nam quum legionibus submittendi semper sint commeatus; sine sententia autem senatus suppeditari neque frumentum, neque vestis, neque stipendia queant; si propositum patribus fuerit, de industria cessare et conatibus obstare, omnino cadent in irritum imperatorum consilia. Ad hæc, ut incepta sua et destinata consilia perducere ad exitum duces exercituum possint, aut non possint, in voluntate positum est Senatus. Nam ubi circumegerit se annus, demandandi provinciam alteri, aut prorogandi imperii potestatem patres habent. Quin et partas bello victorias aut cum pompa celebrare atque amplificare, aut contra obscurare atque elevare, idem ordo potest. Triumphos enim, quos ipsi vocant, quibus rerum ab imperatoribus gestarum imago quædam evidenter expressa civium oculis subjicitur, pro dignitate agere aut omnino ne agere quidem potest imperator, nisi consenserit senatus, et in eam rem pecuniam decreverit. Jam vero quoniam finiendi belli potestatem Populus obtinet, hujus quoque consensu, licet domo absint quam

ἀπὸ τῆς [r]οἰκείας τύχωσι πολὺν τόπον ἀφεστῶτες. ὁ
γὰρ τὰς διαλύσεις καὶ συνθήκας ἀκύρους καὶ κυρίας
10 ποιῶν, ὡς ἐπάνω προεῖπον, οὗτός ἐστιν. Τὸ δὲ μέγιστον,
ἀποτιθεμένους τὴν ἀρχὴν, ἐν τούτῳ δεῖ τὰς εὐθύνας
11 ὑπέχειν τῶν πεπραγμένων. ὥστε κατὰ μηδένα τρόπον
ἀσφαλὲς εἶναι τοῖς στρατηγοῖς, ὀλιγωρεῖν μήτε τῆς
συγκλήτου μήτε τῆς τοῦ πλήθους εὐνοίας.

Consul indiget opis populi et senatus.

XVI. Ἡ γε μὴν σύγκλητος πάλιν, ἡ τηλικαύτην
ἔχουσα δύναμιν, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν
ἀναγκάζεται προσέχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ στοχάζεσθαι
2 τοῦ δήμου. τὰς δ' ὁλοσχερεστάτας καὶ μεγίστας
ζητήσεις καὶ διορθώσεις τῶν ἁμαρτανομένων κατὰ τῆς
πολιτείας, οἷς θάνατος ἀκολουθεῖ τὸ πρόστιμον, οὐ
δύναται συντελεῖν, ἂν μὴ συνεπικυρώσῃ τὸ προβεβου-
3 λευμένον ὁ δῆμος. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν [s]εἰς ταύτην
ἀνηκόντων. ἐὰν γάρ τις εἰσφέρῃ νόμον, ἢ τῆς ἐξουσίας
ἀφαιρούμενός τι τῆς ὑπαρχούσης τῇ συγκλήτῳ κατὰ
τοὺς ἐθισμοὺς, ἢ τὰς προεδρίας καὶ τιμὰς καταλύων
αὐτῶν, ἢ καὶ νὴ Δία ποιῶν ἐλαττώματα περὶ τοὺς
βίους· πάντων ὁ δῆμος γίγνεται τῶν τοιούτων καὶ
4 θεῖναι, καὶ μὴ, κύριος. Τὸ δὲ συνέχον, ἐὰν εἷς ἐνί-
στηται τῶν δημάρχων, οὐχ οἷον ἐπὶ τέλος ἄγειν τι
δύναται τῶν διαβουλίων ἡ σύγκλητος, ἀλλ' οὐδὲ συν-
5 εδρεύειν ἢ συμπορεύεσθαι τὸ παράπαν. ὀφείλουσι δὲ

Senatus obnoxius populo.

[r] Vulgo οἰκίας. [s] Fors. εἰς αὐτήν.

longissime, cum primis tamen est illis opus. Populus enim, ut antea dicebam, pacta et fœdera aut infirmat aut firmat. Quod vero longe est maximum: ubi deposuerint imperium, eorum, quæ in provincia gesserint, apud Populum ratio est eis reddenda. Idcirco nec Senatus benevolentiam nec Populi contemnere sine suo periculo *Consulibus* ullo modo licet.

XVI. Rursus vero *Senatus*, qui tantum potest, ante omnia in administratione publicæ rei multitudinem respicere, et Populi rationem habere cogitur. Gravissima vero quæque judicia et maxima peragere non potest, neque publica delicta, quæ capite luuntur, punire, nisi ipsius auctoritatem populus comprobarit. Similis Populi potestas etiam in iis, quæ ad ipsum *Senatum* pertinent. Nam si quis legem suadeat, qua vel potestas Senatus, quam more majorum obtinet, minuatur, vel aliqua dignitatis honorisve prærogativa patribus adimatur, aut etiam (nam et hoc interdum usu venit) res familiaris ipsorum accidatur; omnes hujusmodi rogationes vel ratas habendi, vel minus, jus est penes Populum. Illud vero omnium maximum, quod, si vel unus *Tribunorum plebis* intercesserit, non dicam perficere *Senatus* quidquam eorum, quæ decreverit, nequit; sed ne in curiam quidem venire, aut ullo modo convenire senatores possunt. Tribunorum autem partes sunt, id

ἀεὶ ποιεῖν οἱ δήμαρχοι τὸ δοκοῦν τῷ δήμῳ, καὶ μάλιστα στοχάζεσθαι τῆς τούτου βουλήσεως. Διὸ, πάντων τῶν προειρημένων χάριν, δέδιε τοὺς πολλοὺς, καὶ προσέχει τὸν νοῦν τῷ δήμῳ ἡ σύγκλητος.

Populus obnoxius senatui.

XVII. Ὁμοίως γε μὴν πάλιν ὁ δῆμος ὑπόχρεώς ἐστι
τῇ συγκλήτῳ, καὶ στοχάζεσθαι ταύτης ὀφείλει, καὶ
κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. Πολλῶν γὰρ ἔργων ὄντων, τῶν 2
ἐκδιδομένων ὑπὸ τῶν τιμητῶν διὰ πάσης Ἰταλίας, εἰς
τὰς ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημοσίων, ἅ τις
οὐκ ἂν ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως, πολλῶν δὲ ποταμῶν,
λιμένων, [t]κηπίων, μετάλλων, χώρας· συλλήβδην ὅσα
πέπτωκεν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν· πάντα χειρί- 3
ζεσθαι συμβαίνει τὰ προειρημένα διὰ τοῦ πλήθους, καὶ
σχεδὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἐνδεδέσθαι ταῖς ὠναῖς
καὶ ταῖς ἐργασίαις ταῖς ἐκ τούτων. οἱ μὲν γὰρ ἀγο- 4
ράζουσι παρὰ τῶν τιμητῶν αὐτοὶ τὰς ἐκδόσεις, οἱ δὲ
κοινωνοῦσι τούτοις, οἱ δ' ἐγγυῶνται τοὺς ἠγορακότας, οἱ
δὲ τὰς οὐσίας διδόασιν περὶ τούτων εἰς τὸ δημόσιον.
ἔχει δὲ περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ 5
συνέδριον· [u]καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι, καὶ συμπτώματος
γενομένου κουφίσαι, καὶ τὸ παράπαν, ἀδυνάτου τινὸς
συμβάντος, ἀπολῦσαι τῆς ἐργωνίας. καὶ πολλὰ δὴ 6
τινά ἐστιν, ἐν οἷς καὶ βλάπτει μεγάλα, καὶ πάλιν

[t] κηπιῶν forsan cum Reisk. legendum. [u] καὶ τοῦ χρόνον δοῦναι suspicatus est Reisk.

semper exsequi, quod populo placuerit, et voluntatis ejus præcipuam rationem ducere. Itaque, propter hæc omnia quæ dixi, metuit Senatus multitudinem, et ad Populum habet respectum.

XVII. Similiter vero rursus etiam *Populus* senatui est obnoxius; et tam publice quam privatim illius rationem habeat oportet. Quum enim multa sint, quæ a censoribus locantur, partim sarta tecta operum publicorum per Italiam, quæ difficile sit enumerare; partim vectigalia fluminum, portuum, hortorum, metallorum, agrorum, denique omnia, quæ ditione Romana continentur: cuncta hæc a populo exercentur; adeo ut pene ad unum omnes redemtionibus, quæ earum rerum fiunt, et quæstu ex illis (redemptiouibus) faciendo sint impliciti. Alii enim a censoribus locationes per se emunt, alii cum his societatem habent, alii pro redemtoribus fidem suam interponunt, alii horum nomine bona sua in publicum addicunt. Sunt autem omnia ista in potestate et arbitrio senatus. Nam et diem proferre potest, et, si quæ intervenerit calamitas, mercedum parte publicanos relevare, aut si quis casus impedierit, quominus exitum res habere posset, locationem rescindere. Et sunt ejusmodi sane multa, in quibus aut lædi aut adjuvari a senatu

ὠφελεῖ τοὺς τὰ δημόσια χειρίζοντας ἡ σύγκλητος. ἡ γὰρ ἀναφορὰ τῶν προειρημένων γίγνεται πρὸς ταύτην. Populus senatui obnoxius.
7 Τὸ δὲ μέγιστον, ἐκ ταύτης ἀποδίδονται κριταὶ τῶν πλείστων καὶ τῶν δημοσίων καὶ τῶν ἰδιωτικῶν συναλ-
8 λαγμάτων, ὅσα μέγεθος ἔχει τῶν ἐγκλημάτων. διὸ πάντες εἰς τὴν ταύτης πίστιν ἐνδεδεμένοι, καὶ δεδιότες τὸ τῆς χρείας ἄδηλον, εὐλαβῶς ἔχουσι πρὸς τὰς ἐνστάσεις καὶ τὰς ἀντιπράξεις τῶν τῆς συγκλήτου βουλη-
9 μάτων. Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν ὑπάτων ἐπιβολὰς δυσχερῶς ἀντιπράττουσιν, διὰ τὸ κατ' ἰδίαν καὶ κοινῇ πάντας ἐν τοῖς ὑπαίθροις ὑπὸ τὴν ἐκείνων πίπτειν ἐξουσίαν.

XVIII. Τοιαύτης δ' οὔσης τῆς ἑκάστου τῶν μερῶν δυνάμεως, εἰς τὸ καὶ βλάπτειν καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις· πρὸς πάσας συμβαίνει τὰς περιστάσεις δεόντως ἔχειν τὴν ἁρμογὴν αὐτῶν, ὥστε μὴ οἷόν τ' εἶναι, ταύτης Forma reip. Rom. omnium commodissima.
2 εὑρεῖν ἀμείνω πολιτείας σύστασιν. Ὅταν μὲν γάρ τις ἔξωθεν κοινὸς φόβος ἐπιστὰς ἀναγκάσῃ σφᾶς συμφρονεῖν καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις· τηλικαύτην καὶ τοιαύτην συμ-
3 βαίνει γίγνεσθαι τὴν δύναμιν τοῦ πολιτεύματος, [x] ὥστε μήτε παραλείπεσθαι τῶν δεόντων μηδὲν, ἅτε περὶ τὸ προσπεσὸν ἀεὶ πάντων ὁμοῦ ταῖς ἐπινοίαις ἁμιλλωμένων, μήτε τὸ κριθὲν ὑστερεῖν τοῦ καιροῦ, κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστου συνεργοῦντος πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου συντε-

[x] Libri omnes mendose ὥστε μηδὲν, quod Casaub. in ὥστε μηδὲ mutavit.

possunt, qui vectigalia vel ultrotributa tractant: de istis enim omnibus ad Patres refertur. Quod autem maximum est: ex senatorio ordine judices dantur ad plurimas, qua publicas, qua privatas caussas, quoties paullo gravior est accusatio. Itaque in fidem Senatus quum sint omnes adstricti; metuentes, ne olim forte ejus auxilio sibi futurum sit opus, voluntati illius obsistere et reluctari non audent. Similique de caussa et Consulum inceptis haud temere se opponunt; quoniam et privatim singuli, et omnes in universum, expeditionis tempore, in potestate sunt Consulum.

XVIII. Quum igitur singulæ civitatis partes et incommodare et commodare sibi invicem hoc modo queant; evenit, ut adversus omnes casus apte convenienterque sint concinnatæ: ex quo fit, ut meliorem hac rempublicam nemo possit instituere. Quamobrem quoties alicujus ab exteris periculi metus ingruens concordare cives ac sibi invicem ferre opem coegerit, ea est ac tanta hujus reip. vis, ut neque in deliberationibus quidquam eorum prætermittatur, quæ facto sunt opus; quum ut quidque accidit, eo certatim cuncti suas cogitationes referant; et eorum, quæ sunt decreta, nihil fiat tardius quam oporteat, publice privatimque omnibus ad consulta perficienda con-

Resp. Rom. malis suis ipsa ex se medetur.

λειαν. διόπερ ἀνυπόστατον συμβαίνει γίγνεσθαι, καὶ 4
παντὸς ἐφικνεῖσθαι τοῦ κριθέντος, τὴν ἰδιότητα τοῦ
πολιτεύματος. Ὅταν γε μὴν πάλιν ἀπολυθέντες τῶν 5
ἐκτὸς φόβων ἐνδιατρίβωσι ταῖς εὐτυχίαις καὶ περιου-
σίαις, ταῖς ἐκ τῶν κατορθωμάτων, ἀπολαύοντες τῆς
εὐδαιμονίας, καὶ ὑποκολακευόμενοι καὶ ῥαθυμοῦντες
τρέπωνται πρὸς ὕβριν, καὶ πρὸς ὑπερηφανίαν, ὃ δὴ φιλεῖ
γίγνεσθαι· τότε καὶ μάλιστα συνιδεῖν ἐστι αὐτὸ παρ' 6
αὐτοῦ πορίζόμενον τὸ πολίτευμα τὴν βοήθειαν. ἐπειδὰν 7
γὰρ ἐξοιδοῦν τι τῶν μερῶν φιλονεικῇ, καὶ πλέον τοῦ
δέοντος ἐπικρατῆται· δῆλον, ὡς, οὐδενὸς [y] αὐτοτελοῦς
ὄντος κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἀντισπᾶσθαι δὲ καὶ παρα-
ποδίζεσθαι δυναμένης τῆς ἑκάστου προθέσεως ὑπ' ἀλ-
λήλων, οὐδὲν ἐξοιδεῖ τῶν μερῶν, οὐδ' ὑπερφρονεῖ. πάντα 8
γὰρ ἐμμένει τοῖς ὑποκειμένοις, τὰ μὲν κωλυόμενα τῆς ὁρ-
μῆς, τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς δεδιότα τὴν ἐκ τοῦ πέλας ἐπίστασιν.

V.

Πολεμικὰ Ῥωμαίων ἐπιτηδεύματα.

* * *

Ante dilectum militum creantur Tribuni.

[z] XIX. ΕΠΕΙΔΑΝ ἀποδείξωσι τοὺς ὑπάτους, μετὰ ταῦτα χιλιάρχους καθιστᾶσι, [a] τεσσαρεσκαίδεκα, μὲν

[y] αὐτοτελοῦς correxi auctoribus Casaub. et Reisk. ἀρτιτελοῦς edd. et MSti.
[z] In scriptis libris præfigitur *Titulus:* Περὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν καταστάσεως
[a] τέσσαρας καὶ δέκα ed. Opor. et Herv.

nitentibus. Quas ob caussas invicta atque inexsuperabilis hæc respublica est, per ipsam qua constat formam; ac quidquid semel decrevit, ad exitum perducit. Rursus autem, quoties omni ab exteris metu liberati, læto rerum successu diutius perfruuntur, atque illis opibus, quas vincendis hostibus sibi pepererunt; ubi præsenti felicitate gaudentes, otio atque adulationibus corrupti, ad injurias atque superbiam, ut fieri amat, sese converterunt: tum sane ut cum maxime cernere est, *rempublicam ipsam ex sese malis suis remedium parare.* Ubi enim pars aliqua se efferens jurgium movere, et majorem, quam conveniat, potentiam sibi cœperit vindicare: quia nullius potentia omnibus suis numeris in se est perfecta, sed consilia omnium, ut jam ostendimus, ab obsistentibus mutuo impediri queunt; nulla efferre se pars supra ceteras valet, neque impotenter superbire. Omnia quippe in suo statu manent; quum aliorum reprimatur impetus, alii autem jam inde ab initio metuant animadversionem aliorum.

V.

Militia Romana.

* * *

XIX. POSTQUAM consules designarunt, *Tribunos militum* deinceps creant: quatuordecim quidem ex iis,

ἐκ τῶν πέντε ἐνιαυσίους ἐχόντων ἤδη στρατείας, δέκα
2 δ' ἄλλους σὺν τούτοις, ἐκ τῶν δέκα. [b] τῶν λοιπῶν τοὺς
μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς [c] ἐξ ου * δεῖ στρατείας
τελεῖν κατ' ἀνάγκην, ἐν τοῖς τετταράκοντα καὶ ἓξ
ἔτεσιν ἀπὸ γενεᾶς, πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας
3 δραχμὰς τετιμημένων. τούτους δὲ παριᾶσι πάντας εἰς
τὴν ναυτικὴν χρείαν· ἐὰν δέ ποτε κατεπείγῃ τὰ τῆς
περιστάσεως, [d] ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν εἴκοσι
4 στρατείας ἐνιαυσίους. Πολιτικὴν δὲ λαβεῖν ἀρχὴν
οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ πρότερον, ἐὰν μὴ δέκα στρατείας
5 ἐνιαυσίους ᾖ τετελεκώς. Ἐὰν δὲ μέλλωσι ποιεῖσθαι
τὴν καταγραφὴν τῶν στρατιωτῶν οἱ τὰς ὑπάτους ἔχον-
τες ἀρχάς· προλέγουσιν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ
δεήσει παραγενέσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις Ῥωμαίους
6 ἅπαντας. ποιοῦσι δὲ τοῦτο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. τῆς
δὲ ἡμέρας ἐπελθούσης, καὶ τῶν στρατευσίμων παραγενο-
μένων εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ μετὰ ταῦτα [e] συναθροισθέντων
7 εἰς τὸ [f] Καπιτώλιον· διεῖλον σφᾶς αὐτοὺς οἱ νεώτεροι τῶν
χιλιάρχων, καθάπερ ἂν ὑπὸ τοῦ δήμου κατασταθῶσιν,
ἢ τῶν στρατηγῶν, εἰς τέτταρα μέρη· διὰ τὸ τέτταρα
παρ' αὐτοῖς στρατόπεδα τὴν ὁλοσχερῆ καὶ πρώτην

Numerus stipendiorum militarium.

Conscriptio militum.

Distributio tribunorum.

[b] Duo hæc verba perperam codd. omnes cum præcedd. jungunt. Commodum esset τὸ λοιπὸν, quod et Lipsio placuit. τῶν γὰρ πολιτῶν ex conject. edidit Casaubonus. [c] πεζοὺς ἐξ. οὐ δεῖ στρατείας ed. Opor. cum Aug. a pr. manu, Urb. Oxon. et Reg. D. (In Reg. E. autem abest totum hoc fragm. V.) πεζοὺς ἐξ. οὓς δεῖ στρατ. ed. Herv. cum cod. Med. et Aug. a recent. manu. Sua auctoritate Casaubonus edidit πεζοὺς δεκαὲξ ἐνιαυσίους δεῖ στρατείας. Præferam equidem cum Lipsio πεζοὺς εἴκοσι δεῖ στρατείας. Sed fuit fortasse πεζοὺς, ἐξ οὗ εἰς τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν (aut εἰς τὸ ἑπτακαιδέκατον τῆς ἡλικίας ἔτος) ἧκον, εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν. [d] Sic ex conject. scripsi. Vulgo omnes ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν. [e] ἀθροισθέντων Opor. Aug. Urb. [f] Καπετώλιον Herv. Med.

qui annua jam quina stipendia habent: decem vero alios præter superiores ex iis, qui dena. Ceterum necessario tenentur *stipendia* facere intra annum ætatis quadragesimum sextum, *equites* quidem, dena; *pedites* vero, [viginti]: iis dumtaxat exceptis, qui infra quaterna millia æris censi fuerint. Hos omnes omittunt, et in usus *nauticos* reservant: quod si quis tamen casus gravior urgeat, hi quoque pedibus merere et vicena stipendia annua facere tenentur. Urbanum vero magistratum capiendi jus nemini est, antequam dena stipendia emerita habeat. Quando autem *consules* sunt *conscripturi milites*; diem populo edicunt, qua die Romanos omnes militaris ætatis sistere se oporteat. Atque id faciunt quotannis. Ubi dies advenit, et Romam apti militiæ convenerunt, iidemque mox in Capitolio congregati sunt; ibi tunc juniores e *tribunis militum*, eo ordine, quo quisque eorum vel a populo vel ab imperatoribus fuerit constitutus, in quatuor dividere se partes solent; quia apud eos summa et prima divisio copiarum est in quatuor legi-

διαίρεσιν τῶν δυνάμεων ποιεῖσθαι. καὶ τοὺς μὲν πρώτους 8
κατασταθέντας τέτταρας εἰς τὸ πρῶτον καλούμενον
στρατόπεδον ἔνειμαν· τοὺς δ' ἑξῆς τρεῖς, εἰς τὸ δεύτερον·
τοὺς δ' ἐπομένους τούτοις τέτταρας, εἰς τὸ τρίτον· τρεῖς
δὲ τοὺς τελευταίους, εἰς τὸ τέταρτον. τῶν δὲ πρεσβυ- 9
τέρων δύο μὲν τοὺς πρώτους, εἰς τὸ πρῶτον· τρεῖς δὲ τοὺς
δευτέρους, εἰς τὸ δεύτερον τιθέασι στρατόπεδον· δύο δὲ
τοὺς ἑξῆς, εἰς τὸ τρίτον· τρεῖς δὲ τοὺς τελευταίους, εἰς
τὸ τέταρτον.

Dilectum peragunt tribuni.

XX. Γενομένης δὲ τῆς διαιρέσεως καὶ καταστάσεως
τῶν χιλιάρχων τοιαύτης, ὥστε πάντα τὰ στρατόπεδα
τοὺς ἴσους ἔχειν ἄρχοντας· μετὰ ταῦτα καθίσαντες 2
χωρὶς ἀλλήλων κατὰ στρατόπεδον, κληροῦσι τὰς φυλὰς
κατὰ μίαν, καὶ προσκαλοῦνται τὴν ἀεὶ λαχοῦσαν. ἐκ 3
δὲ ταύτης ἐκλέγουσι τῶν νεανίσκων τέτταρας ἐπιεικῶς
τοὺς παραπλησίους ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἕξεσιν.
[g]προσαχθέντων δὲ τούτων, λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν 4
ἐκλογὴν οἱ τοῦ πρώτου στρατοπέδου, δεύτεροι δ' οἱ
τοῦ δευτέρου, τρίτοι δ' οἱ τοῦ τρίτου, τελευταῖοι δ' οἱ
τοῦ τετάρτου. πάλιν δ' ἄλλων τεττάρων [g]προσαχθέν- 5
των, λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν αἵρεσιν οἱ τοῦ δευτέρου
στρατοπέδου, καὶ ἑξῆς οὕτως, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ
πρώτου. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄλλων τεττάρων [g]προσ- 6
αχθέντων, πρῶτοι λαμβάνουσιν οἱ τοῦ τρίτου στρατοπέ-
δου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ δευτέρου. καὶ, ἀεὶ κατὰ 7

[g] προαχθέντων Herv. Med.

ones. Et quatuor quidem illos, qui primi creati fuerint, primæ, quam vocant legioni, attribuunt; tres proximos, secundæ; quatuor qui hos excipiunt, tertiæ; tres novissimos, quartæ. Seniorum autem, duos quidem primo creatos in prima locant legione; tres secundo loco designatos, in secunda; duos proximos, in tertia; tres postremos, in ultima.

xx. Peracta vero electione et divisione tribunorum, sic ut singulæ legiones totidem duces habeant: separatim postea sedentes cujusque legionis tribuni sigillatim *tribus sortiuntur*, et, ut cuique sors contigit, eam ad se vocant. Tum ex ea *quatuor juvenes* eligunt, *pares*, quoad ejus fieri potest, ætate et habitu corporis. His propius admotis, primi electionem faciunt primæ legionis tribuni: secundi, secundæ: tertii, tertiæ: novissimi, quartæ. Rursus vero aliis quatuor admotis, primi eligunt secundæ legionis tribuni; et sic deinceps: ultimi vero primæ. Posthæc aliis denuo quatuor adductis, primi dilectum habent tertiæ legionis tribuni: ultimi, legionis secundæ. Et ita, dum hac ratione semper idem electionis orbis volvitur,

λόγον οὕτως ἐκ περιόδου τῆς ἐκλογῆς γιγνομένης, πα-
ραπλησίους συμβαίνει λαμβάνεσθαι τοὺς ἄνδρας εἰς
8 ἕκαστον τῶν στρατοπέδων. Ὅταν δ' ἐκλέξωσι τὸ προ-
κείμενον πλῆθος· (τοῦτο δ' ἐστὶν ὁτὲ μὲν εἰς ἕκαστον
στρατόπεδον πεζοὶ τετρακισχίλιοι καὶ διακόσιοι, ποτὲ
δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν μείζων τις αὐτοῖς προφαί-
9 νηται κίνδυνος·) μετὰ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς τὸ μὲν πα-
λαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισ-
χιλίοις [h] διακοσίοις, νῦν δὲ προτέρους, πλουτίνδην αὐτῶν
γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τιμητοῦ τῆς ἐκλογῆς· καὶ ποι-
οῦσι τριακοσίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον.

Peditum numerus in legione.

Equites.

XXI. Ἐπιτελεσθείσης δὲ τῆς καταγραφῆς τὸν προει-
ρημένον τρόπον, ἀθροίσαντες τοὺς ἐπιλελεγμένους οἱ
προσήκοντες τῶν χιλιάρχων καθ' ἕκαστον στρατόπεδον,
καὶ λαβόντες ἐκ πάντων ἕνα τὸν ἐπιτηδειότατον, ἐξορκί-
2 ζουσιν· Ἦ μὴν πειθαρχήσειν, καὶ ποιήσειν τὸ προσταττό-
3 μενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν. οἱ δὲ λοιποὶ πάν-
τες ὀμνύουσι καθ' ἕνα προπορευόμενοι, τοῦτ' αὐτὸ δηλοῦν-
4 τες, ὅτι ποιήσουσι πάντα, καθάπερ ὁ πρῶτος. Κατὰ δὲ
τοὺς αὐτοὺς καιροὺς οἱ τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἔχοντες πα-
ραγγέλλουσι τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἀπὸ τῶν συμμαχίδων πό-
λεων, τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἐξ ὧν ἂν βούλωνται συστρα-
τεύειν τοὺς συμμάχους, διασαφοῦντες τὸ πλῆθος, καὶ
τὴν ἡμέραν, καὶ τὸν τόπον, εἰς ὃν δεήσει παρεῖναι τοὺς

Sacramentum militare.

Sociorum conscriptio.

[h] Sic diserte Herv. Aug. Urb. Med. Puto et Opor. Regius nota numerali utitur. Casaubonus ex conject. διακοσίους edidit, *quaternis peditum millibus adjungere (equites) ducentos.*

evenit illud, ut pares ac similes capiantur in quamque legionem milites. Postquam vero legerunt quem proposuerant numerum; (is est quandoque in singulas legiones *peditum quaternûm millium et ducentorum:* aliquando *quinûm millium,* quoties majus aliquod ipsis imminet periculum:) mox *equites,* olim quidem posteriore loco moris erat deligere, post quatuor mille et ducentos pedites; nunc priore loco eos centuriant, e censu per censorem electos, atque illorum *trecentos* unicuique legioni assignant.

XXI. Peracto dilectu eo quem diximus modo, Tribuni militum suæ quisque legionis eos, qui fuerunt lecti, congregant, atque unum ex omnibus eligentes, maxime idoneum, sacramento adigunt; *Fore omnino, ut pareat imperio ducum, et quidquid ab iis fuerit jussus, pro viribus præstet.* Reliqui autem omnes, procedentes alter post alterum, in eadem verba jurant; omnia se facturos, sicut ille primus. Circa idem vero tempus Consules magistratibus sociarum in Italia civitatum, ex quibus auxilia eo bello secum militare volunt, nuncium mittunt; numerum et diem locumque ad conve-

κεκριμένους. αἱ δὲ πόλεις παραπλησίαν ποιησάμεναι τῇ 5
προειρημένῃ τὴν ἐκλογὴν καὶ τὸν ὅρκον, ἐκπέμπουσιν,
[i]ἄρχοντα συστήσασαι καὶ μισθοδότην. Οἱ δ' ἐν τῇ 6
Ῥώμῃ χιλίαρχοι μετὰ τὸν ἐξορκισμὸν παραγγείλαντες
ἡμέραν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ, καὶ τόπον, εἰς ὃν δεήσει

Quatuor genera peditum in legione.

παρεῖναι χωρὶς τῶν ὅπλων, τότε μὲν ἀφῆκαν. Παραγε- 7
νομένων δ' εἰς τὴν ταχθεῖσαν ἡμέραν, διαλέγουσι τῶν
ἀνδρῶν τοὺς μὲν νεωτάτους καὶ πενιχροτάτους εἰς τοὺς
Γροσφομάχους· τοὺς δ' ἑξῆς τούτοις, εἰς τοὺς Ἀστά-
τους καλουμένους· τοὺς δ' ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις,
εἰς τοὺς Πρίγκιπας· τοὺς δὲ πρεσβυτάτους εἰς τοὺς
Τριαρίους. αὗται γὰρ εἰσι καὶ τοσαῦται διαφοραὶ 8
παρὰ Ῥωμαίοις καὶ τῶν ὀνομασιῶν, καὶ τῶν ἡλικιῶν,
ἔτι δὲ τῶν καθοπλισμῶν ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ. Διαι- 9
ροῦσι δ' αὐτοὺς τὸν τρόπον τοῦτον, ὥστ' εἶναι τοὺς μὲν
πρεσβυτάτους, καὶ Τριαρίους προσαγορευομένους, ἑξα-
κοσίους· τοὺς δὲ Πρίγκιπας, χιλίους καὶ διακοσίους·
ἴσους δὲ τούτοις τοὺς Ἀστάτους· τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ
νεωτάτους Γροσφοφόρους. ἐὰν δὲ πλείους τῶν τετρα- 10
κισχιλίων ὦσιν, κατὰ λόγον ποιοῦνται τὴν διαίρεσιν,
πλὴν τῶν Τριαρίων· τούτους ἀεὶ τοὺς ἴσους.

Arma Velitum.

XXII. Καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν
φορεῖν, καὶ γρόσφους, καὶ πάρμην. ἡ δὲ πάρμη καὶ 2
δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος [k] ἀρκοῦν πρὸς

[i] ἄρχοντας suspicari licet cum Gron.

[k] ἀρκοῦν καὶ πρὸς ἀσφ. Herv. et Med.

niendum edicentes iis, qui lecti fuerint. Civitates lectos a se simili ratione ei, quam exposuimus, milites, eodem sacramento adactos, adjecto duce et quæstore mittunt. At Romæ tribuni militum, postquam sacramento milites adegerunt, denunciato legioni cuique die ac loco ad conveniendum sine armis, tunc quidem eos dimittunt. Ceterum ubi ad dictam diem illi convenerunt; natu minimos et pauperrimos Tribuni seligunt in *Velites:* proximos his in *Hastatos*, quos vocant: ætatem florentissimam in *Principes:* maximos natu in *Triarios.* Hæ sunt enim, et tot numero, differentiæ apud Romanos appellationum et ætatum atque etiam armaturæ in unaquaque legione. Ita autem hos dividunt, ut ætate maxime provecti, qui *Triarii* dicuntur, sint numero *sexcenti; Principes mille ducenti; totdem Hastati: ceteri* ac natu minimi *Velites.* Sin pluribus, quam quatuor millibus, constet legio; eadem proportione et ceterorum partitionem instituunt, nisi quod Triariorum numerus variat numquam.

XXII. Ac minimis quidem natu præcipiunt, ut gladium gestent, et hastas, atque parmam. *Parma* et firmitatem habet a structura, et magnitudinem,

ἀσφάλειαν· περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι, [l] τρίπεδον Arma Velitum.
3 ἔχει τὴν διάμετρον. προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ [m] λιτῷ
περικεφαλαίῳ· ποτὲ δὲ λυκείαν ἤ τι τῶν τοιούτων
ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν, ἵνα τοῖς
κατα μέρος ἡγεμόσι προκινδυνεύοντες ἐῤῥωμένως, καὶ
4 μὴ, διάδηλοι γίγνωνται. τὸ δὲ τῶν γρόσφων βέλος
ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ
πάχει δακτυλιαῖον, τὸ δὲ κέντρον, σπιθαμιαῖον, κατὰ
τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν [n] ἐξεληλαμένον καὶ συνωξυσμένον,
ὥστε κατ᾽ ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς
κάμπτεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντι-
βάλλειν· εἰ δὲ μὴ, κοινὸν γίγνεται τὸ βέλος.

XXIII. Τοῖς γε μὴν δευτέροις μὲν κατὰ τὴν ἡλι- Gravis armatura.
κίαν, Ἁστάτοις δὲ προσαγορευομένοις, παρήγγειλαν
2 φέρειν πανοπλίαν. Ἔστι δ᾽ ἡ Ῥωμαϊκὴ πανοπλία Scutum.
πρῶτον μὲν θυρεὸς, οὗ τὸ μὲν πλάτος ἐστὶ τῆς κυρτῆς
ἐπιφανείας πένθ᾽ ἡμιποδίων· τὸ δὲ μῆκος, ποδῶν τεττά-
3 ρων· ὁ δὲ μείζων, ἔτι καὶ παλαιστιαῖος. ἐκ διπλοῦ
σανιδώματος ταυροκόλλῃ πεπηγὼς, ὀθονίῳ, μετὰ δὲ
ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται τὴν ἐκτὸς ἐπι-
4 φάνειαν. ἔχει δὲ περὶ τὴν ἴτυν, ἐκ τῶν ἄνωθεν καὶ
κάτωθεν μερῶν, σιδηροῦν σιάλωμα, δι᾽ οὗ τάς τε κατα-
5 φορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται, καὶ τὰς πρὸς τὴν

[l] Pro τρίπεδον Casaubonus τριημίπεδον vel τριῶν ἡμιποδίων voluit, et vertit *pedis unius et semis*. [m] Fors. λιτῇ περικεφαλαίᾳ. [n] ἐξεληλαμένον correxi cum Ern. Vulgo ἐξεληλασμένον. Et ἐξεληλαγμένον Oxon. et Reg. D. a pr. manu, qui a sec. manu ἐξεληλεγμένον præfert.

quæ ad defensionem sufficiat; quippe cui figura rotunda, diameter tripedalis. Insuper adornantur velites nuda *galea;* cui tamen lupina interdum aut aliquid ejusmodi imponitur; simul tutelæ caussa, et indicii, ut in obeundis fortiter secusve præliis dignosci ab ordinum queant ductoribus. *Hasta velitaris* telum est, habens hastile duos ut plurimum cubitos longum, crassum vero digitum unum: spiculum illi spithamæ longitudine, eo tenuitatis atque acuminis perductum, ut necessario statim a primo jactu reflectatur, neque remitti possit ab hostibus: quod nisi ita est, commune sit hoc telum.

XXIII. Ætate proximis, quos vocant *Hastatos*, præcipiunt, ut *justa arma* ferant. Ea sunt apud Romanos, primum quidem *scutum;* latum in superficie gibba duos pedes cum dimidio; longum vero pedes quatuor: aut, si sit majus, ad hanc longitudinis mensuram palmus accedit. E duplici tabulato glutine taurino est compactum; extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. In ambitu circa superam inferamque partem ferrea prætexitur lamina; qua adver-

γῆν ἐξερείσεις. προσήρμοσται δ' αὐτῷ καὶ σιδηρᾶ 5
κόγχος, ἣ τὰς ὁλοσχερεῖς ἀποστέγει πληγὰς λίθων,
Gladius. καὶ σαρισσῶν, καὶ καθόλου βιαίων βελῶν. Ἅμα δὲ 6
τῷ θυρεῷ μάχαιρα· ταύτην δὲ περὶ τὸν δεξιὸν φέρει
μηρὸν, καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἰβηρικήν. ἔχει δ' αὕτη κέν- 7
τημα διάφορον, καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν
βίαιον, διὰ τὸ τὸν ὀβελίσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον 8
Pila. εἶναι. Πρὸς δὲ τούτοις ὑσσοὶ δύο, καὶ περικεφαλαία
χαλκῆ, καὶ προκνημίς. τῶν δ' ὑσσῶν εἰσὶν οἱ μὲν 9
παχεῖς, οἱ δ' λεπτοί. τῶν δὲ στερεωτέρων οἱ μὲν στρογ-
γύλοι παλαιστιαίαν ἔχουσι τὴν διάμετρον· οἱ δὲ τετρά-
γωνοι, τὴν πλευράν. οἵ γε μὴν λεπτοὶ σιβυνίοις ἐοίκασι
συμμέτροις, οὓς φοροῦσι μετὰ τῶν προειρημένων. ἁπάν- 10
των δὲ τούτων τοῦ ξύλου τὸ μῆκός ἐστιν ὡς τρεῖς
πήχεις. προσήρμοσται δ' ἑκάστοις βέλος σιδηροῦν ἀγκι-
στρωτὸν, ἴσον ἔχον τὸ μῆκος τοῖς ξύλοις· οὗ τὴν ἔνδεσιν 11
[o] κατὰ τὴν χρείαν οὕτως ἀσφαλίζονται βεβαίως, [p] ἕως
μέσου τῶν ξύλων ἐνδέοντες, καὶ πυκναῖς ταῖς λαβίσι
καταπερονῶντες, ὥστε μὴ πρότερον τὸν δεσμὸν ἐν ταῖς
χρείαις ἀναχαλασθῆναι, ἢ τὸν σίδηρον θραύεσθαι, καί-
περ ὄντα τὸ πάχος ἐν τῷ πυθμένι καὶ τῇ πρὸς τὸ ξύλον
συναφῇ τριῶν ἡμιδακτυλίων. ἐπὶ τοσοῦτον [q] καὶ τοσαύ-
Galea cristata. την πρόνοιαν ποιοῦνται τῆς ἐνδέσεως. Ἐπὶ δὲ πᾶσι 12

[o] κατὰ τὴν χρείαν ex conject. correxi. Vulgo omnes καὶ τὴν χρείαν. [p] ἕως μέσου dedit Reg. D. Vulgo ἕως μέσον. [q] καὶ τοιαύτην malim cum Reisk. [r] πτερινῷ Aug.

sus cæsim illatos ictus munitur, et ne humo incumbens corrumpatur. Adaptatur etiam illi concha ferrea, (is est umbo ;) quæ ictus vehementiores defendit, lapidum, sarissarum, et violentorum omnium telorum. Simul cum scuto est *gladius*, quem ad dextrum femur gestant : *Hispaniensem* ipsi vocant. Est autem hic gladius et ad punctim lædendum excellens, et ad cæsim ex utraque parte feriendum vehemens : constat enim lamina valida et firma. Accedunt *pila* duo, et galea ærea, et ocrea. Sunt autem e pilis alia crassiora, tenuiora alia. E solidioribus rursus alia rotunda sunt, quæ palmarem habent dimetientem : alia quadrata, latus habentia palmare. Tenuia mediocribus venabulis sunt similia : atque hæc gestant cum prædictis. Istorum autem omnium hastile tria fere cubita longum est : aptaturque singulis telum ferreum, hamatum, paris longitudinis cum ipsis lignis ; cujus nexum, ubi usus requirit, adeo firmant valide, ad media usque ligna religantes, et crebris fibulis configentes, ut non ante nexus inter utendum laxetur, quam ferrum frangatur, quod quidem in fundo, et qua parte ligno committitur, crassitiem habet digiti unius cum dimidio : usque adeo magna cautione prospiciunt huic adnexioni. Adhæc *galea* insuper crista or-

τούτοις προσεπικοσμοῦνται [r]πτερίνῳ στεφάνῳ, [s]καὶ πτε-
ροῖς φοινικίοις ἢ μέλασιν ὀρθοῖς τρισὶν, ὡς πηχυαίοις τὸ
13 μέγεθος. ὧν προστεθέντων κατὰ κορυφὴν ἅμα τοῖς
ἄλλοις ὅπλοις, ὁ μὲν ἀνὴρ φαίνεται διπλάσιος ἑαυτοῦ
κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ δ' ὄψις καλὴ καὶ καταπληκτικὴ
14 τοῖς ἐναντίοις. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ προσλαβόντες χάλ- Pectorale.
κωμα σπιθαμιαῖον πάντῃ πάντως, ὃ προστίθενται μὲν
[t]πρὸ τῶν στέρνων, καλοῦσι δὲ καρδιοφύλακα, τελείαν
15 ἔχουσι τὴν καθόπλισιν. οἱ δὲ ὑπὲρ τὰς μυρίας τιμώ- Lorica.
μενοι δραχμὰς, ἀντὶ τοῦ καρδιοφύλακος σὺν τοῖς ἄλ-
16 λοις [u]ἁλυσιδωτοὺς περιτίθενται θώρακας. Ὁ δ' αὐτὸς
τρόπος τῆς καθοπλίσεώς ἐστι καὶ περὶ τοὺς Πρίγκιπας Hastæ triariorum.
καὶ Τριαρίους, πλὴν ἀντὶ τῶν ὑσσῶν οἱ Τριάριοι δόρατα
φοροῦσιν.

XXIV. Ἐξ ἑκάστου δὲ τῶν προειρημένων γενῶν, πλὴν Centuriones.
τῶν νεωτάτων, ἐξέλεξαν ταξιάρχους ἀριστίνδην δέκα. μετὰ
2 δὲ τούτους ἑτέραν ἐκλογὴν ἄλλων δέκα ποιοῦνται. καὶ
τούτους μὲν ἅπαντας προσηγόρευσαν ταξιάρχους, ὧν ὁ Uragi, s. Optiones.
πρῶτος αἱρεθεὶς καὶ συνεδρίου κοινωνεῖ. προσεκλέγονται Manipuli.
3 δ' οὗτοι πάλιν αὐτοὶ τοὺς ἴσους οὐραγούς. Ἑξῆς δὲ
τούτοις, μετὰ τῶν ταξιαρχῶν, διεῖλον τὰς ἡλικίας,
ἑκάστην εἰς δέκα μέρη, πλὴν τῶν γροσφομάχων· καὶ
προσένειμαν ἑκάστῳ μέρει τῶν ἐκλεχθέντων ἀνδρῶν δύο
4 ἡγεμόνας, καὶ δύο οὐραγούς. τῶν δὲ γροσφομάχων

[s] καὶ omittit Suidas. [t] πρὸς τὸ στέρνον Reg. D. Oxon. et margo Herv.
[u] ἀλυσιδέτους Reg. D.

nata est, et pennis tribus puniceis aut nigris, iisque rectis, longitudine fere cubitalibus: quæ ubi ceteris armis ad summum verticem accesserunt; vir quidem duplo, quam sit, major apparet; species autem existit pulchra, et hosti formidabilis. Jam plerique, assumta præterea lamina ærea duodecim undique digitorum, quam pectori apponunt, et *pectorale* dicunt, plenam ita absolvunt armaturam. Sed qui ultra centum millium æris in censu habent, loco pectoralis super cetera arma *loricas* hamis confertas induunt. Eodem vero modo armantur et *Principes* et *Triarii;* nisi quod Triarii pro pilis *hastas* gestant.

XXIV. Ex unoquoque autem prædictorum generum, exceptis natu minimis, ordinum ductores decem, pro virtutis merito, eligunt. Et post hos, altera electione, iterum alios decem. Atque hos quidem omnes appellant *ordinum ductores:* quorum is, qui primo loco est electus, concilium etiam participat. Rursus autem hi ipsi totidem *coactores agminis* eligunt. Secundum hæc, una cum ordinum ductoribus, ætates deinde singulas, velitibus exceptis, in partes decem tribuunt; et binos cuique parti duces, binosque agminis coactores e lectis viris assignant. Velites vero, prout ipsorum numerus est, æquabiliter in

τοὺς ἐπιβάλλοντας κατὰ τὸ πλῆθος, ἴσους ἐπὶ πάντα
τὰ μέρη διένειμαν. Καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκά- 5
λεσαν καὶ τάγμα, καὶ σπεῖραν, καὶ σημαίαν· τοὺς δὲ
Vexillarii. ἡγεμόνας Κεντυρίωνας καὶ ταξιάρχους. οὗτοι δὲ καθ' 6
ἑκάστην σπεῖραν ἐκ τῶν καταλειπομένων ἐξέλεξαν αὐτοὶ
δύο, τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ γενναιοτάτους ἄνδρας,
Centurionum officium. [x] σημαιοφόρους. Δύο δὲ καθ' ἕκαστον τάγμα ποιοῦσιν 7
ἡγεμόνας, εἰκότως· ἀδήλου γὰρ ὄντος καὶ τοῦ ποιῆσαι
καὶ τοῦ παθεῖν τι τὸν ἡγεμόνα, τῆς πολεμικῆς χρείας
οὐκ ἐπιδεχομένης πρόφασιν· οὐδέποτε βούλονται τὴν
σπεῖραν χωρὶς ἡγεμόνος εἶναι καὶ προστάτου. παρόντων 8
μὲν οὖν ἀμφοτέρων, ὁ μὲν πρῶτος αἱρεθεὶς ἡγεῖται τοῦ
δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας· ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων
ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. μὴ παρόντων
δ', ὁ καταλειπόμενος ἡγεῖται πάντων. Βούλονται δ' 9
εἶναι τοὺς ταξιάρχους οὐχ οὕτω θρασεῖς καὶ φιλο-
κινδύνους, ὡς ἡγεμονικοὺς, καὶ στασίμους, καὶ βαθεῖς
μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, [y] οὐκ ἐξ ἀκεραίου προσπίπτειν
ἢ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, ἐπικρατουμένους δὲ καὶ
πιεζομένους ὑπομένειν, καὶ ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς χώρας.

Equitum Turmæ. XXV. Παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἱππεῖς εἰς ἴλας
δέκα διεῖλον· ἐξ ἑκάστης δὲ τρεῖς προκρίνουσιν ἰλάρχας,
οὗτοι δ' αὐτοὶ τρεῖς προσέλαβον οὐραγούς. ὁ μὲν οὖν 2

[x] σημαιαφόρους Reg. D. Oxon. [y] Prætuli hoc cum Aug. in textu. Ceteri vulgo, et Aug. etiam in ora libri, οὐδ' ἐξ ἀκεραίου.

omnes partes dividunt. Ac singulas quidem has partes appellant *Ordinem*, *Manipulum*, *Vexillum:* duces vero *Centuriones et ordinum ductores.* Hi vero in suis quisque manipulis *Vexillarios* duos ex omni numero eligunt, vigore corporis et animi præstantissimos. Quod autem *duos cuique manipulo ductores* attribuunt, ratione id faciunt: quum enim sit incertum, quid dux vel facturus sit, vel passurus, neque excusationem ullam bellica res admittat; committere nolunt, ut duce ac præfecto umquam ordo careat. Igitur præsentibus quidem ambobus, uter fuerit prior electus, is dextræ manipuli præest parti; alter sinistræ. Si non adsunt ambo, qui solus restat, is omnium ducatum obtinet. Probant autem Romani *centuriones*, non tam eos, qui sunt audaces et ad pericula subeunda promti, quam eos, *qui arte imperatoria valent*, suntque firmi ac stabiles, et altis magis animis, non tam ad invadendum hostem rebus integris, atque ad initium pugnæ faciendum, quam ad durandum ubi superior jam hostis est, et ad mortem prius oppetendam rebus afflictis, quam ut stationem deserant.

XXV. Simili modo etiam *Equites* in *Turmas* decem dividere solent; e quarum singulis tres turmarum præfectos creant; qui ipsi totidem coacto-

πρῶτος αἱρεθεὶς ἰλάρχης ἡγεῖται τῆς ἴλης· οἱ δὲ δύο, Decuriones.
δεκαδάρχων ἔχουσι τάξιν, καλοῦνται δὲ πάντες Δεκου-
ρίωνες. μὴ παρόντος δὲ τοῦ πρώτου, πάλιν ὁ δεύτερος
3 ἰλάρχου λαμβάνει τάξιν. Ὁ δὲ καθοπλισμὸς τῶν Arma equitum, olim parum commoda:
ἱππέων νῦν ἐστι παραπλήσιος τῷ τῶν Ἑλλήνων· τὸ δὲ
παλαιὸν, πρῶτον μὲν θώρακας οὐχ εἶχον, ἀλλ' ἐν
4 περιζώμασιν ἐκινδύνευον. ἐξ οὗ πρὸς μὲν τὸ καταβαίνειν
καὶ ταχέως ἀναπηδᾷν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἑτοίμως διέκειντο
καὶ πρακτικῶς· πρὸς δὲ τὰς συμπλοκὰς ἐπισφαλῶς
5 εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν. Τὰ δὲ δόρατα κατὰ
δύο τρόπους ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς· καθ' ἕνα μὲν, ᾗ
λεπτὰ καὶ [z] κλαδαρὰ ποιοῦντες, οὔτε τοῦ προτεθέντος
ἠδύναντο σκοποῦ στοχάζεσθαι, καὶ πρὸ τοῦ γε τὴν
ἐπιδορατίδα πρός τι προσερεῖσαι, κραδαινόμενα δ' αὐτῆς
6 τῆς τῶν ἵππων κινήσεως, τὰ πλεῖστα συνετρίβετο· πρὸς
δὲ τούτοις, ἄνευ σαυρωτήρων κατασκευάζοντες, μιᾷ τῇ
πρώτῃ διὰ τῆς ἐπιδορατίδος ἐχρῶντο πληγῇ, μετὰ δὲ
ταῦτα κλασθέντων, λοιπὸν ἦν ἄπρακτα αὐτοῖς καὶ
7 μάταια. Τόν γε μὴν θυρεὸν εἶχον ἐκ βοείου δέρματος,
τοῖς ὀμφαλωτοῖς ποπάνοις παραπλήσιον, τοῖς ἐπὶ τὰς
θυσίας ἐπιτιθεμένοις· οἷς [a] οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς ἦν
χρῆσθαι, διὰ τὸ μὴ στάσιν ἔχειν· ὑπό τε τῶν ὄμβρων
ἀποδερματούμενοι καὶ μυδῶντες, δύσχρηστοι καὶ πρό-

[z] In Reg. D. superscriptum πλαδαρὰ. [a] Post verba οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς excidisse οὔτε πρὸς τὰς ἐπιθέσεις suspicatus est Reisk.

res agminis assumunt. Qui primus turmæ ductor est electus, turmæ præest; reliqui Decurionum locum obtinent: sed omnes eodem nomine *Decuriones* vocantur. Quoties vero primus abest, secundus pro turmæ præfecto se gerit. *Armatura* porro *equitum* nunc quidem Græcanicæ est similis: at non ita olim. Primum enim *loricas* non habebant; sed sola veste succincti pugnabant: ex quo fiebat, ut ad descendendum quidem et celeriter insiliendum in equos promti essent atque expediti; inter pugnandum vero periculis objicerentur, ut qui nudi dimicabant. *Hastæ* deinde duabus de caussis erant illis inutiles. Prior ratio est, quod, quum graciles eas et tremulas facerent, neque ad propositum scopum poterant collimare, et, priusquam etiam cuspis aliquo defigeretur, concussæ pleræque ipsa equorum agitatione frangebantur. Ad hæc, quum sine cuspide in ima parte eas facerent, ad unicum et primum illum ictum iis utebantur, quando mucrone feriebant; deinde fractæ, nulli amplius usui erant. *Scutum* vero illis erat e bovillo corio, ad instar eorum umbilicatorum liborum, quæ sacrificiis moris est imponere: quæ scuta nec adversus impetum hostium valebant, quum firmitatem non haberent; et, ubi imbribus corrupta atque madore resoluta sunt, cum jam

deinde, ad morem Græcorum, in melius mutata.

τερον ἦσαν, καὶ νῦν ἔτι γίγνονται παντελῶς. Διόπερ 8
ἀδοκίμου τῆς χρείας οὔσης, ταχέως μετέλαβον τὴν
Ἑλληνικὴν κατασκευὴν τῶν ὅπλων. ἐν ᾗ τῶν μὲν δο- 9
ράτων τὴν πρώτην εὐθέως τῆς ἐπιδορατίδος πληγὴν
εὔστοχον ἅμα καὶ πρακτικὴν γίγνεσθαι συμβαίνει,
διὰ τὴν κατασκευὴν ἀτρεμοῦς καὶ στασίμου τοῦ δόρα-
τος ὑπάρχοντος· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐκ μεταλήψεως τοῦ
σαυρωτῆρος χρείαν, μόνιμον καὶ βίαιον. Ὁ δ' αὐτὸς 10
λόγος καὶ περὶ τῶν θυρεῶν· καὶ γὰρ πρὸς τὰς ἐπιβολὰς
καὶ πρὸς τὰς ἐπιθέσεις ἑστηκυῖαν καὶ [b]τεταγμένην
ἔχουσι τὴν χρείαν. Ἃ συνιδόντες, ἐμιμήσαντο ταχέως. 11
Ἀγαθοὶ γὰρ, εἴ καί τινες ἕτεροι, [c]μεταλαβεῖν ἔθη, καὶ
ζηλῶσαι τὸ βέλτιον [d]καὶ Ῥωμαῖοι.

Conveniunt in armis, loco a Cos. edicto.

XXVI. Τοιαύτην δὲ ποιησάμενοι τὴν διαίρεσιν οἱ
χιλίαρχοι, καὶ ταῦτα παραγγείλαντες περὶ τῶν ὅπλων,
τότε μὲν ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκείαν. παρα- 2
γενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, εἰς ἣν ὤμοσαν ἀθροισθῆναι
πάντες ὁμοίως εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον ὑπὸ τῶν
ὑπάτων· (τάττει δ' ὡς ἐπίπαν ἑκάτερος χωρὶς τὸν τόπον 3
τοῖς αὐτοῦ στρατοπέδοις· ἑκατέρῳ γὰρ δίδοται τὸ μέρος
τῶν συμμάχων, καὶ δύο τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων·)
παραγίγνονται [e]δὴ πάντες ἀδιαπτώτως οἱ καταγρα- 4
φέντες, ὡς ἂν μηδεμιᾶς ἄλλης συγχωρουμένης προ-

[b] τεταμένην voluit Reisk. Et sic exposuerunt Lipsius et Casaub. [c] μεταβαλεῖν Aug. [d] Abest vulgo καὶ. [e] δὴ πάντες ex conj. scripsi. Vulgo δὲ πάντες.

ante non magno usui fuerint, tunc plane inutilia evadunt. Quare quum istorum armorum usum experientia reprobaret; mox *Græcanicam armorum structuram* suæ loco adoptarunt: qua fit, ut, hastam quod attinet, primus statim mucronis ictus dirigi recte possit, atque efficax sit; eo quod ita conficitur hasta, ut stabilis sit, non tremula; et similiter, ut, versa hasta, cuspidis usus firmus sit ac violentus. Eadem ratio et in scutis: nam et adversus eminus et adversus cominus ingruentia firmum atque certum usum præstant. Quod ut animadverterunt, cito sunt imitati. *Romani* enim, si qui alii, *facile aliorum mores adsciscunt*, et, *quod est melius, æmulantur.*

XXVI. Tribuni militum postquam hujusmodi partitionem instituerunt, et hæc super armis dederunt mandata, unumquemque domum remittunt. Ubi vero dies adest, ad quam se eo, quem consul designavit, loco conventuros pariter omnes jurarunt; (fere autem separatim uterque consul locum suis legionibus ad conveniendum edicit: utrique enim eorum sua pars auxiliorum attribuitur, et Romanæ legiones duæ:) ibi tum omnes qui sunt conscripti, adveniunt indubitanter et necessario; quippe alia nulla prorsus

φάσεως τοῖς ἐξορκισθεῖσι, πλὴν ὀρνιθείας καὶ τῶν ἀδυ-
5 νάτων. Ἀθροισθέντων δὲ καὶ τῶν συμμάχων ὁμοῦ τοῖς Socii.
Ῥωμαίοις, τὴν μὲν οἰκονομίαν καὶ τὸν χειρισμὸν ποι-
οῦνται τούτων αὐτῶν οἱ [f]καθεσταμένοι μὲν ὑπὸ τῶν
ὑπάτων ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ Πραίφεκτοι, Præfecti sociorum.
6 δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες. οἳ πρῶτον μὲν τοῖς ὑπάτοις
τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάν-
των τῶν παραγεγονότων συμμάχων, ἱππεῖς καὶ πεζοὺς,
ἐκλέγουσι, [g]τοὺς καλουμένους Ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθ- Extraordinarii.
7 ερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ. Τὸ δὲ πλῆθος γίγνε-
ται τὸ πᾶν τῶν συμμάχων, τὸ μὲν τῶν πεζῶν, πάρισον
τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὡς τὸ πολύ· τὸ δὲ τῶν
8 ἱππέων, [h]τριπλάσιον. ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν, τῶν
μὲν ἱππέων, εἰς τοὺς ἐπιλέκτους, ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέ-
9 ρος· τῶν δὲ πεζῶν, τὸ πέμπτον. τοὺς δὲ λοιποὺς διεῖλον
εἰς δύο μέρη, καὶ καλοῦσι τὸ μὲν δεξιὸν, τὸ δ' εὐώνυμον Alæ sociorum.
10 κέρας. Τούτων δ' [i]εὐτρεπῶν γενομένων, παραλαβόντες
οἱ χιλίαρχοι τοὺς Ῥωμαίους ὁμοῦ καὶ τοὺς συμμάχους,
κατεστρατοπέδευσαν· ἑνὸς ὑπάρχοντος παρ' αὐτοῖς θεω- Dispositio exercitus.
ρήματος ἁπλοῦ περὶ τὰς παρεμβολὰς, ᾧ χρῶνται πρὸς
11 πάντα καιρὸν καὶ τόπον. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι πρέπειν τῷ

[f] καθεστηκότες Reg. D. Oxon. et ora Herv. cum ora codd. Med. et Aug. Sed Suidas προβεβλημένοι legit. Mox vero pro ὑπάτων, in Oxon. est συμμάχων, quod et Lascaris expressit, *constituti a sociis principes.* Unde suspicor, scripsisse Polybium οἱ προβεβλημένοι μὲν ὑπὸ τῶν συμμάχων, καθεσταμένοι (vel καθεστηκότες) δὲ ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντες, *commendati quidem a sociis, constituti vero a Consulibus duces.* [g] τοὺς καλουμένους correxit Casaub. Libri omnes τούτους καλουμ. Sed Suidas τοὺς ἐπικαλουμ. Idem Suidas pro ἐκλέγουσι dat ἐξέλεγον. [h] διπλάσιον Herv. Oporin. et cod. Med. quod et Casaub. in vers. expressit, *equitum vero dupla.* [i] εὐπρεπῶν Herv. Med. Aug.

eorum, qui sacramenta dixerint, excusatio admittitur, præter auspicium, et ea quæ sunt impossibilia. Ubi vero cum Romanis etiam *socii* sunt congregati, omnia inter hos seorsim administrant atque gubernant viri a consulibus constituti, quos vocant *Præfectos*, numero duodecim. Hi ante omnia Consulibus ex universo cœtu sociorum, qui adsunt, aptissimos ad verum belli usum, equites peditesque, seligunt, quos vocant *Extraordinarios:* id nomen, si Græce interpreteris, *Electos* valet. Sociorum autem multitudo omnis est, peditum quidem, par ut plurimum legionibus Romanis; equitum vero tripla. Ex his sumunt ad Extraordinarios ex equitibus quidem tertiam fere partem; e peditibus quintam. Reliquos in partes duas tribuunt, earumque alteram *dextrum cornu* vel *alam;* alteram *lævam* alam nominant. His rite paratis, tribuni militum Romanas legiones una cum sociis accipiunt, et metari castra incipiunt. Est autem apud illos *una et simplex disponendarum copiarum ratio;* qua omni tempore ac loco utuntur.

καιρῷ, τὸ πειραθῆναι, καθόσον οἷόν τε τῷ λόγῳ, τοὺς
ἀκούοντας εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τοῦ κατὰ τὰς πορείας
καὶ στρατοπεδείας καὶ παρατάξεις χειρισμοῦ τῶν δυνά-
μεων. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀπεοικὼς πρὸς τὰ καλὰ καὶ 12
σπουδαῖα τῶν ἔργων, ὃς οὐκ ἂν βουληθείη μικρὸν ἐπιμε-
λέστερον ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν ἅπαξ
ἀκούσας, ἐπιστήμων ἔσται πράγματος ἑνὸς τῶν ἀξίων
λόγου καὶ γνώσεως;

CASTRAMETATIO.

XXVII. [k]Ἔστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπε-
δείας τοιόνδε. Τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόπου πρὸς στρατο-
πεδείαν, τούτου τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα καὶ
Prætorium. παραγγελίαν ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ καταλαμβάνει.
τεθείσης δὲ τῆς σημαίας, οὗ μέλλουσι πηγνύναι ταύτην, 2
ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τετράγωνος τόπος,
ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς
σημαίας, τὸ δ' ἐμβαδὸν γίγνεσθαι τετράπλεθρον. τού- 3
του δὲ τοῦ σχήματος ἀεὶ παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ
πλευρὰν, ἥ τις ἂν ἐπιτηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς
ὑδρείας καὶ προνομὰς, παραβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ
Tribunorum tentoria. στρατόπεδα τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐξ ὑπαρχόντων χιλι- 4
άρχων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον,
δυοῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀεὶ μεθ'
ἑκατέρου τῶν ὑπάτων· φανερὸν, ὅτι δώδεκα χιλιάρχους
ἀνάγκη συστρατεύειν ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων. [l]τιθέασι δὲ 5

[k] Codex Urb. hoc loco Titulum habet: περὶ Ἀπλήκτου, id est, *de* CASTRIS.
[l] Sic Reg. D. et Oxon. Ceteri vulgo τιθέασι δή.

Propterea visum mihi opportunum jam esse, ut, quantum ejus fieri verbis poterit, efficiam, quo audientes modum rationemque illorum cognoscant disponendi copias *in agmine ducendo, in metandis castris, et in acie instruenda.* Nam quis adeo alienus sit ab iis, quæ pulchra et præclara sunt, ut paullo accuratius animum istis nolit intendere? quæ si semel perceperit, rei inter alias memorabilis ac scitu dignæ evadet peritus?

XXVII. Est autem *Castrametatio Romanorum* hujusmodi. Quoties locus castris est captus, partem illius, quæ ad prospiciendum et ad mandata danda fuerit commodissima, *prætorium* occupat. Vexillo autem eo loci posito, ubi prætorium sunt fixuri; spatium quadratum circa ipsum vexillum sic metiuntur, ut ab hoc latera omnia centum distent pedes, et area fiat ducentorum quoquoversum pedum. Ad unum semper figuræ hujus latus, quod aquationibus pabulationibusque opportunissimum visum fuerit, Romanæ legiones tali modo collocantur. Quum sint in quaque legione tribuni sex, ut modo dicebamus, et quum binas uterque consul legiones secum habeat; palam est, *duodecim* in utriusque exercitu *tribunos* necessario versari. Sta-

τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἁπάσας, ἥ τις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθείσῃ πλευρᾷ, πεντήκοντα δ' ἀπέχει πόδας ἀπ' αὐτῆς· ἵπποις, ἅμα δ' ὑποζυγίοις, καὶ τῇ λοιπῇ τῶν χιλιάρχων ἀποσκευῇ,
6 τόπος. αἱ δὲ σκηναὶ, τοῦ προειρημένου σχήματος εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμέναι πήγνυνται πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν· [m]ἣ νοείσθω, καὶ καλείσθω δὲ καθάπαξ ἡμῖν
7 ἀεὶ, τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. ἀφεστᾶσι δ' ἀλλήλων μὲν ἴσον αἱ τῶν χιλιάρχων σκηναί· τοσοῦτον δὲ τόπον, ὥστε παρ' ὅλον τὸ πλάτος ἀεὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων παρήκειν.

XXVIII. Ἀπομετρηθέντων δὲ πάλιν ἑκατὸν ποδῶν εἰς τὸ πρόσθεν κατὰ πάσας τὰς σκηνὰς, λοιπὸν ἀπὸ τῆς τοῦτο τὸ πλάτος ὁριζούσης εὐθείας, ἥ τις γίγνεται παράλληλος ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἀπὸ ταύτης ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρεμβολὰς, Tentoria legionum.
2 χειρίζοντες τὸν τρόπον τοῦτον. Διχοτομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθεῖαν, ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, τοὺς ἱππεῖς [n]ἀντίους ἑαυτοῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντήκοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, μέσην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ Equitum.
3 διαστήματος. ἔστι δ' ἥ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν σκηνοποιΐα παραπλήσιος· γίγνεται γὰρ τὸ ὅλον σχῆμα

[m] ἣ νοείσθω correxit Casaub. cum mendose libri partim ἢ σοὶ ἴσθω, partim ἣν οἴισθω darent. [n] ἀντίους αὐτοῖς Aug. Reg. D. Oxon.

tuunt igitur horum omnia tentoria ad lineam unam rectam, quæ parallela sit quadrati illius lateri ei, quod præ ceteris electum fuerit: abest autem ab eo pedes quinquaginta, ut equis, jumentis, et reliquis tribunorum impedimentis sit locus. Locantur autem tentoria ita, ut aversa a figura jam descripta in exteriorem partem spectent: quam partem cogitet lector velut *anteriorem*, ac *frontem* totius figuræ; atque ita plane semper a nobis illa vocabitur. Distant vero inter se tribunorum tentoria pari intervallo; eoque tanto, ut per totam latitudinem Romanarum legionum porrigantur.

XXVIII. Deinde rursus inita mensura pedum centum, ab omnibus tribunorum tentoriis antrorsum progrediendo; jam a linea, quæ spatium hoc secundum totam latitudinem terminat et parallela est tentoriis tribunorum, ab illa, inquam, linea *legiones* locare incipiunt. Atque id quidem hoc modo administrant. Prædicta linea in duas partes secta, lineæ a puncto sectionis ad rectos angulos ductæ *equites legionis* utriusque applicant, ex adverso sibi oppositos, et pedum quinquaginta intervallo inter se disjunctos, cujus intervalli medium sectio illa obtinet. Est autem tentoriorum in equite et pedite par ac similis ratio. Fit enim universa figura et manipuli

καὶ [o]τῆς σημαίας καὶ τῶν οὐλαμῶν τετράγωνον. τοῦτο 4
δὲ βλέπει μὲν εἰς τὰς διόδους, ἔχει δὲ τὸ μὲν μῆκος
ὡρισμένον, τὸ παρὰ τὴν δίοδον· ἔστι γὰρ ἑκατὸν ποδῶν·
ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὸ βάθος ἴσον πειρῶνται ποιεῖν,
πλὴν τῶν συμμάχων. Ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατο- 5
πέδοις χρῶνται, τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ
βάθει προστιθέασι.

Viæ castrorum.

XXIX. Γενομένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς
κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, οἱονεὶ ῥύμης
τινὸς ἐπικαρσίου πρὸς τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν εὐθεῖαν καὶ
τὸν πρὸ τῶν χιλιάρχων τόπον· (τῷ γὰρ ὄντι ῥύμαις 2
παραπλήσιον ἀποτελεῖται τὸ τῶν διόδων σχῆμα πασῶν,
ὡς ἂν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, αἷς μὲν ταγμάτων, αἷς

Tentoria Triariorum.

δ' οὐλαμῶν ἐπὶ τὸ μῆκος παρεμβεβληκότων·) πλὴν τοῖς 3
προειρημένοις ἱππεῦσιν κατόπιν τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν
στρατοπέδων Τριαρίους, κατ' οὐλαμὸν ἑκάστην σημαίαν,
ἐν ὁμοίῳ σχήματι τιθέασι· συμψαυόντων μὲν τῶν σχη-
μάτων ἀλλήλοις, βλεπόντων δ' ἔμπαλιν πρὸς τὰς
ἐναντίας τοῖς ἱππεῦσιν ἐπιφανείας· ἥμισυ ποιοῦντες 4
τὸ βάθος τοῦ μήκους ἑκάστης σημαίας, τῷ καὶ κατὰ
τὸ πλῆθος [p]ἡμίσεις ὡς ἐπίπαν εἶναι τούτους τῶν ἄλλων
μερῶν. διότι περ ἀνίσων ὄντων πολλάκις τῶν ἀνδρῶν, 5

[o] Fors. τῇ σημαίᾳ καὶ τῷ οὐλαμῷ, quod maluerat Reiskius. [p] ἡμίσεις ex conject. edidit Casaubonus. ἡμίσει dant libri omnes, quod ex ἥμισυ corruptum videri potest.

et turmæ quadrata. Respicit illa vero intercurrentes vias: ac longitudinis quidem modum habet definitum juxta ipsam viam, est enim centum pedum; ut plurimum vero etiam efficere conantur, ut profunditas sive latitudo eamdem mensuram habeat, præterquam in sociis. Quoties autem plenioribus legionibus utuntur, et longitudinis et latitudinis modum æqua proportione adaugent.

XXIX. Equitum igitur metatione mediis tribunorum tentoriis hoc modo opposita, ut veluti *vicus* vel *via* formetur, in lineam paulo ante dictam, et in illud spatium quod est ante tabernacula tribunorum, ex transverso incidens: (est enim revera vicorum similis hæc omnis species intercurrentium viarum; utpote secundum quas ab utroque latere, partim manipuli, partim turmæ, porrectas in longum suas metationes habeant:) porro prædictis equitibus *Triarios* legionis utriusque a tergo applicant: singulos nempe manipulos singulis turmis, figura simili, ita ut tangentibus se mutuo figuris, quas metatio utrorumque format, in aversam ab equitibus partem respiciant Triarii. Latitudinem vero cujusque manipuli dimidiam longitudinis faciunt, quia et ipsi dimidio fere superantur a ceteris partibus. Qua ratione, quamvis impar sæpe sit nu-

ἰσάζειν ἀεὶ συμβαίνει πάντα τὰ μέρη κατὰ τὸ μῆκος,
6 διὰ τὴν τοῦ βάθους διαφοράν. Αὖθις δὲ πεντήκοντα Principum.
πόδας ἀφ' ἑκατέρων τούτων ἀποστήσαντες, ἀντίους παρ-
7 εμβάλλουσι τοῖς Τριαρίοις τοὺς Πρίγκιπας. νευόντων
δὲ καὶ τούτων εἰς τὰ προειρημένα διαστήματα, δύο
[q]αὗται πάλιν ἀποτελοῦνται ῥύμαι, τὰς μὲν ἀρχὰς
ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας λαμβάνουσαι καὶ τὰς εἰσβολὰς,
ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσιν, ἐκ τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων ἑκα-
τομπέδου διαστήματος, λήγουσαι δὲ πρὸς τὴν καταν-
τικρὺ τῶν χιλιάρχων πλευρὰν τοῦ χάρακος, ἣν ἐξ
ἀρχῆς ὑπεθέμεθα κατὰ πρόσωπον εἶναι τοῦ παντὸς
8 σχήματος. Μετὰ δὲ τοὺς Πρίγκιπας, ὄπισθεν τούτων Hastatorum.
ὁμοίως ἔμπαλιν [r]βλέποντα, συμψαύοντα δὲ, τὰ σχή-
9 ματα τιθέντες, τοὺς Ἀστάτους παρεμβάλλουσι. Δέκα
δὲ σημαίας ἐχόντων ἁπάντων τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξ
ἀρχῆς διαίρεσιν, πάσας ἴσας συμβαίνει γίγνεσθαι τὰς
ῥύμας [s]καὶ κατὰ τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἀποτομὰς ἰσάζειν
αὐτῶν [t]τὰς πρὸς τῇ κατὰ τὸ πρόσωπον πλευρᾷ τοῦ
χάρακος· πρὸς ἣν καὶ τὰς τελευταίας σημαίας ἐπι-
στρέφοντες στρατοπεδεύουσιν.

XXX. Ἀπὸ τῶν Ἀστάτων πεντήκοντα πάλιν διαλεί- Locus sociorum, in castris.
ποντες πόδας, τοὺς τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἀντίους παρ-
εμβάλλουσι τούτοις· ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς

q Ignorant πάλιν Reg. D. Oxon. r βλέποντα correxi monente Reiskio. Vulgo omnes βλέποντας. s καὶ κατὰ τὸ μῆκος. Conjunctionem tollendam monuerunt Reisk. et Gron. t τὰς πρὸς τῇ adscivi ex Oxon. Ceteri vulgo τὰ πρὸς τῇ.

merus virorum, semper tamen metationum longitudo est æqualis, propter latitudinis variationem. Rursus autem pedum quinquaginta ab his utrimque intervallo, ex adverso Triariorum *Principes* collocant. Qui quum et ipsi in illa, quæ commemoravimus, intervalla vergant; duæ ecce rursus fiunt viæ, principia atque aditus ab eadem recta linea sumentes cum equitibus, ab area nempe illa centum pedum, quæ ante tribunorum est sedem; desinentes vero in latus illud castrorum, quod tribunis ex adverso situm est, quod initio posuimus universæ figuræ frontem esse. Post Principes et ab eorum tergo locant *Hastatos*, retrorsum iterum spectantes, figuris autem, quas occupant utrique, se invicem contingentibus. Quum autem in quaque legionis parte, ex divisione initio exposita, sint manipuli decem, viæ omnes pari etiam sunt longitudine, et earum extrema quoque æqualiter pertinent ad latus illud quod est frons castrorum; quo etiam conversi postremi manipuli tendunt.

XXX. Ab Hastatis relicto iterum quinquaginta pedum intervallo, *Sociorum equites* locant adversos; ab eadem cum superioribus linea incipientes, et in eadem recta desinentes.

αὐτῆς εὐθείας, καὶ λήγοντες ἐπὶ τὴν αὐτήν. ἔστι δὲ τὸ 2
πλῆθος τῶν συμμάχων, ὡς ἐπάνω προεῖπα, τὸ μὲν τῶν
πεζῶν πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, λεῖπον
τοῖς ἐπιλέκτοις· τὸ δὲ τῶν ἱππέων διπλάσιον, ἀφῃρη-
μένου καὶ τούτων τοῦ τρίτου μέρους εἰς τοὺς ἐπιλέκτους.
διὸ καὶ τὸ βάθος αὔξοντες τούτοις πρὸς λόγον ἐν τοῖς 3
στρατοπεδευτικοῖς σχήμασι, πειρῶνται κατὰ τὸ μῆκος
ἐξισοῦν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις. Ἀποτελε- 4
σθεισῶν δὲ τῶν ἁπασῶν πέντε διόδων, αὖθις εἰς τοὔμ-
παλιν ἀπεστραμμένας ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσι τιθέασι τὰς
τῶν συμμαχικῶν πεζῶν σημαίας, αὔξοντες τὸ βάθος
πρὸς λόγον, βλεπούσας δὲ πρὸς τὸν χάρακα καὶ πρὸς
τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας ἑκατέρας. Καθ' ἑκά- 5
στην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους
Via quintana. σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσιν. Ἅμα δὲ τὸν προει-
ρημένον τρόπον παρεμβάλλοντες, καθ' ἕκαστον μέρος
τὸν ἕκτον οὐλαμὸν ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας
ἀφιστᾶσι, παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις·
ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην διὰ μέσων τῶν 6
στρατοπέδων δίοδον, ἐπικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας,
παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν κα-
λοῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ [u] πέμπτα τάγματα
παρήκειν.

XXXI. Ὁ δ' ὑπὸ τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς ὄπισθεν

[u] *πέμπτα τάγματα* correxit Casaub. cum *πέντε τάγματα* darent libri omnes.

Multitudo sociorum, ut jam supra dixi, peditum quidem par est Romanis legionibus, demtis extraordinariis: equitum vero dupla, postquam et ex illorum numero pars tertia in extraordinarios est detracta. Idcirco in castrametationum pedaturis instituendis, pro rata ad horum latitudinem adjiciendo, efficere conantur, ut longitudine pares sint Romanis legionibus. Ubi vero jam absolutæ sunt quinque intercurrentes viæ, rursus manipulos peditum sociorum similiter equitibus apponunt ab illis aversos, et latitudinem his pro portione augent: spectantque hi manipuli vallum versus ac duo utrimque latera castrorum. In singulis autem ordinibus, ab utraque parte, prima tentoria centuriones occupant. Dum vero ea quam indicavi ratione castra metantur, simul in quaque parte sextam turmam a quinta spatio pedum quinquaginta separant, idemque pariter in peditum manipulis observant. Ita fit eo loco alius transitus per media castra, qui vias prædictas e transverso secat, tentoriis vero tribunorum parallelus est. Eum transitum Romani, quia secundum quintos ordines pergit, *viam Quintanam* nominant.

XXXI. Qui *tribunorum tentoriis a*

τόπος ὑποπεπτωκὼς, ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους τῆς τοῦ
[x]στρατηγίου περιστάσεως παρακείμενος, ὁ μὲν εἰς ἀγο-
ρὰν γίγνεται τόπος, ὁ δ' ἕτερος τῷ τε [y]ταμίᾳ, καὶ ταῖς
2 ἅμα τούτῳ χορηγίαις. ἀπὸ δὲ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τελευ-
ταίας τῶν χιλιάρχων σκηνῆς κατόπιν, οἷον ἐπικάμπιον
ἔχοντες τάξιν πρὸς τὰς σκηνὰς, οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων
ἀπόλεκτοι, καί τινες τῶν [z]ἐθελοντηδὸν στρατευομένων τῇ
τῶν ὑπάτων χάριτι, πάντες οὗτοι στρατοπεδεύουσι παρὰ
τὰς ἐκ τῶν πλαγίων τοῦ χάρακος ἐπιφανείας, βλέπον-
τες οἱ μὲν ἐπὶ τὰς τοῦ [a]ταμιείου παρασκευὰς, οἱ δ' ἐκ
3 θατέρου μέρους εἰς τὴν ἀγοράν. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ
συμβαίνει τούτοις, μὴ μόνον στρατοπεδεύειν σύνεγγυς
τῶν ὑπάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς πορείας, καὶ κατὰ
τὰς ἄλλας χρείας, περὶ τὸν ὕπατον καὶ τὸν ταμίαν
4 ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν ὅλην διατριβήν Ἀν-
τίκεινται δὲ τούτοις, ἐπὶ τὸν χάρακα βλέποντες, οἱ τὴν
παραπλήσιον χρείαν παρεχόμενοι πεζοὶ τοῖς προειρη-
5 μένοις ἱππεῦσιν. Ἑξῆς δὲ τούτοις δίοδος ἀπολείπεται,
πλάτος ποδῶν ἑκατὸν, παράλληλος μὲν ταῖς τῶν χιλι-
άρχων σκηναῖς, ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ στρα-
τηγίου καὶ τοῦ ταμιείου παρατείνουσα παρὰ πάντα τὰ
6 προειρημένα μέρη τοῦ χάρακος. Παρὰ δὲ τὴν ἀνωτέρω
πλευρὰν ταύτης, οἱ τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἐπίλεκτοι στρα-

Forum et Quæstorium in castris.

Selecti ex extraordinariis.

Evocati.

Extraordinariorum tentoria.

[x] στρατηγίου περιστάσεως correxi, monente Ernestio: vulgo omnes στρατηγοῦ παραστάσεως. [y] Fors. ταμιείῳ scripsit Polybius: et sic dare debuerat Aug. in quo a prima manu fuit ταμίῳ. [z] ἐθελοντὴν Aug. Urb. ἐθελοντηδῶν Reg. D. [a] ταμίου Herv. Med.

tergo subjacet locus, et circuitum prætorii ab utraque parte attingit; ejus unam partem occupat *forum;* alteram *quæstor*, cum rebus exercitui necessariis, quæ illum sequuntur. Ab extremo vero in utraque parte tribunitio tentorio retrorsum, veluti forcipis figuram cum ipsis tribunorum tentoriis efficientes, metantur *selecti ex equitibus extraordinariis*, et eorum *nonnulli, qui ultro in gratiam consulis militant:* omnes hi secundum latera castrorum locati, spectant partim quæstorii apparatus, partim, qui his sunt oppositi, forum. Ac fere solent isti non metari tantum prope consulem; verum etiam, quoties agmen ducitur, aut aliud aliquod negotium suscipitur, consuli et quæstori præsto esse, et circa eos continenter agere. His a tergo opponuntur, spectantes versus vallum, *pedites* qui similia modo dictis equitibus ministeria obeunt. Post hos vero via relinquitur pedes centum lata; quæ, tentoriis tribunorum parallela, ab altera parte fori, prætorii ac quæstorii, omnibus castrorum partibus, quæ hactenus expositæ sunt, prætenditur. Ad superius viæ hujusce latus *extraordinarii sociorum equites* castrametan-

τοπεδεύουσι, βλέποντες ἐπί τε τὴν ἀγορὰν ἅμα καὶ τὸ στρατήγιον, [b]καὶ τὸ ταμιεῖον. κατὰ μέσην δὲ τὴν 7 τούτων τῶν ἱππέων παρεμβολὴν, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ στρατηγίου περίστασιν, δίοδος ἀπολείπεται πεντήκοντα ποδῶν, φέρουσα μὲν ἐπὶ τὴν ὄπισθεν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας, τῇ δὲ τάξει πρὸς ὀρθὰς κειμένη τῇ προειρημένῃ πλατείᾳ. τοῖς δ' ἱππεῦσι τούτοις ἀντίτυποι 8 τίθενται πάλιν οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι πεζοὶ, βλέποντες πρὸς τὸν χάρακα, καὶ τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης στρατοπεδείας. Τὸ δ' ἀπολειπόμενον ἐξ ἑκατέρου 9 τοῦ μέρους τούτων κένωμα παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων πλευρὰς, δίδοται τοῖς ἀλλοφύλοις καὶ τοῖς ἐκ τοῦ καιροῦ [c]προσγιγνομένοις συμμάχοις.

Extranei socii.

Castrorum species similis urbi.

Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα 10 γίγνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον· τὰ δὲ [d]κατὰ μέρος ἤδη τῆς τε ῥυμοτομίας ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας, πόλει παραπλησίαν ἔχει τὴν διάθεσιν. Τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ 11 πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας. τοῦτο δὲ τὸ κένωμα πολλὰς καὶ δοκίμους αὐτοῖς παρέχεται χρείας. πρός τε γὰρ τὰς εἰσαγωγὰς, καὶ τὰς ἐξαγωγὰς τῶν 12 στρατοπέδων εὐφυῶς ἔχει καὶ δεόντως· ἕκαστοι γὰρ κατὰ τὰς ἑαυτῶν ῥύμας εἰς τοῦτο τὸ κένωμα ποιοῦνται τὴν

Spatium inter tentoria ac vallum.

[b] Verba καὶ τὸ ταμιεῖον absunt ab Aug. (a pr. manu) et ab Urb. Reg. D. Oxon. [c] προσγινομένοις Reg. D. Oxon. [d] κατὰ μέρος εἴδη Oxon.

tur, versus forum simul et prætorium ac quæstorium prospicientes. Ad media horum equitum tentoria, ex adverso ejus loci quem occupat prætorium, via relinquitur pedum quinquaginta, quæ ad posticum latus castrorum ducit, atque sua directione latæ ei viæ, quam paulo ante diximus, ad angulos rectos incumbit. Jam vero pone equites istos locantur sociorum *pedites extraordinarii*, vallum et universorum castrorum posteriorem partem respicientes. Quod vero ab istis utrimque relinquitur vacui spatii, lateribus castrorum hinc et inde obversi, illud extraneis et qui forte pro tempore adfuerint sociis attribuitur.

Hæc quum ita se habeant, universa quidem *castrorum forma* est *quadrata* æquilatera: viarum vero in illis directiones et reliqua partium dispositio *speciem urbi similem* præbet. Porro inter vallum ac tentoria spatium quaquaversum pedum ducentorum interjiciunt: et est illis hic vacuus locus ad res multas easque eximias magno usui. Nam et ut induci educique rite ac commode legiones queant, præstat id spatium: quippe omnes per suas quique vias in hoc spatium egrediuntur;

ἔξοδον, ἀλλ' οὐκ εἰς μίαν συμπίπτοντες ἀνατρέπουσι
13 καὶ συμπατοῦσιν ἀλλήλους. [e]τάς τε τῶν παρεισα-
γομένων θρεμμάτων, καὶ τὰς ἐκ τῶν πολεμίων λείας εἰς
14 τοῦτο παράγοντες, ἀσφαλῶς τηροῦσι τὰς νύκτας. τὸ
δὲ μέγιστον, ἐν ταῖς ἐπιθέσεσι ταῖς νυκτεριναῖς, οὔτε
πῦρ, οὔτε βέλος ἐξικνεῖται πρὸς αὐτοὺς, πλὴν [f]τελείως
ὀλίγων· γίγνεται δὲ καὶ ταῦτα σχεδὸν ἀβλαβῆ, διά τε
τὸ μέγεθος τῆς ἀποστάσεως, καὶ διὰ τὴν τῶν σκηνῶν
περίστασιν.

Universum spatium castrorum.

XXXII. [g]Δεδομένου δὲ τοῦ πλήθους καὶ τῶν πεζῶν
καὶ τῶν ἱππέων καθ' ἑκατέραν τὴν πρόθεσιν, ἄν τε
τετρακισχιλίους, ἄν τε πεντακισχιλίους εἰς ἕκαστον
στρατόπεδον ποιῶσι, παραπλησίως δὲ καὶ [h]τῶν σημαιῶν
τοῦ τε βάθους, καὶ τοῦ μήκους, [i]καὶ τοῦ πλήθους δεδο-
μένου, πρὸς δὲ τούτοις τῶν κατὰ τὰς διόδους καὶ
πλατείας διαστημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων
2 ἁπάντων δεδομένων· συμβαίνει τοῖς βουλομένοις συν-
εφιστάνειν καὶ τοῦ χωρίου τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ὅλην
3 [k]περίμετρον τῆς παρεμβολῆς. Ἐὰν δέ ποτε πλεονάζῃ
τὸ τῶν συμμάχων πλῆθος, ἢ τῶν ἐξ ἀρχῆς συστρα-
4 τευομένων, ἢ τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ προσγιγνομένων· τοῖς
μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ, πρὸς τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς

Quid fiat, si major numerus sociorum.

[e] τά τι τῶν παρεισ. Aug. [f] τιλέως Reg. D. Oxon. [g] δεδεγμένου Aug. Urb. Oxon. et Reg. D. sed in hoc ab alia manu insertum iota, ut sit δεδειγμένου. [h] τῶν σημαιῶν correxi cum Reiskio, cum h. l. vulgo omnes darent σημείων. [i] καὶ τοῦ πλάτους sua auctoritate edidit Casaubonus. [k] Post περίμετρον videtur intercidisse verbum γνῶναι aut aliud simile.

neque, in eamdem viam concursu facto omnium, sese invicem evertunt ac conculcant. Ad hæc prædam, sive pecudum quæ e vicinis locis subinde abiguntur, sive illam quæ hostibus adimitur, in hunc locum cogunt, et tuto ibi per noctes custodiunt. Maximum vero est, quod in nocturnis invasionibus neque ignis neque telum ad eos pertingit, nisi perquam rarissime, et id quoque fere sine ullo damno; cum propter intervalli latitudinem, tum propter tentoriorum ambitum.

XXXII. Quum igitur data sit qua peditum qua equitum multitudo, pro utraque ratione, sive quatuor sive quinque millium fecerint legiones; dataque sit pariter vexillorum (sive ordinum) profunditas, longitudo, ac numerus; denique quum et intervalla viarum, sive arctiorum sive latiorum, ceteraque omnia data sint; facile est iis, qui attendere voluerint, magnitudinem etiam spatii totius, atque universum castrorum ambitum simul intelligere. Quod si vero major aliquando sociorum adsit copia, qui vel ab initio expeditionis comites fuerint, vel pro tempore postea advenerint: istis quidem, quos occasio adduxit, præter

[l]παρὰ τὸ στρατήγιον ἀναπληροῦσι τόπους, τὴν ἀγορὰν
καὶ τὸ ταμιεῖον συναγαγόντες εἰς αὐτὸν τὸν κατεπείγοντα
πρὸς τὴν χρείαν τόπον· τοῖς δ' ἐξ ἀρχῆς συνεκπορευο- 5
μένοις, ἐὰν ᾖ πλῆθος ἱκανώτερον, ῥύμην μίαν ἐξ ἑκατέρου
τοῦ μέρους τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων πρὸς ταῖς ὑπαρ-
χούσαις παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας παρα-
τιθέασι. Πάντων δὲ τῶν τε τεττάρων στρατοπέδων καὶ 6
τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς ἕνα χάρακα συναθροισθέντων·
οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν, πλὴν [m]δύο στρατιὰς, κατὰ τὸν
ἄρτι λόγον παρεμβεβληκυίας, ἀντεστραμμένας αὐταῖς
συνηρμόσθαι, συναπτούσας κατὰ τὰς τῶν ἐπιλέκτων
ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβολὰς, [n]οὓς ἐποιοῦμεν
εἰς τὴν ὀπίσω βλέποντας ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης παρεμ-
βολῆς· ὅτε δὴ συμβαίνει γίγνεσθαι τὸ μὲν σχῆμα 7
παράμηκες, τὸ δὲ χωρίον διπλάσιον [o]τοῦ πρόσθεν, τὴν
δὲ περίμετρον ἡμιόλιον. Ὅταν μὲν οὖν συμβαίνῃ τοὺς 8
ὑπάτους ἀμφοτέρους ὁμοῦ στρατοπεδεύειν, οὕτως ἀεὶ
χρῶνται ταῖς στρατοπεδείαις· ὅταν δὲ χωρὶς, τ' ἄλλα
μὲν ὡσαύτως, τὴν δ' ἀγορὰν, καὶ τὸ ταμιεῖον, καὶ τὸ
στρατήγιον, μέσον τιθέασι τῶν δυοῖν στρατοπέδων.

Juncta castra amborum consulum.

Singula castra consularia.

Sacramentum castrense.

XXXIII. Μετὰ δὲ τὴν στρατοπεδείαν συναθροισθέντες
οἱ χιλίαρχοι, τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου πάντας ἐλευ-
θέρους ὁμοῦ καὶ δούλους ὁρκίζουσι, καθ' ἕνα ποιούμενοι

[l] Forsan *περὶ τὸ στρατ. circa prætorium.* [m] δύο στρατιὰς Reg. D. Oxon. δύο στρατείας edd. cum aliis. [n] οὓς ἐποιοῦμεν et deinde βλέποντας ex conject. correxit Casaub. cum in libris esset οὓς ἐποίουν μὲν et βλέποντες. [o] τοὔμπροσθεν Reg. D. Oxon. et margo Herv.

jam dicta, etiam quæ juxta prætorium sunt loca complent; forum et quæstorium in arctius spatium, quod sufficiat necessario usui, contrahentes: iis vero, qui ab initio comitantur, locandis, si major eorum sit numerus, strigam unam ab utraque parte Romanarum legionum ad superiorem metaturam in utroque latere apponunt. Jam vero si omnes *quatuor legiones et consules ambo* intra unum vallum fuerint congregati; aliud nihil fingere animo debes, nisi duos exercitus, exposito jam modo locatos, cohærere inter se, invicem sibi obversos; contingentes sese ea parte, qua utriusque exercitus extraordinarii, quos statuebamus tergum universorum castrorum spectare, metantur. Ac tum quidem fit, ut figura fit oblonga, spatium prioris duplum, circuitus sesquialter. Quoties igitur ambo Consules juncta habent castra, semper hoc modo illa disponuntur: quoties vero separata; cetera quidem, ut dictum est, locant; forum vero, et quæstorium, ac prætorium, in medio locant utriusque legionis.

XXXIII. Peracta metatione castrorum, conveniunt in unum Tribuni, et ab omnibus, qui in exercitu

2 τὸν ὁρκισμόν. ὁ δ᾽ ὅρκος ἐστίν· μηδὲν ἐκ τῆς παρ-
εμβολῆς κλέψειν· ἀλλὰ κἂν [o] εὕρῃ τι, τοῦτ᾽ ἀνοίσειν
3 ἐπὶ τοὺς χιλιάρχους. Ἑξῆς δὲ τούτοις, διέταξαν τὰς
σημαίας ἐξ ἑκάστου στρατοπέδου τῶν Πριγκίπων καὶ
τῶν Ἁστάτων, δύο μὲν εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ τόπου
4 τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων· τὴν γὰρ διατριβὴν ἐν ταῖς
[p] καθημερείαις οἱ πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων ἐν ταύτῃ ποι-
οῦνται τῇ πλατείᾳ· διόπερ ἀεὶ σπουδάζουσι περὶ ταύ-
της, ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται σφίσιν ἐπιμελῶς.
5 τῶν δὲ λοιπῶν ὀκτωκαίδεκα, τρεῖς ἕκαστος τῶν χιλι-
άρχων διαλαγχάνει· τοσαῦται γάρ εἰσι τῶν Ἁστάτων
καὶ Πριγκίπων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ σημαῖαι, κατὰ
6 τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν διαίρεσιν· χιλίαρχοι δὲ ἕξ. τῶν δὲ
τριῶν σημαιῶν ἀνὰ μέρος [q] ἑκάστη ἑκάστῳ τῶν χιλι-
άρχων λειτουργεῖ λειτουργίαν τοιαύτην. ἐπειδὰν κατα-
στρατοπεδεύσωσι, τὴν σκηνὴν [r] ἱστᾶσιν οὗτοι, καὶ τὸν
περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἠδάφισαν. κἄν τι περιφράξαι
[s] δέῃ τῶν σκευῶν ἀσφαλείας χάριν, οὗτοι φροντίζουσιν.
7 διδόασι δὲ καὶ φυλάκεια δύο. τὸ δὲ φυλάκειόν ἐστι
ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν, ὧν οἱ μὲν πρὸ τῆς σκηνῆς, οἱ δὲ
κατόπιν [t] παρὰ τοὺς ἵππους ποιοῦνται τὴν φυλακήν.
8 οὐσῶν δὲ σημαιῶν ἑκάστῳ χιλιάρχῳ τριῶν, ἐν ἑκάστῃ

Ministeria castrensia militum.

Custodiæ diurnæ.

[o] εὕρῃ τι correxi cum Reisk. Vulgo omnes εὕρῃ τις. [p] καθημερείαις cum eodem Reisk. scripsi, pro vulgato καθημερίαις. [q] ἑκάστη ἑκάστῳ. Junxit hæc Casaubonus. Prius abest ab ed. Herv. et cod. Med. Posteriori carent Aug. Urb. Reg. D. et Oxon.. [r] ἵστασαν Reg. D. Oxon. [s] Fors. δέῃ τῆς τῶν σκευῶν. [t] Fors. περὶ τοὺς ἵππους, aut παρὰ τοῖς ἵπποις.

sunt liberi aut servi, *jusjurandum* exigunt, viritim singulis jurantibus. Est illud juramentum hujusmodi: *Nihil e castris se furaturos: verum et si quid forte aliquis invenerit, id ad tribunos relaturum.* Secundum hæc *manipulos Principum et Hastatorum* cujusque legionis duos ordinant ad *curam loci ante tribunorum tentoria.* In hac namque lata via plerique Romanorum dies totos versantur: propterea, ut aspergatur ac scopis mundetur diligenter, curam semper adhibent. E reliquis octodecim manipulis, ternos singuli tribuni sortiuntur: tot enim sunt in unaquaque legione, ex superiore nostra tributione, Hastatorum ac Principum manipuli: tribuni autem militum sex. Trium autem horum manipulorum quisque in suam vicem *tribuno* hujusmodi præstant *ministerium.* Ubi castris locus est captus, hi sunt, qui tentorium statuere, et locum circa pavire ac complanare solent: et si quid ex impedimentis fuerit custodiæ caussa septo claudendum, id quoque istis curæ est. Præstant et binas *custodias*, quarum singulas *quaterni viri* obeunt: earum autem altera ante tabernacula, altera a tergo juxta equos stationem habet. Quum autem quisque *tribunorum* tres habeat manipulos,

Custodiæ diurnæ.

δὲ τούτων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν, χωρὶς
τῶν Τριαρίων καὶ γροσφομάχων· (οὗτοι γὰρ οὐ λειτουρ- 9
γοῦσι·) τὸ μὲν ἔργον γίγνεται κοῦφον, διὰ τὸ παρὰ
τετάρτην ἡμέραν ἑκάστῃ σημαίᾳ καθήκειν τὴν λειτουρ-
γίαν· τοῖς δὲ χιλιάρχοις ἅμα μὲν τὸ τῆς εὐχρηστίας
ἀναγκαῖον, ἅμα δὲ τὸ τῆς τιμῆς διὰ τῶν προειρημένων
ἀποτελεῖται σεμνὸν καὶ προστατικόν. Αἱ δὲ τῶν Τρια- 10
ρίων σημαῖαι τῆς μὲν τῶν χιλιάρχων παραλύονται
λειτουργίας· εἰς δὲ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς ἑκάστη
σημαία καθ' ἡμέραν δίδωσι φυλάκειον ἀεὶ τῷ γειτνιῶντι
κατόπιν τῶν οὐλαμῶν· οἵτινες τηροῦσι μὲν καὶ τἄλλα, 11
μάλιστα δὲ τοὺς ἵππους, ἵνα μήτ' ἐμπλεκόμενοι τοῖς
δέμασι βλάπτωνται πρὸς τὴν χρείαν, μήτε λυόμενοι
καὶ προσπίπτοντες [u] ἀλλήλοις οἱ ἵπποι ταραχὰς καὶ
θορύβους ἐμποιῶσι τῷ στρατοπέδῳ. μία δ' ἐξ ἁπασῶν 12
καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρα-
κοιτεῖ, ἥτις ἅμα μὲν ἀσφάλειαν παρασκευάζει τῷ
στρατηγῷ πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς, ἅμα δὲ κοσμεῖ τὸ
πρόσχημα τῆς ἀρχῆς.

Fossa et vallum circa castra.

XXXIV. Τῆς δὲ ταφρείας καὶ χαρακοποιΐας δύο
μὲν ἐπιβάλλουσι πλευραὶ τοῖς συμμάχοις, παρ' ἃς καὶ
στρατοπεδεύει τὸ κέρας αὐτῶν ἑκάτερον· δύο δὲ τοῖς
Ῥωμαίοις, ἑκατέρῳ τῷ στρατοπέδῳ μία. Διαιρεθείσης 2
δὲ τῆς πλευρᾶς ἑκάστης κατὰ σημαίαν, τὴν μὲν κατὰ
μέρος ἐπιμέλειαν οἱ ταξίαρχοι ποιοῦνται παρεστῶτες·

[u] ἄλλοις ἵπποις Casaub. cum Urb. et Aug.

et in quoque eorum milites sint supra centum, præter Triarios et Velites, qui non ministrant; haud grave illis hoc munus est, quarto demum die vice sua ad singulos manipulos redeunte: at tribunorum tum commoditati ad ea, quæ sunt necessaria, hac ratione consulitur; tum etiam honori, ad dignitatem atque auctoritatem eis conciliandam. Triariorum vero manipuli a ministrando tribunis sunt liberi: sed *equitum* turmis custodias præbent, et quidem quisque manipulus quotidie custodiam unam ei turmæ, quæ a tergo proxime assidet. Hi cum alia custodiunt, tum equos maxime: ne aut vinculis impliciti lædantur ac fiant inutiles, aut soluti in alios equos incidant, et trepidationem ac tumultum in castris faciant. Unus porro quotidie e cunctis manipulis in suam quisque vicem *imperatori* excubat; qui et tutum ab insidiis eum præstat, et imperii majestatem simul ornat.

XXXIV. Porro in *producenda fossa et struendo vallo* duo sociis latera incumbunt, ad quæ ipsorum utraque ala metatur: duo reliqua Romanis; utrique legioni unum. Diviso autem per manipulos unoquoque latere; singula inspiciunt centuriones, ipsi instantes operi; universi vero lateris probatio

τὴν δὲ καθόλου δοκιμασίαν τῆς πλευρᾶς δύο τῶν χιλι-
3 άρχων. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν τὴν κατὰ τὸ στρατό-
πεδον ἐπιμέλειαν οὗτοι ποιοῦνται. κατὰ δύο γὰρ σφᾶς
αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τῆς ἑκμήνου τὴν δίμηνον
ἄρχουσι, καὶ πάσης οἱ λαχόντες τῆς ἐν τοῖς ὑπαίθροις
4 προΐστανται χρείας. ὁ δ' αὐτὸς τρόπος τῆς ἀρχῆς ἐστι
5 καὶ τῶν Πραιφέκτων περὶ τοὺς συμμάχους. Οἱ δ'
ἱππεῖς καὶ ταξίαρχοι πάντες ἅμα τῷ φωτὶ παρα-
γίγνονται πρὸς τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνάς, οἱ δὲ χιλί-
6 αρχοι πρὸς τὸν ὕπατον. κἀκεῖνος μὲν τὸ κατεπεῖγον ἀεὶ
παραγγέλλει τοῖς χιλιάρχοις, οἱ δὲ χιλίαρχοι τοῖς
ἱππεῦσι καὶ ταξιάρχοις, οὗτοι δὲ τοῖς πολλοῖς, ὅταν
7 ἑκάστων ὁ καιρὸς ᾖ. Τὴν δὲ τοῦ νυκτερινοῦ συνθήματος
8 παράδοσιν ἀσφαλίζονται τὸν τρόπον τοῦτον. καθ' ἕκα-
στον γένος καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν ἐκ τῆς δεκάτης
σημαίας [x] καὶ τελευταίας στρατοπεδευούσης κατὰ τὰς
ῥύμας, ἐκ τούτων εἷς ἑκάστης ἀνὴρ λαμβάνεται κατ'
ἐκλογήν, ὃς τῶν μὲν κατὰ τὰς φυλακὰς λειτουργιῶν
ἀπολύεται, παραγίγνεται δὲ καθ' ἡμέραν δύνοντος
ἡλίου πρὸς τὴν τοῦ χιλιάρχου σκηνήν, καὶ λαβὼν τὸ
σύνθημα (τοῦτο δ' ἐστὶ πλατεῖον ἐπιγεγραμμένον)
9 ἀπαλλάττεται πάλιν. ἀναχωρήσας δ' ἐπὶ τὴν αὐτοῦ
σημαίαν, τό τε ξυλήφιον παρέδωκε καὶ τὸ σύνθημα
μετὰ μαρτύρων τῷ τῆς ἐχομένης σημαίας ἡγεμόνι·

Tribunorum officium in castris.

Minores duces præsto sunt majoribus.

Tessera nocturna.

[x] *καὶ τελευταίας στρατοπεδευούσης*. Locum, varie corruptum in edd. et MStis, sic restituendum putavi, vestigia veteris scripturæ et probabilem conjecturam secutus.

ad duos e *tribunis* pertinet. Similiter et ceteram castrorum curam hi sustinent: in binos enim dividentes sese, mutua vice, semestris spatii menses duos imperant; ac quibus sors evenit, ii omnibus, quæ in castris geruntur, præsunt. Eadem est imperandi ratio Præfectorum inter socios. Ad tribunorum vero tabernacula, luce orta, equites præsto sunt et ductores ordinum: tribuni autem ad consulem. Et hic quidem, quæ usus postulat, tribunis mandat; tribuni equitibus et centurionibus; isti militibus, ubi suum quæque res tempus est nacta. In *nocturnæ Tesseræ traditione* ne quid peccetur, hoc cavent modo. In unoquoque genere equitum peditumque ex decimo ordine, qui in extremitate cujusque strigæ metatur; ex unoquoque, inquam, horum ordinum unus vir eligitur, qui ab excubandi munere liberatur: hic quotidie circa solis occasum ad tribuni tentorium venit, et *tessera* accepta (ea est, tabella lignea inscripta) revertitur: qui ut ad signum suum est reversus, parvulum id lignum ac simul tesseram, adhibitis testibus, proximi ordinis ductori tradit, ille similiter sequentis centurioni;

Tessera nocturna.

παραπλησίως δὲ πάλιν οὗτος τῷ τῆς ἐχομένης. τὸ δ' 10
ὅμοιον ἑξῆς ποιοῦσι πάντες, ἕως ἂν ἐπὶ τὰς πρώτας καὶ
σύνεγγυς τοῖς χιλιάρχοις στρατοπεδευούσας σημαίας
ἐξικνῆται. τούτους δὲ δεῖ τὸ πλατεῖον, ἔτι φωτὸς ὄντος,
ἀναφέρειν πρὸς τοὺς χιλιάρχους. κἂν μὲν ἀνενεχθῇ 11
πάντα τὰ δοθέντα, γιγνώσκει, διότι δέδοται τὸ σύνθημα
πᾶσι, καὶ διὰ πάντων εἰς αὐτὸν ἥκει. ἐὰν [y] δ' ἐλλείπῃ 12
τι, παρὰ πόδας ζητεῖ τὸ γεγονὸς, εἰδὼς ἐκ τῆς ἐπι-
γραφῆς, ἐκ ποίου μέρους οὐχ ἥκει τὸ πλατεῖον. οὗ δ'
ἂν εὑρεθῇ τὸ κώλυμα, τυγχάνει τῆς καθηκούσης ζη-
μίας.

Vigiliæ nocturnæ.

XXXV. Τὰ δὲ περὶ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς οὕτως
οἰκονομεῖται παρ' αὐτοῖς. Τὸν μὲν στρατηγὸν, καὶ τὴν 2
τούτου σκηνὴν, ἡ παρακοιτοῦσα σημαία φυλάττει· [z] τὰς
δὲ τῶν χιλιάρχων, καὶ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς, οἱ
διατεταγμένοι, κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἐξ ἑκάστης ση-
μαίας. ὁμοίως δὲ καὶ παρ' ἕκαστον τάγμα πάντες ἐξ 3
ἑαυτῶν τιθέασι φυλακήν· τὰς δὲ λοιπὰς ὁ στρατηγὸς
[a] ἀποτάττει. γίγνονται δὲ ὡς ἐπίπαν τρεῖς φυλακαὶ 4
παρὰ τὸν ταμίαν, καὶ παρ' ἕκαστον τῶν πρεσβευτῶν καὶ
συμβούλων δύο. Τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφο- 5
μάχοι [b] πληροῦσι, παρ' ὅλον καθ' ἡμέραν τὸν χάρακα
παρακοιτοῦντες· αὕτη γὰρ ἐπιτέτακται τούτοις ἡ λει-

Ad vallum excubant velites.

[y] δὲ λείπῃ Reg. D. Oxon. [z] Perperam τοὺς δὲ edd. [a] ἐπιτάττει Reg. D. Oxon. [b] An τηροῦσι? κληροῦσι maluerat Gronov.

atque idem omnes deinceps faciunt, donec ad primos ordines, qui prope tribunos tendunt, signum perveniat. Hos oportet tabellam ad tribunos referre, dum adhuc lucet. Quodsi igitur omnes tabellæ, quæ traditæ erant, fuerint relatæ; intelligit tribunus, tesseram ad omnes et per omnes ad se venisse. Sin desit aliqua; e vestigio, qui factum sit hoc, inquirit, notum habens ex inscriptione, cujus partis tabella non sit allata: atque is, per quem stetisse invenitur, mulcta condigna afficitur.

XXXV. Quod ad *Vigilias nocturnas*, eæ administrantur a Romanis hoc modo. Imperatorem, et prætorium ejus, custodit ille manipulus, quem ad prætorium excubare diximus. Tribunorum tabernacula et equitum turmas, qui ad id sunt designati e singulis manipulis, ut paulo ante dictum est. Similiter etiam ad quemque ordinem excubias e suo numero omnes locant; reliquas vero imperator ipse disponit. Fere autem ad quæstoris tutelam ternæ custodiæ constituuntur: ad legatorum et consiliariorum, binæ. Exteriorum laterum custodiam *velites* agunt, secundum totum vallum quotidie excubantes: hoc enim muneris est illis impositum: et ad portas sin-

τουργία. [c]ἐπί τε τῶν εἰσόδων [d]ἀνὰ δέκα ποιοῦνται
6 τούτων αὐτῶν τὰς προκοιτείας. Τῶν δ' εἰς τὰς φυ- Vigiliarum tesselllæ.
λακὰς ἀποταχθέντων ἀφ' ἑκάστου φυλακείου [e]τὸν τὴν
πρώτην μέλλοντα τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐρα-
7 γὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον ἑσπέρας. ὁ δὲ δίδωσι
τούτοις πᾶσι ξυλήφια κατὰ φυλακὴν [f]βραχέα τελέως,
ἔχοντα χαρακτῆρα· λαβόντες δ' οὗτοι μὲν ἐπὶ τοὺς
8 ἀποδεδειγμένους ἀπαλλάττονται τόπους. Ἡ δὲ τῆς Circuitores.
[g]ἐφοδείας πίστις εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀνατίθεται. δεῖ γὰρ
τὸν πρῶτον ἰλάρχην καθ' ἕκαστον στρατόπεδον ἑνὶ τῶν
οὐραγῶν τῶν αὑτοῦ παραγγεῖλαι πρωῒ παράγγελμα
τοιοῦτον· ἵνα τέτταρσιν οὗτος ἐμφανίσῃ νεανίσκοις τῶν
ἐκ τῆς ἰδίας ἴλης πρὸ ἀρίστου τοῖς μέλλουσιν ἐφοδεύειν.
9 μετὰ δὲ ταῦτα τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι δεῖ τὸν
αὐτὸν ἀφ' ἑσπέρας παραγγεῖλαι, διότι τούτῳ καθήκει
10 τὰ περὶ τῆς ἐφοδείας φροντίζειν εἰς τὴν αὔριον. τοῦτον
δ' ἀκούσαντα, παραπλησίως ταὐτὰ δεῖ ποιεῖν τοῖς προ-
ειρημένοις εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς
11 ἑξῆς. οἱ δὲ προκριθέντες ὑπὸ τῶν οὐραγῶν ἐκ τῆς πρώτης
ἴλης τέτταρες, ἐπειδὰν διαλάχωσι τὰς φυλακὰς, πορεύ-
ονται πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ γραφὴν λαμβάνουσι,
12 [h]πόστην καὶ πόσας ἐφοδεῦσαι δεῖ φυλακάς. μετὰ δὲ

[c] ἐπί τε ex conject. scripsi, cum conjunctione carerent vulgo omnes. [d] ἀνὰ δέκα Casaubonus et Schelius *decem excubias* i. e. *quadraginta viros* intellexerunt. [e] τῶν τ. πρ. μελλόντων Herv. cum Med. Reg. D. et Oxon. [f] Verba βραχέα τελέως alii referunt ad sequentia. [g] ἐφοδίας Aug. [h] πόστην revocavi ex Herv. cum quo facit Med. πόσου καὶ πόσας cum Urb. Aug. Reg. D. et Oxon. edidit Casaubonus, sed asteriscum præfixit, ut signum defectus vel depravationis.

gulæ eorumdem decuriæ excubias agunt. E singulis autem quaternionibus eorum, qui ad excubias sunt destinati, illum militem qui primus in statione est futurus, ad tribunum vespere deducit agminis coactor cujusque vexilli. Tribunus omnibus his pro quaque vigilia oppido exiguas e ligno *tessellas* tradit, quæ nota quadam sunt insignitæ: quibus acceptis, illi ad designatas quisque stationes concedunt. At *circuitionis* fides curæ equitum demandatur. Oportet enim, ut, qui primus in quaque legione turmarum præfectus est, uni e suis coactoribus agminis mane hujusmodi dent præceptum, ut juvenibus quatuor suæ turmæ ante prandium edicat, ipsos esse, qui circumire debeant. Deinde præfecto turmæ secundæ significare idem præfectus tenetur sub vesperam, pertinere ad ipsum circuitionis munus in diem sequentem. Hunc quoque similiter, ubi præceptum accepit, eadem facere, quæ modo dicta sunt, in proximum diem oportet: et ita alios quoque deinceps. Quatuor autem illi, quos e prima turma coactores agminis elegerunt, vigilias inter se sortiti, tribunum adeunt, et scriptum ab eo accipiunt, *qua de vigilia*, et *quot stationes* obire oporteat.

ταῦτα παρακοιτοῦσιν οἱ τέτταρες παρὰ τὴν πρώτην
Buccina datur signum vigiliarum. σημαίαν τῶν Τριαρίων· ὁ γὰρ ταύτης ταξίαρχος τὴν
ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ κατὰ φυλακὴν βουκανᾷν.

Circuitionis ratio. XXXVI. Συνάψαντος δὲ τοῦ καιροῦ, τὴν πρώτην
ἐφοδεύει φυλακὴν ὁ ταύτην λαχὼν, ἔχων μετ' αὐτοῦ
μάρτυρας τῶν φίλων. ἐπιπορεύεται δὲ τοὺς ῥηθέντας 2
τόπους, οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν χάρακα καὶ τὰς εἰσό-
δους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ σημαίαν ἅπαντας, καὶ τοὺς
κατ' οὐλαμόν. κἂν μὲν εὕρῃ τοὺς φυλάττοντας τὴν 3
πρώτην ἐγρηγορότας, λαμβάνει παρὰ τούτων [i]τὸ κάρ-
φος· ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον ἢ λελοιπότα τινὰ τὸν
τόπον, ἐπιμαρτυράμενος τοὺς σύνεγγυς, ἀπαλλάττεται.
τὸ δὲ παραπλήσιον γίγνεται καὶ ὑπὸ τῶν τὰς ἑξῆς 4
φυλακὰς ἐφοδευόντων. Τὴν δ' ἐπιμέλειαν τοῦ κατὰ 5
φυλακὴν [k]βουκανᾷν, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἵνα σύμφωνον ᾖ
τοῖς ἐφοδεύουσι πρὸς τοὺς φυλάττοντας, οἱ τῆς πρώτης
σημαίας τῶν Τριαρίων ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου
Severa inquisitio. ταξίαρχοι καθ' ἡμέραν ποιοῦνται. Τῶν δ' ἐφόδων 6
ἕκαστος ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀναφέρει
τὸ σύνθημα. κἂν μὲν ᾖ πάντα [l]τὰ δεδομένα χωρὶς
ἐγκλήματος, ἀπαλλάττονται πάλιν. ἂν δέ τις ἐλάττω 7
φέρῃ τοῦ πλήθους τῶν φυλακείων, ζητοῦσιν ἐκ τοῦ χα-

[i] τὸ σκάρφος Reg. D. [k] βουχανεῖν h. l. Herv. Med. Reg. D. Oxon. βουκανεῖν Aug. sed superscr. ᾶν eadem manu. [l] Articulum τὰ ex conject. adjecit Casaub.

Deinde ad primum manipulum triariorum accubant illi quatuor; quoniam illius manipuli centurioni cura incumbit ad quamque vigiliam *buccina* signum dandi.

XXXVI. Ubi tempus venit, primam vigiliam circuit, qui eam est sortitus; testes secum habens ex amicis nonnullos. Obit autem hic dictas stationes, non circa vallum dumtaxat et portas, verum etiam circa manipulos omnes ac turmas. Qui si primæ vigiliæ custodes offenderit vigilantes, accipit ab illis eam, quam dixi, tesserulam: at si quis dormiens fuerit inventus, aut qui stationem deseruerit; attestatus eos, qui adsunt, abit. Consimile fit et ab iis, qui sequentes vigilias lustrant. Ut autem signum buccina vigiliis singulis detur, quo circuitoribus cum vigilibus conveniat; ejus rei, ut jam dixi, curam semper gerunt centuriones primi manipuli triariorum, ex utraque legione. Prima dein luce singuli, qui perlustraverunt vigilias, ad tribunum tesseras deserunt: quæ si tot inveniantur, quot fuerant datæ, nec apud quemquam culpa inventa est, rursus illi discedunt. Sin pauciores aliquis referat quam pro numero excubiarum; ex impressa nota de eo excubitorum quaternione, cujus ratio

ρακτῆρος, ποῖον ἐκ τῶν φυλακείων [m]λέλοιπε. τούτου δὲ
8 γνωσθέντος, καλεῖ τὸν ταξίαρχον· οὗτος δ' ἄγει τοὺς
ἀποταχθέντας εἰς τὴν φυλακὴν, οὗτοι δὲ συγκρίνονται
9 [n]πρὸς τὸν ἔφοδον. ἐὰν μὲν οὖν ἐν τοῖς φύλαξιν ᾖ τὸ
κακὸν, εὐθέως δῆλός ἐστιν ὁ τὴν [o]ἐφοδείαν ἔχων, ἐπιμαρ-
τυράμενος τοὺς σύνεγγυς· ὀφείλει γὰρ τοῦτο ποιεῖν.
ἐὰν δὲ μηδὲν ᾖ τοιοῦτο γεγονὸς, εἰς τὸν ἔφοδον ἀναχωρεῖ
τοὔγκλημα.

Supplicium militare, Fustuarium.

XXXVII. Καθίσαντος δὲ παραχρῆμα συνεδρίου [p]τῶν
χιλιάρχων, κρίνεται· κἂν καταδικασθῇ, ξυλοκοπεῖται.
2 Τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον. λαβὼν ξύλον ὁ
χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον.
3 οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς
ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ
στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι. τοῖς δ' [q]ἐκπεσοῦσιν οὐδ'
4 ὣς ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γάρ; οἷς οὔτ' εἰς τὴν πα-
τρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν, οὔτε τῶν ἀναγ-
καίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τὸν τοιοῦτον.
διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ
5 καταφθείρονται. τὸ δ' αὐτὸ πάσχειν ὀφείλει τοῖς προ-
ειρημένοις ὅ τε οὐραγὸς καὶ ὁ τῆς ἴλης ἡγεμὼν, ἐὰν μὴ
παραγγείλωσιν, ὁ μὲν τοῖς ἐφόδοις, ὁ δὲ τῷ τῆς ἐχο-
μένης ἴλης ἡγεμόνι τὸ δέον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ.

[m] λέλυται Herv. Med. [n] Vulgo πρὸς τὴν ἔφοδον. [o] ἐφοδίαν Aug. [p] τῶν χιλιάρχων ex Reiskii conject. correxi. Vulgo τῷ χιλιάρχῳ κρίνεται. [q] ἐκπεσαμένοις Casaub. cum Urb. et Aug.

non constat, inquirunt. Qua re cognita, centurionem tribunus vocat: isque eos, qui ad istam vigiliam erant constituti, adducit, qui cum circuitore disceptant. Quod si penes vigiles est culpa; statim apparet innocentia circuitoris ex eo, quod testificatus est eos qui illi aderant: hoc enim facere tenetur. Atque id si non fuerit factum, ad circuitorem redit culpa.

XXXVII. Statim igitur convocato tribunorum concilio, caussa ejus cognoscitur; et, si damnatus fuerit, fuste percutitur. Est autem *Fustuarii* supplicium hujusmodi. Tribunis fustem capit; eoque condemnatum quasi attingit tantum. Quo facto, omnes legionarii qua fustibus qua saxis petentes sontem, inibi intra castra ut plurimum necant. Sed et si qui evaserint, non tamen salvi propterea sunt. Nam quæ illis salus? quibus in patriam quidem redire non licet, et quos necessariorum nemo ausit tecto recipere. Quamobrem qui semel in eam calamitatem inciderunt, planissime pereunt. Idem vero supplicium manet tam coactorem agminis, quam turmæ præfectum, si ille circuitoribus, hic sequentis turmæ decurioni, id, quod oportebat, in tempore non denunciavit. Quare, quum adeo ve-

Διόπερ, οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης καὶ ἀπαραιτήτου τῆς 6
τιμωρίας, ἀδιάπτωτα γίγνεται παρ' αὐτοῖς τὰ κατὰ
τὰς νυκτερινὰς φυλακάς. [r] Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς μὲν 7
[s] στρατιώτας τοῖς χιλιάρχοις, τούτους δ' ἔτι τοῖς ὑπά-
τοις. Κύριος [t] δ' ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ 8
ἐνεχυριάζων, καὶ μαστιγῶν· τοὺς δὲ συμμάχους οἱ
Πραιφέκτοι. Ξυλοκοπεῖται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν 9
ἐκ τοῦ στρατοπέδου· καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ,
παραπλησίως· καὶ ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παραχρησά-
μενος εὑρεθῇ τῷ σώματι· πρὸς δὲ τούτοις, ὁ τρὶς περὶ
τῆς αὐτῆς αἰτίας ζημιωθείς. ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἀδική-
ματα, κολάζουσιν. εἰς δ' ἀνανδρίαν τιθέασι καὶ στρα- 10
τιωτικὴν αἰσχύνην τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων· ἐὰν
τινες ψευδῆ περὶ αὐτῶν ἀνδραγαθίαν ἀπαγγείλωσι τοῖς
χιλιάρχοις, ἕνεκεν τοῦ τιμὰς λαβεῖν· ὁμοίως, ἄν τινες 11
ἐν ἐφεδρείαν ταχθέντες, φόβου χάριν [u] λίπωσι τὸν δο-
θέντα τόπον· παραπλησίως, ἐάν τις ἀποῤῥίψῃ τι τῶν
ὅπλων κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον διὰ φόβον. Διὸ καί 12
τινες μὲν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις προδήλως ἀπόλλυνται,
πολλαπλασίων αὐτοῖς ἐπιγιγνομένων, οὐ θέλοντες λιπεῖν
τὴν τάξιν, δεδιότες τὴν οἰκείαν τιμωρίαν· ἔνιοι δὲ κατ' 13
αὐτὸν τὸν κίνδυνον ἐκβαλόντες θυρεὸν, ἢ μάχαιραν, ἢ

Pœnæ, quarum arbiter tribunus.

Crimina et delicta militaria.

Fructus severitatis disciplinæ.

[r] An ὑπέχειν? hoc sensu: *milites tribunorum, sed et ipsi tribuni Consulis judicio sunt obnoxii.* [s] Post στρατιώτας excidisse quædam verba (nempe τοῖς ταξιάρχοις, οἱ δὲ ταξίαρχοι) suspicatus est Gron. [t] δὲ μὲν καὶ Herv. δὲ καὶ Med. et caret uterque verbo ἐστί. [u] λίπωσι revocavi ex Herv. Sic et Aug. λείπωσι Reg. D. et sic Casaub.

hementer et sine spe veniæ delicta hæc puniantur, disciplina nocturnarum excubiarum inoffenso tenore servatur. Tenentur autem milites quidem tribunis parere, tribuni vero rursus consulibus. Habet autem Tribunus potestatem et mulctæ dicendæ, et pignoris capiendi, et virgis cædendi: idemque jus est Præfectis in socios. Fuste autem percutitur etiam is, qui aliquid e castris fuerit furatus; item qui falsum testimonium dixerit; nec non si quis in flore ætatis male usus corpore fuerit deprehensus: ad hæc is, cui ter eamdem ob caussam mulcta fuerit irrogata. Ac hæc quidem ut *crimina* puniunt. Ignaviæ vero et *probro militari* vertunt hujusmodi delicta: si qui, præmii adipiscendi caussa, falso strenuum aliquod facinus suum ad tribunos retulerint: similiter, si qui, in statione constituti, locum ubi locati fuerant, formidinis ergo, deseruerint: itemque, si quis in ipso prælio armorum aliquam partem metu abjecerit. Propterea nonnulli in stationibus suis manifestam mortem oppetunt, ab hostibus oppressi qui multis partibus sint plures; dum, supplicium metuentes, quod a suis ipsos manet, assignatum sibi locum deserere nolunt usitatum apud illos supplicium metuentes: quidam vero, excusso inter dimicandum scuto, aut ense, aut alia parte armorum, temere conjiciunt ipsi sese in ho-

τι τῶν ἄλλων ὅπλων, παραλόγως ῥίπτουσιν ἑαυτοὺς εἰς
τοὺς πολεμίους· ἢ κυριεύειν ἐλπίζοντες ὧν ἀπέβαλον, ἢ,
παθόντες τι, τὴν πρόδηλον αἰσχύνην διαφεύξεσθαι, καὶ
τὴν τῶν οἰκείων ὕβριν.

XXXVIII. Ἐὰν δέ ποτε τὰ αὐτὰ περὶ πλείους Decimatio.
συμβῇ γενέσθαι, καὶ σημαίας τινὰς [x]ὁλοσχερῶς πιε-
σθείσας λιπεῖν τοὺς τόπους· τὸ μὲν ἅπαντας ξυλοκοπεῖν
ἢ φονεύειν ἀποδοκιμάζουσι, λύσιν δὲ τοῦ πράγματος
εὑρίσκονται, συμφέρουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικήν.
2 συναθροίσας γὰρ τὸ στρατόπεδον [y]ὁ χιλίαρχος, καὶ
προαγαγὼν [z]εἰς μέσον τοὺς λελοιπότας, κατηγορεῖ
πικρῶς· καὶ τὸ τέλος, ποτὲ μὲν πέντε, ποτὲ δὲ ὀκτὼ,
ποτὲ δὲ εἴκοσι, τὸ δ' ὅλον πρὸς τὸ πλῆθος ἀεὶ στοχαζό-
μενος, ὥστε δέκατον μάλιστα γίγνεσθαι τῶν [a]ἡμαρτη-
κότων, τούτους ἐκ πάντων κληροῦται τῶν ἀποδεδειλιακό-
3 των· καὶ τοὺς μὲν λαχόντας ξυλοκοπεῖ κατὰ τὸν ἄρτι
ῥηθέντα λόγον ἀπαραιτήτως· τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα
κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν, ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ
4 τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν. λοιπὸν, τοῦ
μὲν κινδύνου καὶ φόβου, τοῦ κατὰ τὸν κλῆρον, [b]ἐπ' ἴσον
ἐπικρεμαμένου πᾶσιν, ὡς ἂν ἀδήλου τοῦ συμπτώματος
ὑπάρχοντος, τοῦ δὲ παραδειγματισμοῦ [c]μετὰ τῆς κρι-

[x] ὁλοσχερεῖς videtur legendum. [y] Putabam ὁ στρατηγός. [z] Vocabulum μέσον, quod aberat ab omnibus, recepit demum Ernestius. Recte, nisi deletam malueris præpos. εἰς. [a] ἡμαρτηκότων τὸ τούτους dant Aug. et Urb. Forsan ante δέκατον inseri articulus τὸ debuerat. [b] ἐπ' ἶσον Reg. D. [c] μετὰ τῆς κριθοφαγίας scripsi ex Gronovii conjectura. Vulgo omnes μετὰ τὴν κριθοφαγίαν. Possis et cum Reiskio κατὰ τὴν vel τοῦ κατὰ τὴν κριθοφαγίαν suspicari.

stes; sperantes, aut recepturos se ea quæ amiserant, aut, si quid evenerit secius, certam ignominiam et contumeliam, a suis imminentem, evitaturos.

XXXVIII. Si quando autem delicta eadem a pluribus contingat admitti, et manipuli quidam universi hoste gravius urgente cesserint loco: ut omnes fuste percutiant aut necent, non est moris illorum; sed remedium ei rei invenerunt utile juxta ac terribile. Tribunus [*vel potius* Imperator] enim, advocata concione, desertores in medium producit, eosque atroci oratione increpat: qua finita, modo quinque sortitur, modo octo, modo viginti; atque, ut verbo complectar, id semper agit, ut, *pro numero noxiorum, decimus quisque* fere eorum capiatur. Hos inquam ex omnibus, qui ignave se gesserunt, arbitrio sortis seligit: et, qui designati sorte sunt, eos inexorabiliter fustuarii supplicio, quod ante descripsimus, afficit: reliquis hordeum pro tritico admetitur, et extra castra et munitionem castrorum tendere eos jubet. Atque ita, quum periculum et metus sortis ex æquo omnibus impendeat, (quandoquidem nemo scit, in quem ea sit casura,) ignominiosa autem notatio et hordei di-

θοφαγίας ὁμοίως συμβαίνοντος περὶ πάντας, τὸ δυνατὸν
ἐκ τῶν ἐθισμῶν εἴληπται καὶ πρὸς κατάπληξιν καὶ
διόρθωσιν τῶν συμπτωμάτων.

Præmia militaria.

XXXIX. Καλῶς δὲ καὶ τοὺς νέους ἐκκαλοῦνται πρὸς
τὸ κινδυνεύειν. Ἐπειδὰν γὰρ γένηταί τις χρεία, καί τινες 2
αὐτῶν ἀνδραγαθήσωσι, συναγαγὼν ὁ στρατηγὸς ἐκκλη-
σίαν τοῦ στρατοπέδου, καὶ παραστησάμενος τοὺς δόξαν-
τάς τι πεπραχέναι διαφέρον, πρῶτον μὲν ἐγκώμιον ὑπὲρ
ἑκάστου λέγει περί τε τῆς ἀνδραγαθίας, κἄν τι κατὰ
τὸν βίον αὐτοῖς ἄλλο συνυπάρχῃ τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης
ἄξιον. μετὰ δὲ ταῦτα, τῷ μὲν τρώσαντι πολέμιον, 3
γαῖσον δωρεῖται· τῷ δὲ καταβαλόντι καὶ σκυλεύσαντι,
τῷ μὲν πεζῷ, φιάλην, τῷ δ' ἱππεῖ, φάλαρα· ἐξ ἀρχῆς
δὲ γαῖσον μόνον. τυγχάνει δὲ τούτων, οὐκ ἐὰν ἐν παρα- 4
τάξει τις ἢ πόλεως καταλήψει τρώσῃ τινὰς ἢ σκυλεύσῃ
τῶν πολεμίων· ἀλλ' ἐὰν ἐν ἀκροβολισμοῖς, ἤ τισιν
ἄλλοις τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς, μηδεμιᾶς ἀνάγκης
οὔσης κατ' ἄνδρα κινδυνεύειν, αὐτοί τινες ἑκουσίως καὶ
κατὰ προαίρεσιν αὑτοὺς εἰς τοῦτο διδόασιν. Τοῖς δὲ, 5
πόλεως καταλαμβανομένης, πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνα-
βᾶσι χρυσοῦν δίδωσι στέφανον. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς 6
ὑπερασπίσαντας καὶ σώσαντάς τινας τῶν πολιτῶν ἢ
συμμάχων, ὅ τε στρατηγὸς ἐπισημαίνεται δώροις· [d] οἵ

[d] οἵ τε χιλίαρχοι. Forte sic refingendum censuit Gronovius: οἵ τε σωθέντες, ἐὰν μὲν ἑκόντες ποιῶσιν· εἰ δὲ μὴ, οἱ χιλίαρχοι κρίναντες συναναγκ.

mensio pro tritico ad omnes pariter pertineat; hoc instituto, quam maxime poterat fieri, consultum est utrique rei, ut et terror injiciatur, et acceptum detrimentum sarciretur.

XXXIX. Præclare vero etiam juventutem ad pericula subeunda excitant. Nam ubi prælium aliquod est commissum, ac juvenes aliqui fortiter se gesserunt; imperator, advocato in concionem exercitu, productos prope se eos, quorum præ ceteris virtus insignis exstitit, primum quidem singulos laudat a fortitudine, et si quid aliud in eorum vita fuerit, quod commemorari cum ipsorum laude queat: deinde, ei, qui hostem vulneraverit, *hastam* donat: qui prostraverit et spolia detraxerit, pediti quidem *pateram*, equiti vero *phaleras:* quamquam olim hasta sola præmium erat. Ceterum ista consequitur, non qui in justo prælio signis collatis dimicans, aut in capienda urbe, aliquos hostes sauciaverit vel spoliaverit; verum qui in velitationibus cum hoste, aut aliis ejusmodi occasionibus, ubi nulla necessitas dimicare viritim cogit, ipsi suamet sponte ac propria voluntate eo descenderint. At quoties urbs capitur, *auream* iis *coronam*, qui primi muros conscenderint, donat. Similiter vero etiam eos, qui vel cives vel socios propugnaverint et servaverint, imperator

τε χιλίαρχοι τοὺς σωθέντας, ἐὰν μὲν ἑκόντες ποιῶσιν· Præmia
εἰ δὲ μὴ, κρίναντες συναναγκάζουσι τὸν σώσαντα στε- militaria.
7 φανοῦν. σέβεται δὲ τοῦτον καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ
σωθεὶς, ὡς πατέρα, καὶ πάντα δεῖ τούτῳ ποιεῖν αὐτὸν,
8 ὡς τῷ γονεῖ. Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης παρορμήσεως οὐ
μόνον τοὺς ἀκούοντας καὶ παρόντας ἐκκαλοῦνται πρὸς
τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις ἅμιλλαν καὶ ζῆλον, ἀλλὰ καὶ
9 τοὺς ἐν οἴκῳ μένοντας. οἱ γὰρ τυχόντες τῶν τοιούτων
δωρεῶν, χωρὶς τῆς ἐν τοῖς στρατοπέδοις εὐκλείας, καὶ
τῆς ἐν οἴκῳ παραχρῆμα φήμης, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον
τὴν εἰς τὴν πατρίδα, τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύ-
ουσι, διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ
10 τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις· ἔν τε ταῖς
οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ
σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν
11 ἀρετῆς. Τοιαύτης δ' ἐπιμελείας οὔσης καὶ σπουδῆς
περί τε τὰς τιμὰς καὶ τιμωρίας τὰς ἐν τοῖς στρατοπέ-
δοις· εἰκότως καὶ τὰ τέλη τῶν πολεμικῶν πράξεων
12 ἐπιτυχῆ καὶ λαμπρὰ γίγνεται δι' αὐτῶν. Ὀψώνιον δ' Stipen-
οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολοὺς, οἱ δὲ dium.
13 ταξίαρχοι διπλοῦν, οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν. σιτομετροῦν-
ται δ' οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη
μάλιστά πως· οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους
14 εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν

donis insignit: et, qui servati fuerunt, solent ultro, sin minus, tribuno post caussæ cognitionem cogente, *servatorem suum coronare.* Atque adeo per omnem vitam is, qui servatus est, illum *pro parente colit*, omniaque ei tenetur præstare, quæ filius patri. Hujusmodi autem stimulatione non eos tantum, qui præsentes audiunt, ad pericula certatim et cum æmulatione adeunda excitant; sed eos etiam, qui sunt domi. Nam qui donis hoc genus sunt donati, præter gloriam qua fruuntur in castris, et famam quam domi statim consequuntur, hoc amplius, reversi in patriam, solennes pompas honorum insignibus conspicui celebrant: nam ejusmodi ornamenta gestare solis licet iis, qui virtutis caussa ab imperatore fuerint iisdem honestati. Tum vero in maxime conspicuis ædium suarum locis spolia hostibus detracta defigunt; ut sint monumenta ac testimonia suæ virtutis. Qui igitur et pœnas et præmia militaria tanta cura ac studio dispensent; merito, quoties bella suscipiunt, læto atque illustri fine ea terminant. *Stipendii* nomine pedites in diem accipiunt binos obolos, centuriones duplum, equites drachmam. Admetiuntur vero peditibus quidem tritici partes fere duas medimni Attici: equitibus vero hordei in mensem septenos medimnos; tritici vero binos. Sociorum peditibus par mensura datur ac Romanis: equitibus,

πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ
τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. δίδοται δὲ τοῖς μὲν 15
συμμάχοις τοῦτ' ἐν δωρεᾷ· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τοῦ τε
σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἄν τινος ὅπλου προσδεηθῶσι,
πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν
ὀψωνίων ὑπολογίζεται.

Agmen.

XL. Τὰς δ' ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἀναστρατοπεδείας
ποιοῦνται τὸν τρόπον τοῦτον. Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνῃ, 2
καταλύουσι τὰς σκηνὰς, καὶ συντιθέασι τὰ φορτία
πάντες· οὔτε δὲ καθελεῖν ἔξεστιν, οὔτ' ἀναστῆσαι πρό-
τερον οὐδένα τῆς τῶν χιλιάρχων καὶ τοῦ στρατηγοῦ
σκηνῆς. ὅταν δὲ τὸ δεύτερον, ἀνατιθέασι τὸ σκευοφόρα 3
τοῖς ὑποζυγίοις. ἐπὰν δὲ τὸ τρίτον σημήνῃ, προάγειν
δεῖ τοὺς πρώτους, καὶ κινεῖν τὴν ὅλην παρεμβολήν. Εἰς 4
μὲν οὖν τὴν πρωτοπορείαν, ὡς ἐπίπαν, τάττουσι τοὺς
ἐπιλέκτους. τούτοις δὲ τὸ τῶν συμμάχων δεξιὸν ἐπι-
βάλλει κέρας. ἑξῆς δὲ τούτοις ἕπεται τὰ τῶν προειρη-
μένων ὑποζύγια. τῇ δὲ τούτων πορείᾳ τὸ πρῶτον τῶν 5
Ῥωμαϊκῶν ἀκολουθεῖ στρατόπεδον, ἔχον ὄπισθεν τὴν
ἰδίαν ἀποσκευήν. ἔπειτα κατακολουθεῖ τὸ δεύτερον 6
στρατόπεδον, ἑπομένων αὐτῷ τῶν ἰδίων ὑποζυγίων, καὶ
τῆς τῶν συμμάχων ἀποσκευῆς, τῶν [e] ἀπὸ τῆς οὐραγίας
τεταγμένων. τελευταῖον γὰρ ἐν τῇ πορείᾳ τάττεται
τὸ τῶν συμμάχων εὐώνυμον κέρας. Οἱ δ' ἱππεῖς ποτὲ 7

[e] ἐπὶ τῆς οὐρ. malim cum Reisk.

tritici medimnus unus cum triente, hordei quinque medimni. Atque hoc sociis quidem gratis donatur; Romanis vero sive frumentum sive vestis tribuatur, aut etiam si quibus armis denuo opus habuerint, horum omnium certa pretia quæstor de stipendio deducit.

XL. *Profectionem e castris* hoc modo instituunt. Simul datum est primum signum, tentoria omnes detendunt, et vasa colligunt. Ceterum neque auferre, neque detendere suum cuiquam tabernaculum prius fas est, quam tribunorum et imperatoris fuerint tensa aut detensa. Ubi autem editum iterum est signum, sarcinas jumentis imponunt. Denique tertio dato signo, primos oportet procedere, et tota castra movere. Et in primo quidem agmine ut plurimum extraordinarios locant. Succedit his sociorum ala dextra: eosque continuo sequuntur prædictorum impedimenta. Horum agmen prima legio Romana excipit, suas a tergo sarcinas habens. Pone hos it secunda legio, sequentibus propriis jumentis, et eorum sociorum impedimentis, qui universum agmen cogunt: nam in novissimo agmine læva sociorum locatur ala. Equites modo suam quisque partem a tergo

μὲν ἀπουραγοῦσι τοῖς αὐτῶν [f]ἕκαστοι μέρεσι· ποτὲ δὲ Agmen.
παρὰ τὰ ὑποζύγια πλάγιοι παραπορεύονται, συνέχοντες
ταῦτα, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τούτοις παρασκευάζοντες.
8 Προσδοκίας δ' οὔσης κατὰ τὴν οὐραγίαν, τὰ μὲν ἄλλα
παρ' αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· αὐτοὶ δ' οἱ τῶν
συμμάχων ἐπίλεκτοι τὴν οὐραγίαν ἀντὶ τῆς πρωτο-
9 πορείας μεταλαμβάνουσι. Παρὰ δὲ μίαν ἡμέραν τὰ
μὲν ἡγεῖται τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν κεράτων, τὰ δ'
αὐτὰ πάλιν ἕπεται ταῦτα κατόπιν, ἵνα τῆς περὶ τὰς
ὑδρείας καὶ σιτολογίας ἀκεραιότητος πάντες ἐπ' ἴσον
[g]κοινωνῶσι, μεταλαμβάνοντες ἀεὶ τὴν ἐπὶ τῆς πρωτοπο-
10 ρείας ἐναλλὰξ τάξιν. Χρῶνται δὲ καὶ ἑτέρῳ γένει
πορείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι τῶν καιρῶν, ἐὰν ἀναπεπτα-
11 μένους ἔχωσι τόπους. ἄγουσι γὰρ τριφαλαγγίαν παρ-
άλληλον τῶν Ἁστάτων καὶ Πριγκίπων καὶ Τριαρίων,
τάττοντες τὰ τῶν ἡγουμένων σημαιῶν ὑποζύγια πρὸ
πάντων, ἐπὶ δὲ ταῖς πρώταις σημαίαις τὰ τῶν δευτέρων,
ἐπὶ δὲ ταῖς δευτέραις τὰ τῶν τρίτων, καὶ κατὰ λόγον
12 οὕτως ἐναλλὰξ ἀεὶ τιθέντες τὰ ὑποζύγια ταῖς σημαίαις.
οὕτω δὲ συντάξαντες τὴν πορείαν, ἐπειδὰν προσπίπτῃ τι
τῶν δεινῶν, ποτὲ μὲν παρ' ἀσπίδα κλίναντες, ποτὲ δ'
ἐπὶ δόρυ, προάγουσι τὰς σημαίας ἐκ τῶν ὑποζυγίων
13 πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. λοιπὸν, ἐν βραχεῖ
χρόνῳ καὶ μιᾷ κινήσει, τὸ μὲν τῶν ὁπλιτῶν σύστημα

[f] ἕκαστοι correxi cum Reisk. Vulgo omnes ἕκαστος. [g] κοινωνοὶ Urb. Aug. Reg. D. Oxon. quod ex κοινωνοῖεν decurtatum videtur.

consequuntur, modo ad latera jumentis adequitant, continentes ea et securitatem præstantes. Ubi vero a tergo hostis exspectatur, de cetero ordine nihil mutantes, solos extraordinarios sociorum a primo agmine ad ultimum traducunt. Alternis autem diebus et legionum et alarum altera præcedit, eædemque rursus subsequuntur; ut ex æquo omnes aquatione ac pabulatione integra fruantur, primum in agmine locum suam quisque vicem perpetuo occupantes. Est et alius itineris faciendi modus, quo utuntur, quando periculum ab hoste imminet, ac patentia nacti sunt loca. Hastatos enim, Principes ac Triarios, tribus seriebus juxta se invicem incedentes ducunt: jumenta autem manipulorum, qui ceteris præeunt, ante omnes locunt; tum primis manipulis jumenta secundorum subjiciunt; secundis, tertiorum: atque sic continue impedimenta ordinesque alternatim locant. Hac ratione autem composito agmine, si quid ingruat periculi, modo ad lævam, modo ad dextram agmen convertentes, manipulos extra jumenta in eam partem educunt, unde hostis apparuerit. Atque ita brevi tempore

Agmen.

λαμβάνει παρατάξεως διάθεσιν, ἐὰν μή ποτε προσ-
εξελίξαι δέῃ τοὺς Ἀστάτους· τὸ δὲ τῶν ὑποζυγίων καὶ 14
τῶν παρεπομένων τούτοις πλῆθος, ὑπὸ τοὺς παρατε-
ταγμένους ὑπεσταλκὸς, ἔχει τὴν καθήκουσαν χώραν
πρὸς τὸν κίνδυνον.

Castrametatio in itinere.

XLI. Ὅταν δὲ κατὰ τὰς πορείας [h]ἐγγίζωσι τοῦ
στρατοπεδεύειν, προπορεύονται χιλίαρχος, καὶ τῶν τα-
ξιαρχῶν οἱ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀεὶ προχειρισθέντες. οἵ 2
τινες, ἐπειδὰν συνθεάσωνται τὸν ὅλον τόπον, οὗ δεῖ
στρατοπεδεύειν, ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον μὲν διέλαβον τὴν
τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν οὗ δεήσει θεῖναι κατὰ τὸν ἄρτι
λόγον, καὶ παρὰ ποίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν τῆς
περὶ τὴν σκηνὴν περιστάσεως παρεμβαλεῖν τὰ στρατό-
πεδα. τούτων δὲ προκριθέντων, διαμετροῦνται τὴν περί- 3
στασιν τῆς σκηνῆς· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν εὐθεῖαν, ἐφ᾽ ἧς
αἱ σκηναὶ τίθενται τῶν χιλιάρχων· ἑξῆς δὲ τὴν [i]ταύτης
παράλληλον, ἀφ᾽ ἧς ἄρχεται τὰ στρατόπεδα παρεμ-
βάλλειν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς σκηνῆς 4
κατεμετρήσαντο γραμμαῖς, περὶ ὧν ὑπεδείξαμεν ἄρτι
διὰ πλειόνων κατὰ μέρος. Γενομένων δὲ τούτων ἐν 5
βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν καταμέτρησιν,
ὡς ἁπάντων ὡρισμένων καὶ συνήθων ὄντων [k]διαστημάτων·
[l]μετὰ δὲ ταῦτα σημαίαν ἔπηξαν μίαν μὲν καὶ πρώτην, 6

[h] ἐγγίζωσι τοῦ στρατοπ. Articulum ex conject. inserui: abest vulgo et alia fortasse verba quædam interciderunt. [i] ταύτῃ παράλληλον malim cum Gron. [k] Fors. τῶν διαστημ. ut placuit Reiskio. [l] Particulam δὲ aut deletam aut in δὴ mutatum voluit Reisk.

et motu unico, cum armatorum manus in acie reperitur instructa, (nisi forte insuper oporteat Hastatos subduci;) tum jumenta et omnis multitudo, quæ castra sequitur, seducta pone terga stantium in acie, commodam adversus pericula stationem obtinent.

XLI. Postquam prope illum locum *agmen* pervenit, ubi *castra* sunt facienda; præcedunt tribunus et illi ex centurionibus, qui pro tempore ad eam rem designati sunt. Hi locum universum, ubi metari oportet, contemplati, ante omnia convenientem prætorio sedem, prout ante diximus, capiunt: et, ad quem aspectum latusve spatii prætorium ambientis locandæ sint legiones, dispiciunt. Quæ ubi delecta sunt loca, prætorii ambitum dimetiuntur: deinde rectam illam, ad quam tribunorum tentoria defiguntur: denique aliam lineam rectam, huic parallelam, unde incipit metatura legionum. Similiter etiam spatium illud, quod ab altera parte est prætorii, lineis dimetiuntur, de quibus jam paulo ante pluribus exposuimus. His brevi tempore expeditis, utpote facili dimensione, quum omnia intervalla sint definita, et ex familiari usu nota; mox vexillum defigere so-

ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ τίθεσθαι τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνήν, Castra metatio in itinere.
δευτέραν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς προκριθείσης πλευρᾶς, τρίτην
ἐπὶ μέσης τῆς γραμμῆς ἐφ' ἧς οἱ χιλίαρχοι σκη-
7 νοῦσι, τετάρτην, παρ' ἣν τίθενται τὰ στρατόπεδα. καὶ
ταύτας μὲν ποιοῦσι [m] φοινικᾶς, τὴν δὲ τοῦ στρατηγοῦ
λευκήν. τὰ δ' ἐπὶ θάτερα ποτὲ μὲν ψιλὰ δόρατα
πηγνύουσι, ποτὲ δὲ σημαίας ἐκ τῶν ἄλλων χρωμάτων.
8 γενομένων δὲ τούτων, ἑξῆς τὰς ῥύμας διεμέτρησαν, καὶ
9 δόρατα κατέπηξαν ἐφ' ἑκάστης ῥύμης. Ἐξ ὧν εἰκότως,
ὅταν ἐγγίσῃ τὰ στρατόπεδα κατὰ τὰς πορείας, καὶ
[n] γίγνηται εὐσύνοπτος ὁ τόπος τῆς παρεμβολῆς, εὐθέως
ἅπαντα γίγνεται πᾶσι γνώριμα, τεκμαιρομένοις καὶ
συλλογιζομένοις ἀπὸ τῆς τοῦ στρατηγοῦ σημαίας.
10 λοιπὸν, ἑκάστου σαφῶς γινώσκοντος, ἐν ποίᾳ ῥύμῃ καὶ
ποίῳ τόπῳ τῆς ῥύμης σκηνοῖ, διὰ τὸ πάντας ἀεὶ τὸν
αὐτὸν τόπον ἐπέχειν τῆς στρατοπεδείας, γίγνεταί τι
παραπλήσιον, οἷον, ὅταν εἰς πόλιν εἰσίῃ στρατόπεδον
11 ἐγχώριον. καὶ γὰρ ἐκεῖ διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν,
εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι, καὶ παραγίγνονται πρὸς τὰς
ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπτώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ
μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν αὐτοῖς ἡ κατά-
12 λυσις. τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ περὶ τὰς Ῥω-
μαϊκὰς συμβαίνει στρατοπεδείας.

[m] φοινικίας Aug. Urb. [n] γίνητ' εὐσύνοπτὸς Reg. D. Oxon. Med. quod ex γίνηται σύνοπτος ortum videtur.

lent, unum quidem et primum eo loco, ubi prætorium est ponendum, alterum in electo latere, tertium in medio ejus lineæ, ad quam tribuni tendunt, quartum in ea, ad quam legiones metantur. Et cetera quidem punicea statuunt: at imperatorium vexillum est album. Ab altera parte prætorii modo nudas hastas defigunt, modo vexilla ex aliis coloribus. His factis, vias deinde dimetiuntur, et in singulis earum hastas figunt. Ita fit, ut, simul ac appropinquarunt legiones, et locus castrorum potest conspici, omnia confestim omnibus sint nota, vexillo imperatoris pro indicio utentibus ex quo cetera intelligunt. Denique quum nemo sit, quin sciat, in qua striga et qua strigæ parte tendat, quia semper eumdem singuli locum in castris occupant; simile quid evenit, ut cum urbem suæ regionis ingreditur exercitus aliquis. Tunc enim recta a portis divertentes alius alio progrediuntur, et ad suas habitationes sine errore perveniunt, quia et in universum, et per partes norunt, in qua regione proprium cujusque sit diversorium. Simile, inquam, his est, quod in Romanorum castrametatione usu venit.

Melior Romanorum ratio, quam Græcorum.

XLII. Ἡ, καὶ δοκοῦσι Ῥωμαῖοι, καταδιώκοντες τὴν
ἐν τούτοις εὐχέρειαν, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς
Ἕλλησι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἐν 2
τῷ στρατοπεδεύειν ἡγοῦνται κυριώτατον, τὸ κατακολου-
θεῖν ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ὀχυρότησιν· ἅμα μὲν
ἐκκλίνοντες τὴν περὶ τὰς ταφρείας ταλαιπωρίαν, ἅμα
δὲ νομίζοντες, οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειροποιήτους ἀσφα-
λείας ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρ-
χούσαις ὀχυρότησιν. διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης 3
παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμ-
βάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, τά τε μέρη μεταλλάττειν
ἄλλοτε [o]πρὸς ἄλλους καὶ ἀκαταλλήλους τόπους. ἐξ 4
ὧν [p]ἄστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν
καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας.
Ῥωμαῖοι δὲ τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν καὶ 5
τἄλλα τὰ παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται
χάριν τῆς εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν
καὶ τὴν αὐτὴν αἰεὶ παρεμβολήν. Τὰ μὲν οὖν ὁλοσχε- 6
ρέστερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας, καὶ
μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολάς, ταῦτ' ἐστίν.

[o] πρὸς ἄλλους καὶ ἀκαταλλήλους ex Reisk conject. dedi. Vulgo πρὸς ἀλλήλους καὶ καταλλήλους. Sed Reg. D. πρὸς ἄλλους καὶ καταλλήλους. [p] ἄστατον correxit Casaub. cum libri darent ἀνάστατον.

XLII. Quod autem hanc facilitatem in ponendis castris spectant *Romani*, in eo quidem maxime *contrariam Græcis viam* mihi videntur insistere. Græci enim quoties metantur castra, maximum momentum in eo ponunt, ut loca sequantur a natura munita; simul laborem ducendæ fossæ fugientes, simul quia non æqualiter fidunt arte factis munitionibus, et iis, quas ipsa locorum natura exhibet. Ea propter cum in universorum castrorum positione coguntur figuram quamlibet assumere, dum locis obsequuntur, tum partes quoque ipsas variare aliter atque aliter pro ingenio loci. Unde evenit, ut in metandis castris nemo certus sit de loco aut suo privatim, aut ordinis sui. At Romani et ducendæ fossæ laborem et vexationes id genus alias eo consilio sustinent, ut faciliori ratione constent omnia, utque nota et unica eademque semper castrametatione utantur. Atque hæc quidem, *militiæ Romanæ rationem* quod attinet, et *castrorum maxime positionem*, per summa rerum capita dicta sunto.

VI.

Σύγκρισις τοῦ Λακώνων καὶ Καρχηδονίων Ῥωμαίων τε πολιτεύματος.

* * *

[q] XLIII. ΣΧΕΔΟΝ δὴ πάντες οἱ συγγραφεῖς περὶ Respublicæ
τούτων ἡμῖν τῶν πολιτευμάτων παραδεδώκασι τὴν ἐπ' veteribus
ἀρετῇ φήμην, περί τε τοῦ Λακεδαιμονίων, καὶ Κρητῶν, celebratæ.
καὶ Μαντινέων, ἔτι δὲ Καρχηδονίων· ἔνιοι δὲ καὶ περὶ
τῆς Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων πολιτείας πεποίηνται μνή-
2 μην. Ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ· τὴν δ' Ἀθηναίων καὶ
Θηβαίων οὐ [r] πάνυ τι πολλοῦ προσδεῖσθαι πέπεισμαι
λόγου, διὰ τὸ μήτε τὰς αὐξήσεις ἐσχηκέναι κατὰ
λόγον, μήτε τὰς ἀκμὰς ἐπιμόνους, μήτε τὰς μετα-
3 βολὰς [s] ἐνηλλαχέναι μετρίως· ἀλλ', ὥσπερ ἐκ προσ-
παίου τινὸς τύχης σὺν καιρῷ λάμψαντας, τὸ δὴ λεγό-
μενον, ἔτι δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας εὐτυχεῖν,
4 τῆς ἐναντίας πεῖραν εἰληφέναι μεταβολῆς. Θηβαῖοι Thebanorum resp. per se nihil præstantiæ habuit.
μὲν γὰρ, τῇ Λακεδαιμονίων ἀγνοίᾳ, καὶ τῷ τῶν συμ-
μάχων πρὸς αὐτοὺς μίσει συνεπιθέμενοι, διὰ τὴν ἑνὸς
ἀνδρὸς ἀρετὴν, ἢ καὶ δευτέρου, τῶν τὰ προειρημένα
συνιδόντων, περιεποιήσαντο παρὰ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπ'

[q] Caput hoc cum seqq. in ed. Herv. et plerisque Codd. hunc Titulum habet: Περὶ δυναστειῶν καὶ οἷα καλλίστη. [r] πάνυ τι dedit Urb. Ceteri vulgo πάνυ τοι. In eis, quæ præcedunt, quamvis turbata paulisper videantur, consentiunt libri. [s] ἐνηλλάχθαι Aug.

VI.

Reipublicæ Romanæ cum aliis, præcipue cum Laconica et Carthaginiensi, collatio.

* * *

XLIII. OMNES fere scriptores *Respublicas virtute præstantes* memoriæ prodiderunt hasce, *Lacedæmoniorum*, *Cretensium*, *Mantinensium*, itemque *Carthaginiensium*: fuere et qui *Atheniensium* reip. ac *Thebanorum* facerent mentionem. At ego quidem illas missas facio: *Atheniensem* vero atque *Thebanam* longa disquisitione opus non habere censeo: ut quæ neque incrementa rationi congrua sunt nactæ, neque, cum floruerunt, in eo statu manserunt diu, neque mutationibus moderate factis sunt usæ. Hi enim populi, ubi repentina quadam fortuna per occasionem fulsissent, quod dici solet, dum adhuc crederentur splendorem suum cum maxime obtinere, et in posterum obtenturi, mutationem in contrarium sunt experti. Nam *Thebani* quidem, ad aggrediendum Lacedæmonios occasione usi, quam horum stultitia et sociorum in eos odium ipsis dabat, virtute unius aut alterius viri, qui ea, quæ modo dixi, intellexerant, virtutis opinionem ac famam apud Græcos sibi pepererunt. Quod enim

ἀρετῇ φήμην. Ὅτι γὰρ οὐχ ἡ τῆς πολιτείας σύστασις 5
αἰτία τότε ἐγένετο Θηβαίοις τῶν εὐτυχημάτων, ἀλλ' ἡ
τῶν προεστώτων ἀνδρῶν ἀρετὴ, παρὰ πόδας ἡ τύχη
τοῦτο πᾶσιν ἐποίησε δῆλον. καὶ γὰρ συνηυξήθη, καὶ 6
συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε
Ἐπαμινώνδου καὶ τοῦ Πελοπίδου βίῳ προφανῶς. ἐξ 7
ὧν οὐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας, ἡγη-
τέον τῆς τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπι-
φανείας.

Atheniensium resp. similis navi sine præfecto.

XLIV. Τὸ δὲ παραπλήσιον καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων
πολιτείας διαληπτέον. καὶ γὰρ αὕτη, πλεονάκις μὲν 2
ἴσως, ἐκφανέστατα δὲ τῇ Θεμιστοκλέους ἀρετῇ συναν-
θήσασα, ταχέως τῆς ἐναντίας μεταβολῆς ἔλαβε πεῖραν
διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς φύσεως. ἀεὶ γάρ ποτε τὸν τῶν 3
Ἀθηναίων δῆμον παραπλήσιον εἶναι συμβαίνει τοῖς ἀδε-
σπότοις σκάφεσι. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, ὅταν μὲν ἢ διὰ 4
πολεμίων φόβον, ἢ διὰ περίστασιν χειμῶνος, ὁρμὴ πα-
ραστῇ τοῖς ἐπιβάταις συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν
τῷ κυβερνήτῃ, γίγνεται τὸ δέον ἐξ αὐτῶν διαφερόντως.
ὅταν δὲ θαῤῥήσαντες ἄρξωνται καταφρονεῖν τῶν προε- 5
στώτων, καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ μηκέτι
δοκεῖν πᾶσι ταὐτά· τότε δὴ, τῶν μὲν ἔτι πλεῖν προαι- 6
ρουμένων, τῶν δὲ κατεπειγόντων ὁρμίζειν τὸν κυβερνήτην,
καὶ τῶν μὲν [t]ἐκσειόντων τοὺς κάλους, τῶν δ' ἐπιλαμβα-

[t] ἐκσυρόντων Casaub. invitis MStis.

rebus feliciter tunc gestis non ipsa *Reipublicæ Thebanæ* forma caussam præbuerit, sed eorum virtus qui rebus præerant; e vestigio fortuna manifestum omnibus fecit. Palam enim est, et incrementum, et florem suum, et finem res Thebanorum habuisse intra illud spatium temporis, quo *Epaminondas* et *Pelopidas* vixerunt. Quare splendorem illum ac decus, quo enituere tunc Thebani, non civitati ipsorum, sed illis viris, par est adscribere.

XLIV. Idem et de *Republica Atheniensium* est existimandum: quæ sæpius quidem fortasse, verum excellenter tum floruit, quamdiu *Themistoclis* virtute sustentabatur; sed brevi semper, propter naturæ suæ inconstantiam, contrariam fortunam experta est. Semper enim *populus Atheniensium navibus præfecto carentibus* est *similis:* in quibus, quoties aut propter metum hostium, aut ob sævientis tempestatis periculum, vectoribus voluntas incessit in unum consentiendi et gubernatori parendi, suo quisque officio eximie funguntur omnes: postquam vero resumtis animis aspernari rectores cœperunt, et, aliis alia autumantibus, sententiis inter se dissidere; tum enimvero, ubi pars navigationem cupit persequi, pars instat acriter gubernatori ut navem aliquo ejiciat, aliis ru-

νομένων, καὶ στέλλεσθαι παρακελευομένων, αἰσχρὰ μὲν
πρόσοψις γίγνεται τοῖς ἔξωθεν θεωμένοις, διὰ τὴν ἐν
ἀλλήλοις διαφορὰν καὶ στάσιν· ἐπισφαλὴς δὲ ἡ διά-
7 θεσις τοῖς μετασχοῦσι καὶ κοινωνήσασι τοῦ πλοῦ. διὸ
καὶ πολλάκις, διαφυγόντες τὰ μέγιστα πελάγη καὶ
τοὺς ἐπιφανεστάτους χειμῶνας, ἐν τοῖς λιμέσι καὶ πρὸς
8 τῇ γῇ ναυαγοῦσιν. ὃ δὴ καὶ τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ
πλεονάκις ἤδη συμβέβηκε. διωσαμένη γὰρ ἐνίοτε τὰς
μεγίστας καὶ δεινοτάτας περιστάσεις διά τε τὴν τοῦ
δήμου καὶ τὴν τῶν προεστώτων ἀρετὴν, ἐν ταῖς ἀπερι-
στάτοις ῥαστώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίοτε [u]σφάλ-
9 λεται. Διὸ καὶ περὶ μὲν ταύτης τε καὶ τῆς τῶν
Θηβαίων οὐδὲν δεῖ πλείω λέγειν, ἐν αἷς ὄχλος χειρίζει
τὰ ὅλα κατὰ τὴν ἰδίαν ὁρμὴν, ὁ μὲν ὀξύτητι καὶ πικρίᾳ
διαφέρων, ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμπεπαιδευμένος.

Athenis et Thebis turba hominum dominatur.

XLV. Ἐπὶ δὲ τὴν Κρητῶν μεταβάντες, ἄξιον ἐπι-
στῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν
ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης,
Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν
τῇ Λακεδαιμονίων· δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν
2 ἀποφαίνουσιν. ὧν οὐδέτερον ἀληθές εἶναί μοι δοκεῖ·
3 σκοπεῖν δ' ἐκ τούτων πάρεστι. Καὶ πρῶτον ὑπὲρ τῆς
ἀνομοιότητος [x]διέξιμεν. Τῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων

Cretensium respublica perperam confertur cum Laconica.

Instituta Laconica.

[u] Fors. ἔσφαλται legendum cum Reisk.   [x] διέξειμεν Aug. διεξίωμεν Reg. E.

dentes explicantibus, aliis manu injecta inhibentibus, et contrahere jubentibus; tum vero rixæ istæ atque turbæ et extrinsecus spectantibus fœdum exhibent spectaculum, et in periculum adducunt hos qui intus navigationem participant. Fitque adeo persæpe, ut, qui vastissima eluctati fuerint maria et tempestates maxime insignes, in ipso portu et ad terram naufragium faciant. Quod sane *Atheniensium* reip. sæpius jam evenit: hæc enim, propulsatis interdum populi et principum civitatis virtute maximis gravissimisque periculis, nescio qua temeritate et præter omnem rationem, in facillimo rerum cursu, ubi nullum erat periculum, subinde impegit. Itaque de *republ. Atheniensium ac Thebanorum*, ubi proprium secuta impetum regit omnia atque administrat *turba hominum*, apud illos quidem præcipiti et amarulento præ ceteris ingenio præditorum, apud hos violentiæ et iræ innutritorum, nihil attinet plura proferre.

XLV. Nunc ad *Cretensium remp.* conversa oratione, duo circa illam considerare nos operæ pretium fuerit, quæ sunt ab eruditissimis scriptoribus antiquis prodita, *Ephoro*, *Xenophonte*, *Callisthene*, *Platone:* qui illud primo dixerunt, *similem hanc esse atque adeo eamdem cum Spartana;* deinde *laude dignam* pronuntiarunt. Quorum neutrum mihi quidem videtur esse verum: ceterum ex iis, quæ dicemus, erit uniuscujusque æstimatio. Ac primum quidem *de dissimilitudine* agemus. Nempe *Lacedæmoniorum* reipub.

πολιτείας ἴδιον εἶναί φασι, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις, ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλεῖον, ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς
χώρας. δεύτερον δὲ, τὰ περὶ τὴν τοῦ διαφόρου [y]τίμησιν· 4
ἧς εἰς τέλος ἀδοκίμου παρ' αὐτοῖς ὑπαρχούσης, ἄρδην ἐκ τῆς πολιτείας ἀνῃρῆσθαι συμβαίνει τὴν περὶ τὸ
πλεῖον καὶ τοὔλαττον φιλοτιμίαν. τρίτον, παρὰ Λακε- 5
δαιμονίοις οἱ μὲν βασιλεῖς ἀΐδιον ἔχουσι τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ προσαγορευόμενοι Γέροντες διὰ βίου, δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν.

Contraria instituta Cretensium.

XLVI. Παρὰ δὲ [z]Κρηταιεῦσι πάντα τούτοις ὑπάρχει τἀναντία· τὴν τε γὰρ χώραν κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἐφιᾶσιν οἱ νόμοι, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς ἄπειρον κτᾶσθαι·
τό τε διάφορον ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τοσοῦτον, 2
ὥστε μὴ μόνον ἀναγκαίαν, ἀλλὰ καὶ καλλίστην εἶναι
δοκεῖν τὴν τούτου κτῆσιν. [a]καθόλου δ' ὁ περὶ τὴν αἰσχρο- 3
κέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων
ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος. καὶ μὴν τὰ 4
κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι, καὶ δημο-
κρατικὴν ἔχει διάθεσιν. Ὥστε πολλάκις διαπορεῖν, 5
πῶς ἡμῖν περὶ τῶν [b]τὴν ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων, ὡς οἰκείων καὶ συγγενῶν ὄντων ἀλλήλοις, ἐξηγγέλκασι.

[y] κτῆσιν Urb. Aug. Reg. D. E. Oxon. iidem deinde. [a] καθόλου δ' ὁ Aug.
[z] Κρησὶ Reg. D. E. Oxon. et sic [b] ἐναντίαν τὴν φύσιν Reg. E.

proprium esse aiunt, primum illud circa *fundorum possessiones*, quod in ea parte nemo alium superat, sed omnes cives æqualem publici agri modum necesse est obtinere. Alterum est circa *pecuniæ* et divitiarum æstimationem: nam quum apud illos omnis pecuniæ auctoritas esset ademta; evenit, ut contentio illa funditus e civitate deleretur, quæ ex eo solet manare, quod plus minusve aliquis possideat. Tertio, apud Lacedæmonios *reges* liberique ipsorum perpetuum imperium habent; qui vero dicuntur *Senes*, quoad vivunt: atque isti sunt, quorum auspiciis et consiliis publica omnia negotia tractantur.

XLVI. Atqui apud *Cretenses* contraria horum sunt omnia. Nam et *agri* modum pro cujusque viribus producere in infinitum, quod aiunt, per leges cuique licet: et *pecunia* apud hos adeo fit magni, ut non solum necessaria, verum etiam honestissima censeatur ejus acquisitio. Denique sordidi avarique mores adeo apud illos obtinent, ut ex omnibus hominibus solos *Cretenses* sit invenire, apud quos nullum lucrum turpe censeatur. Accedit, quod *magistratus* in *Creta* sunt annui, et facies reipubl. popularem statum refert. Itaque sæpe nobis in mentem venit dubitare, quomodo res, contrariam naturam sortitas, prodiderint esse adfines inter se atque conjunctas. Qui præter illud, quod tan-

6 Καὶ χωρὶς τοῦ παραβλέπειν τὰς τηλικαύτας διαφορὰς, Resp. Cretensium dissimilis Laconicæ.
καὶ πολὺν δή τινα λόγον ἐν ἐπιμέτρῳ διατίθενται,
φάσκοντες, τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων τὰ
7 συνέχοντα τεθεωρηκέναι· δυοῖν γὰρ ὄντων, δι' ὧν σώζεται
πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τοὺς [b]πολεμίους ἀνδρείας, καὶ
τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας· ἀνῃρηκότα τὴν πλεο-
νεξίαν, ἅμα ταύτῃ συνανῃρηκέναι πᾶσαν ἐμφύλιον δια-
8 φορὰν καὶ στάσιν· ᾗ καὶ Λακεδαιμονίους, ἐκτὸς ὄντας
τῶν κακῶν τούτων, κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων τὰ πρὸς
σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύεσθαι καὶ συμφρονεῖν ταὐτά.
9 Ταῦτα δ' ἀποφηνάμενοι, καὶ θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως
Κρηταιεῖς διὰ τὴν ἔμφυτον σφίσι πλεονεξίαν ἐν πλεί-
σταις [c]ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι καὶ φόνοις καὶ
πολέμοις ἐμφυλίοις ἀναστρεφομένους, οὐδὲν οἴονται πρὸς
σφᾶς εἶναι· θαῤῥοῦσι δὲ λέγειν, ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν
10 πολιτευμάτων. Ὁ δ' Ἔφορος, χωρὶς τῶν ὀνομάτων,
καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς, ὑπὲρ ἑκατέρας
ποιούμενος τῆς πολιτείας ἐξήγησιν· ὥστε, εἴ τις μὴ τοῖς
κυρίοις ὀνόμασι [d]προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν
δύνασθαι διαγνῶναι, περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διή-
11 γησιν. [e]ᾗ μὲν οὖν μοι δοκοῦσι διαφέρειν ἀλλήλων,
ταῦτά ἐστι· ᾗ δὲ πάλιν οὔτ' ἐπαινετὴν, οὔτε ζηλωτὴν

[b] πολέμους Aug. [c] ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν ex conject. edidit Casaubonus. Libri omnes ἐν πλείσταις δὲ κατὰ κοινὸν, excepto Reg. E. in quo est ἐν πλείσταις κατὰ κοινὸν. [d] Vulgo προσέχει. [e] οἷς μὲν Herv. Regii, Med. Oxon. et ora Aug. antiq. manu.

tas hasce diversitates non animadverterunt, longa insuper oratione disputant, dicentes, *solum inter omnes mortales Lycurgum, quæ essent præcipua, vidisse. Quum enim omnis civitas duobus hisce contineatur, fortitudine adversus hostes, consensu inter cives: Lycurgum*, aiunt, *cum avaritiam sustulisset, omnem simul domesticam dissensionem ac seditionem de republica sustulisse: ac propterea Lacedæmonios, hac peste liberatos, rempublicam omnium Græcorum optimam habere, et concordiam inter se colere.* Quæ ubi pronuntiarunt, quum ex comparatione intelligant, *Cretenses*, ob insitam animis ipsorum avaritiam, inter privatas discordias et publicas seditiones cædes ac bella civilia plurimum versari; nihil tamen hoc ad se putant pertinere: audentque affirmare, *similes esse invicem hasce respublicas. Ephorus* vero in describenda utraque republica iisdem etiam verbis est usus, propriis dumtaxat nominibus exceptis; ad quæ si quis minus attenderit, de utra loquatur, dignoscere nullo modo queat. Et differentiæ quidem inter illas mihi videntur esse istæ. At cur *neque laudatione dignam, neque æmulatione Cre-*

ἡγούμεθ' εἶναι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν, νῦν ἤδη διέ-
ξιμεν.

Creticareip. forma minime laudanda.

XLVII. Ἐγὼ γὰρ οἶμαι, δύο ἀρχὰς εἶναι πάσης
πολιτείας, δι' ὧν αἱρετὰς ἢ φευκτὰς συμβαίνει γίγνε-
σθαι τάς τε δυνάμεις αὐτῶν καὶ τὰς συστάσεις· αὗται
δ' εἰσὶν ἔθη, καὶ νόμοι. [f]ὧν τὰ μὲν αἱρετὰ, τούς τε 2
κατ' ἰδίαν βίους τῶν ἀνθρώπων ὁσίους ἀποτελεῖ καὶ
σώφρονας, τό τε κοινὸν ἦθος τῆς πόλεως ἥμερον ἀπεργά-
ζεται καὶ δίκαιον· τὰ δὲ φευκτὰ, τοὐναντίον. ὥσπερ 3
οὖν, ὅταν τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νόμους κατίδωμεν παρά
τισι σπουδαίους ὑπάρχοντας, θαῤῥοῦντες ἀποφαινόμεθα,
καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκ τούτων ἔσεσθαι καὶ τὴν τούτων
πολιτείαν σπουδαίαν· οὕτως, ὅταν τούς τε κατ' ἰδίαν 4
βίους τινῶν πλεονεκτικοὺς, τάς τε κοινὰς πράξεις ἀδί-
κους θεωρήσωμεν, δῆλον, ὡς εἰκὸς λέγειν, καὶ [g]τοὺς
νόμους καὶ τὰ κατὰ μέρος ἤθη καὶ τὴν ὅλην πολιτείαν
αὐτῶν εἶναι φαύλην. Καὶ μὴν οὔτε κατ' ἰδίαν ἤθη 5
δολιώτερα Κρηταιέων εὕροι τις ἂν, πλὴν τελείως ὀλίγων·
οὔτε [h]κατὰ λόγον ἐπιβολὰς ἀδικωτέρας. διόπερ οὐθ' 6
ὁμοίαν αὐτὴν ἡγούμενοι τῇ Λακεδαιμονίων, οὔτε μὴν
ἄλλως αἱρετὴν, οὔτε ζηλωτὴν, ἀποδοκιμάζομεν ἐκ τῆς

Platonis respublica.

προειρημένης συγκρίσεως. Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν Πλάτωνος 7

[f] ὧν abest vulgo: adjeci ex Reiskii conjectura. [g] Sic Aug. Reg. E. et Ursin. τοὺς νόμους κεῖσθαι τὰ κατὰ Herv. Med. τοὺς νόμους κεῖται τὰ κατὰ Urb. Reg. D. Oxon. Hinc Casaubonus ex conjectura fecit τοὺς νόμους κεῖσθαι κακοὺς, καὶ τὰ κατὰ. [h] Sic libri omnes ante Casaub. qui in καθόλου mutavit, et exposuit *publica consilia.* Equidem κατὰ κοινὸν malim. κατὰ πόλεμον suspicatus est Reisk.

ticam reipubl. formam judicem, nunc exponam.

XLVII. Ego enim duo principia sive fundamenta esse autumo cujuslibet reipublicæ, propter quæ forma illius et constitutio vel optanda censeri debeat, vel fugienda. Ea sunt *mores*, et *leges*. Et optanda quidem illa sunt, quæ et civis cujusque vitam privatim sanctam reddunt et castam, et publica civitatis instituta mansueta atque justa: fugienda vero, quæ præstant contrarium. Quemadmodum igitur, quoties in aliquo populo mores legesque laudabiles vigere videmus, cives etiam et ipsam rempub. fore laudabilem non dubitamus affirmare: sic cum alibi et privatorum vitam avaritiæ deditam, et actiones publicas injustas observaverimus; quis dubitat, merito dici posse, et leges apud ipsos, et mores singulorum, et universam remp. esse vituperabilem? Atqui neque civium *ingenia* magis *veteratoria*, quam *Cretensium*, ullo invenias loco, si excipias oppido pauca; neque proinde consilia et facta iniquiora. Idcirco, qui nec similem eam Spartanæ judicemus, neque aliâs dignam laude aut æmulatione, ex instituta comparatione eam

πολιτείαν δίκαιον παρεισαγαγεῖν· ἐπειδὴ καὶ ταύτην Platonis respublica.
8 τινὲς τῶν φιλοσόφων ἐξυμνοῦσιν. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τῶν
τεχνιτῶν ἢ τῶν ἀθλητῶν τούς γε μὴ [i] νενεμημένους, ἢ
σεσωμασκηκότας, παρίεμεν εἰς τοὺς [k] ἀθλητικοὺς ἀγῶ-
νας· [l] οὕτως οὐδὲ ταύτην χρὴ παρεισαγαγεῖν εἰς τὴν τῶν
πρωτείων ἅμιλλαν, ἐὰν μὴ πρότερον ἐπιδείξηταί τι τῶν
9 ἑαυτῆς ἔργων [m] ἀληθινῶς. μέχρι δὲ τοῦ νῦν [n] παρα-
πλησίως ἂν ὁ περὶ αὐτῆς φανείη λόγος, [o] ἀγομένης εἰς
σύγκρισιν πρὸς τὴν Σπαρτιατῶν καὶ Ῥωμαίων καὶ
Καρχηδονίων πολιτείαν, ὡς ἄν, εἰ τῶν ἀγαλμάτων τις
ἓν προθέμενος, τοῦτο συγκρίνοι τοῖς ζῶσι καὶ πεπνυμένοις
10 ἀνδράσιν. καὶ γὰρ ἂν ὅλως ἐπαινετὸν ὑπάρχῃ κατὰ
τὴν τέχνην, [p] τήν γε σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύ-
χοις ἐνδεῆ καὶ τελείως ἀπεμφαίνουσαν εἰκὸς προσ-
πίπτειν τοῖς θεωμένοις.

XLVIII. Διόπερ ἀφέμενοι τούτων, ἐπὶ τὴν Λακω- Reip. Laconicæ laudes.
2 νικὴν [q] ἐπάνιμεν πολιτείαν. Δοκεῖ δή μοι Λυκοῦργος
πρὸς μὲν τὸ σφίσιν ὁμονοεῖν τοὺς πολίτας, καὶ πρὸς τὸ
τὴν Λακωνικὴν τηρεῖν ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ τὴν ἐλευθερίαν
διαφυλάττειν τῇ Σπάρτῃ βεβαίως, οὕτω νενομοθετηκέναι
καὶ προνενοῆσθαι καλῶς, ὥστε θειοτέραν τὴν ἐπίνοιαν ἢ
3 κατ' ἄνθρωπον αὐτοῦ νομίζειν. ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰς

[i] νενικημένους Reg. E. [k] κτητικοὺς Reg. D. Oxon. [l] οὕτως, quod abest vulgo, adscivi ex Reg. E. [m] ἀληθινῶν malim. [n] παραπλήσιος utique malim. [o] Vulgo alii ἀγόμενος. [p] τήν γε μὴν σύγκρ. Aug. [q] ἐπάνιμεν Aug.

explodimus. Sed nec *Platonis rempublicam* (nam et hanc philosophi nonnulli dilaudant) ad comparationem adducere æquum fuerit. Ut enim artifices aut athletas, qui recepti in album non fuerint, neque ad id corpus præparaverint, ad athleticos agones et certamina non admittimus: sic neque hæc resp. admitti debet ad contendendum cum ceteris de principe loco, nisi prius aliquod opus suum re ipsa demonstraverit. Ut enim res se habet ad hunc usque diem, si quis, quæ de illa sunt scripta, contendere instituerit cum Spartanorum, Romanorum et Carthaginiensium rebuspublicis, perinde videri debebit, ac si quis statuam aliquam deligat, et cum vivis spirantibusque hominibus eam comparet. Licet enim, ad artem quod attinet, laudem omni ex parte statua illa mereatur; comparationem tamen rerum inanimatarum cum animatis imperfectam ac prorsus dissentaneam visum iri spectantibus necesse est.

XLVIII. Quare his omissis, *ad Laconicam Rempublicam* iterum orationem convertimus. Igitur quod *ad concordiam inter cives servandam, et finibus Laconicæ securitatem præstandam*, ad hæc *libertatem tuto Spartæ conservandam*, puto equidem, *Lycurgum* eas *leges* tulisse, et omnibus prudenter prospexisse adeo præclare, ut inventum divinius censeam, quam ut ab homine sit profectum. Æqualitas enim

κτήσεις ἰσότης, καὶ περὶ τὴν δίαιταν ἀφέλεια καὶ
κοινότης, σώφρονας μὲν ἔμελλε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους
παρασκευάζειν, ἀστασίαστον δὲ τὴν κοινὴν παρέξεσθαι
πολιτείαν· ἡ δὲ πρὸς τοὺς πόνους καὶ πρὸς τὰ δεινὰ τῶν
ἔργων ἄσκησις, ἀλκίμους καὶ γενναίους ἀποτελέσειν
ἄνδρας. ἑκατέρων δὲ τούτων ὁμοῦ συνδραμόντων εἰς 4
μίαν ψυχὴν ἢ πόλιν, ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, οὔτ' ἐξ
αὐτῶν φῦναι κακίαν εὐμαρὲς, οὔθ' ὑπὸ τῶν πέλας
χειρωθῆναι ῥᾴδιον. Διόπερ οὕτω καὶ διὰ τούτων συστη- 5
σάμενος τὴν πολιτείαν, βεβαίαν μὲν τῇ συμπάσῃ Λα-
κωνικῇ παρεσκεύασε τὴν ἀσφάλειαν· πολυχρόνιον δὲ
Reip. Laconicæ incommoda. τοῖς Σπαρτιάταις αὐτοῖς ἀπέλιπε τὴν ἐλευθερίαν. Πρός 6
μέν τοί γε τὴν τῶν πέλας κατάκτησιν καὶ πρὸς [r]ἡγεμο-
νίαν, καὶ καθόλου πρὸς πραγμάτων ἀμφισβήτησιν, οὔτ'
ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτ' ἐν τοῖς ὅλοις δοκεῖ μοι προνοη-
θῆναι καθάπαξ οὐδέν. [s]λοιπὸν ἦν, τοιαύτην τινὰ παρ- 7
εισαγαγεῖν τοῖς πολίταις ἀνάγκην, ἢ πρόθεσιν, δι' ἧς
ὥσπερ καὶ περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους αὐτάρκεις αὐτοὺς
παρεσκεύασε καὶ λιτοὺς, οὕτω καὶ τὸ κοινὸν ἔθος τῆς
πόλεως αὔταρκες ἔμελλε γίγνεσθαι καὶ σῶφρον. νῦν δ', 8
ἀφιλοτιμοτάτους καὶ νουνεχεστάτους ποιήσας περί τε
τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰ τῆς σφετέρας πόλεως νόμιμα,

[r] ἡγεμονείαν Aug. [s] λοιπὸν ἦν ex conject. posui. Vulgo omnes Λοιπὸν, ἢ τοιαύτην τινὰ παρεισαγαγεῖν δεῖ τοῖς πολίταις. Delevi δεῖ, pro quo ἔδει saltem oportuerat.

illa in possessionibus fundorum, et victus ille facilis simplexque ac communis, ut *temperantem vitam* cives instituerent, erat effecturus, et ut in repub. *nulla seditio* cooriretur: exercitatio vero in laboribus, et in periculosis factis, *fortes ac generosos* viros erat redditura. Quæ res si ambæ simul in eamdem mentem aut civitatem concurrerint, *fortitudo*, inquam, *et temperantia;* non facile est, ut aut vitium intrinsecus nascatur, aut ut externa vi domita jugo cujusquam subjiciatur. Quum igitur hoc modo et rationibus hisce civitatem fundasset; cum Laconicæ universæ securitatem firmam paravit, tum Spartanis ipsis libertatem diuturnam reliquit. Ceterum ad parandum sibi in vicinos dominatum, et ad principatum, atque omnino ad disceptationes de propagando imperio, prorsus nihil quidquam neque in partibus reip. neque in summa illius instituenda, videtur providisse. Itaque illud restabat, ut civibus ejusmodi necessitatem imponeret, aut voluntatem animis ingeneraret, ut, quemadmodum in vitæ privatæ ratione, præsenti sorte contentos ac frugi homines esse ipsos condocefecerat, sic et publicos civitatis mores efficeret moderatos et fortuna sua contentos. Nunc vero, quum ad vitam quod attinet privatam, et publica etiam instituta inter ipsos, ab omni ambitione alienissimos et prudentissimos

πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας φιλοτιμοτάτους καὶ φιλαρχοτάτους καὶ πλεονεκτικωτάτους ἀπέλιπε.

XLIX. Τοῦτο μὲν γάρ τίς οὐκ οἶδε, διότι πρῶτοι σχεδὸν τῶν Ἑλλήνων, ἐπιθυμήσαντες τῆς τῶν ἀστυγειτόνων χώρας διὰ πλεονεξίαν, ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ Μεσ- Reip. Laconicæ incommoda.
2 σηνίοις πόλεμον ἐξήνεγκαν; τοῦτο δὲ τίς οὐχ ἱστόρηκεν, ὡς διὰ φιλονεικίαν ἐνόρκους σφᾶς ἐποίησαν, μὴ πρόσθεν λύσειν τὴν πολιορκίαν, πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν τὴν
3 Μεσσήνην; Καὶ μὴν τοῦτο γνώριμον ὑπάρχει πᾶσιν, ὡς διὰ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησιν φιλαρχίαν, οὓς ἐνίκησαν μαχόμενοι, [t]τούτοις αὖθις ὑπέμειναν ποιεῖν τὸ προσταττό-
4 μενον. ἐπιπορευομένους μὲν γὰρ τοὺς Πέρσας ἐνίκων,
5 διαγωνιζόμενοι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας· ἐπανελθοῦσι δὲ καὶ φυγοῦσιν προὔδωκαν ἐκδότους τὰς Ἑλληνίδας πόλεις κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην, χάριν τοῦ χρημάτων εὐπορῆσαι πρὸς τὴν κατὰ
6 τῶν Ἑλλήνων δυναστείαν. ὅτε δὴ καὶ τὸ τῆς νομοθεσίας
7 [u]ἐλλιπὲς συνώφθη παρ' αὐτοῖς. ἕως μὲν γὰρ τῆς τῶν ἀστυγειτόνων, ἔτι δὲ τῆς Πελοποννησίων αὐτῶν ἀρχῆς ἐφίεντο· συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς αὐτῆς [x]ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις, προχείρους μὲν ἔχοντες τὰς τῶν ἐπιτηδείων παρασκευὰς, ταχείας δὲ ποιούμενοι τὰς

[t] τούτοις αὖθις Aug. Regii et Oxon. τούτοις αὖτις Herv. Urb. Sed τούτοις αὐτοῖς ora Herv. quod in context. recepit Casaub. [u] ἐλλειπὲς Aug. Reg. D. Oxon. [x] ἐπαρκίαις Reg. E.

eos reddidisset; adversus reliquos Græcos et ambitiosissimos eos reliquit, et dominandi ac ditescendi ex alieno cupidissimos.

XLIX. Nam quis est, quin sciat, primos ex omnibus Græcis *Spartanos*, cupiditate inflammatos vicini agri, propter avaritiam eo consilio *Messeniis* bellum indixisse, ut victos sub hasta venderent? Quis item est, qui ex historia non didicerit, eam fuisse tum pertinaciam Spartanorum, ut jurejurando fidem obstringerent, non prius ab obsidione discessuros, quam per vim Messenen expugnassent? Jam vero et illud notum est omnibus, ipsos præ cupiditate dominandi Græcis, dicto rursus audientes fuisse his quos pugnando vicerant. *Persas* namque, Græciam invadentes, ipsi pro libertate dimicantes vicerunt: iisdem tamen Persis, in patriam ex fuga reversis, iidem *Spartani* urbes Græcorum a se proditas pace *Antalcidica* tradiderunt; idque eo fecerunt consilio, ut pecuniarum copiam haberent ad subjiciendos dominatui suo Græcos. Quo quidem tempore satis apparuit, qua parte manca esset institutio ipsorum reipublicæ. Quamdiu enim finitimorum populorum atque solius Peloponnesi imperium affectabant; sufficiebant ipsis copiæ atque commeatus ex solo Laconico agro, quum et haberent ad manum rerum necessariarum apparatus, et brevi tempore cum domum ipsi re-

εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδάς. ἐπεὶ δὲ 8
στόλους μὲν ἐπεβάλλοντο κατὰ θάλατταν ἐκπέμπειν,
στρατεύειν δὲ πεζικοῖς στρατοπέδοις ἔξω Πελοποννήσου·
δῆλον, ὡς οὔτε τὸ νόμισμα τὸ σιδηροῦν, οὔθ' ἡ τῶν
ἐπετείων καρπῶν ἀλλαγὴ πρὸς τὰ λείποντα τῆς χρείας
ἔμελλεν αὐτοῖς ἐξαρκεῖν κατὰ τὴν Λυκούργου νομο-
θεσίαν. προσεδεῖτο γὰρ τὰ πράγματα κοινοῦ νομίσμα- 9
τος, καὶ ξενικῆς παρασκευῆς. Ὅθεν ἠναγκάσθησαν ἐπὶ 10
θύρας μὲν πορεύεσθαι τὰς Περσῶν, φόρους δὲ τοῖς
νησιώταις ἐπιτάττειν, ἀργυρολογεῖν δὲ πάντας τοὺς
Ἕλληνας· γνόντες, ὡς οὐχ οἷόν τε, κατὰ τὴν Λυ-
κούργου νομοθεσίαν, οὐχ ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων [y] ἡγε-
μονίας, ἀλλ' οὐδὲ πραγμάτων ἀντιποιεῖσθαι τὸ πα-
ράπαν.

Reip. Laconicæ commoda,

L. Τίνος οὖν χάριν εἰς ταῦτα παρεξέβην; ἵνα γένη-
ται δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων [z] συμφανὲς, ὅτι πρὸς μὲν
τὸ τὰ σφέτερα βεβαίως διαφυλάττειν, καὶ πρὸς τὴν
ἐλευθερίαν τηρεῖν, αὐτάρκης ἐστὶν [a] ἡ τοῦ Λυκούργου
νομοθεσία. καὶ τοῖς γε τοῦτο τὸ τέλος ἀποδεχομένοις 2
τῆς πολιτείας συγχωρητέον, ὡς οὔτε ἐστὶν, οὔτε γέγονεν
οὐδὲν αἱρετώτερον τοῦ Λακωνικοῦ [b] καταστήματος καὶ
συντάγματος. εἰ δέ τις μειζόνων ἐφίεται, [c] κἀκεῖνου 3
κάλλιον καὶ σεμνότερον εἶναι νομίζει τὸ πολλῶν μὲν ἡγεῖ-

et incommoda.

[y] ἡγεμονείας Aug. [z] ἐμφανὲς Aug. [a] Abest τοῦ ab Urb. Aug. Regiis et Oxon. [b] πολιτεύματος Oxon. [c] κακεῖνος mendose Aug. et κακεῖνοι Urb. Sed κἀκεῖνο Reg. D. E.

peterent, tum sua etiam conveherent. Ubi vero per mare classes emittere, ac terra expeditiones extra Peloponnesum suscipere cœperunt; tum nimirum apparuit, neque ferream illam pecuniam, neque annuorum fructuum permutationem cum ceteris rebus quibus indigerent, *Lycurgi* legibus introductam, posse illis sufficere. Erat enim opus ad res gerendas communi pecunia, et copiis ab exteris regionibus comparatis. Quare ad colendas fores regis Persarum coacti sunt se conferre, insulanis tributa imperare, ex omnibus denique Græcis pecuniam corrogare; intelligentes nempe, si Lycurgi legibus starent, nullam omnino rerum gerendarum fore sibi facultatem, nedum ut Græcorum imperium possent sibi vindicare.

L. Sed quorsum hæc a proposito digressio? Ut rebus ipsis attestantibus docerem, institutam a *Lycurgo* remp. ad propriorum finium tuitionem, libertatisque conservationem abunde sufficere. Atque adeo iis, qui reipublicæ hunc finem probarit, debemus concedere, nullam esse aut fuisse umquam ullius civitatis compositionem aut ordinationem, quam Laconicæ jure possis anteponere. Quod si quis vero majora moliatur, et eo quem diximus fine pulcrius ac gloriosius ducat, præ-

σθαι, πολλῶν δ' ἐπικρατεῖν καὶ δεσπόζειν, πάντας δ'
4 εἰς αὐτὸν ἀποβλέπειν, καὶ νεύειν πρὸς αὐτόν· τῇ δέ πη
συγχωρητέον, τὸ μὲν Λακωνικὸν ἐνδεὲς εἶναι πολίτευμα,
τὸ δὲ Ῥωμαίων διαφέρειν, καὶ δυναμικωτέραν ἔχειν τὴν
5 σύστασιν. Δῆλον δὲ τοῦτ' ἐξ αὐτῶν γέγονε τῶν πραγμάτων. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ, ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸ κατακτᾶσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων [d] ἡγεμονίαν, ταχέως
6 ἐκινδύνευσαν καὶ περὶ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας· Ῥωμαῖοι δὲ, τῆς Ἰταλιωτῶν αὐτῶν ἐπιλαβόμενοι δυναστείας, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην· οὐ μικρὰ πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς πράξεως ταύτης συμβαλλομένης αὐτοῖς τῆς εὐπορίας καὶ τῆς ἑτοιμότητος, τῆς κατὰ τὰς χορηγίας.

LI. Τὸ δὲ Καρχηδονίων πολίτευμα, τὸ μὲν ἀνέκαθεν μοι δοκεῖ καλῶς κατά γε τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς Respub. Carthaginiensium.
2 [e] συνεστᾶσθαι. καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ' αὐτοῖς, καὶ τὸ [f] Γερόντιον εἶχε τὴν ἀριστοκρατικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων αὐτῷ· καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἁρμογὴν εἶχε παραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων
3 καὶ Λακεδαιμονίων. Κατά γε μὴν τοὺς καιροὺς τούτους, καθ' οὓς εἰς τὸν [g] Ἀννιβιακὸν ἐνέβαινε πόλεμον,

[d] ἡγεμονείαν Aug. ἀρχὴν Regii, Oxon. et ora Herv. [e] συνεστάναι Reg. D. Oxon. καθεστάναι Reg. E. et ora Herv. [f] γεροντικὸν Reg. E. et ora Aug. ant. manu. [g] Ἀννιβαϊκὸν et ἀνέβαινε Reg. E. Ἀννιβικὸν ἐνέβ. Reg. D. Oxon.

esse multis, late imperare et dominari, eum denique esse se, ad quem omnes respiciant et inclinent: tum enimvero fatendum est, *Laconicam reip. formam* esse *imperfectam*, et longe præstare Romanam, ejusque constitutionem ad vires parandas et imperium esse aptiorem. Id vero ex ipsis rebus palam est factum. *Lacedæmonii* enim, quum ad occupandum Græciæ imperium se accinxissent, mox etiam libertatis propriæ periculum adierunt. At *Romani*, populorum ipsius Italiæ dominationem semel nacti, brevi tempore orbem terrarum sui juris fecerunt; non mediocriter hoc uno adjuti ad perficiendum istud inceptum, quod rerum omnium copia abundabant, facillimeque cuncta eis subministrabantur.

LI. Jam *Carthaginiensium rempublicam* equidem puto, ad summas illas differentias quod attinet, præclare fuisse initio constitutam. Nam et *reges* apud illos erant, et *senatus* optimatibus convenientem potentiam habebat, et *populus* quoque potestatem habuit rerum nonnullarum, quæ ad ejus curam pertinebant: summa denique resp. simili modo concinnata compactaque apud hos fuit, atque apud Romanos et Lacedæmonios. Verum enim vero ea tempestate, qua *bellum Hannibalicum* resp. Carthaginiensis suscepit, de-

[h]χεῖρον ἦν τὸ Καρχηδονίων, ἄμεινον δὲ τὸ Ῥωμαίων.
Incrementum, vigor, senectus rerumpubl.
Ἐπειδὴ γὰρ παντὸς καὶ σώματος καὶ πολιτείας [i]καὶ 4
πράξεώς ἐστί τις αὔξησις κατὰ φύσιν, [k]μετὰ δὲ ταύτην
ἀκμὴ, κἄπειτα φθίσις, κράτιστα δ' αὐτῶν ἐστὶ πάντα
τὰ κατὰ τὴν ἀκμήν· παρὰ τοῦτο καὶ τότε διέφερεν
ἀλλήλων τὰ πολιτεύματα. καθ' ὅσον γὰρ ἡ Καρχη- 5
δονίων πρότερον ἴσχυε, καὶ πρότερον εὐτύχει τῆς Ῥω-
μαίων, κατὰ τοσοῦτον ἡ μὲν Καρχηδὼν ἤδη τότε [l]παρ-
ήκμαζεν· ἡ δὲ Ῥώμη μάλιστα τότ' εἶχε τὴν ἀκμὴν,
κατά γε τὴν τῆς πολιτείας σύστασιν. διὸ καὶ τὴν 6
πλείστην δύναμιν ἐν τοῖς διαβουλίοις παρὰ μὲν Καρχη-
δονίοις ὁ δῆμος ἤδη μετειλήφει, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις
ἀκμὴν εἶχεν ἡ σύγκλητος. ὅθεν, παρ' οἷς μὲν τῶν 7
πολλῶν βουλευομένων, παρ' οἷς δὲ τῶν ἀρίστων, κατ-
ίσχυε τὰ Ῥωμαίων διαβούλια περὶ τὰς κοινὰς πράξεις·
[m]ᾗ καὶ, πταίσαντες τοῖς ὅλοις, τῷ βουλεύεσθαι καλῶς 8
τέλος ἐπεκράτησαν τῷ πολέμῳ τῶν Καρχηδονίων.

Pœni re nautica præstant.

LII. Τά γε μὴν κατὰ μέρος, οἷον εὐθέως τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, τὸ μὲν [n]πρὸς τὰς κατὰ θάλατταν, ὅπερ εἰκὸς, ἄμεινον ἀσκοῦσι καὶ παρασκευάζονται

[h] In χεῖρον cum editis consentit (ni fallor) codex Med. Sed abest illud vocab. ab Urb. Aug. Regiis et Oxon. Hinc ora Aug. (ab antiqua manu) exhibet verba μὲν καλὸν, inserenda post ἦν, et sic Reg. E. in contextu habet ἦν μὲν καλὸν τὸ Καρχ. Sed ora Herv. ἦν τοῦ τῶν Καρχ. ἄμεινον τὸ Ῥωμ. [i] An καὶ τάξεως, *constitutionis?* [k] ταῦτ' Reg. E. ταῦτα Reg. D. [l] Vulgo παρήκμασεν. [m] οἷ καὶ Aug. ut voluit Ursin. ex conject. [n] Vulgo πρὸς τὰ κ. θ.

terior illorum, potior Romanorum erat conditio. Nam quum sit cujuslibet corporis, civitatis, aut actionis, naturale aliquod *crescendi tempus, dein florem* statumque suum *obtinendi*, ac demum *vergendi ad interitum;* sitque ita natura comparatum, ut tum maxime quæque vigeant, quando in illo perfecto suo sunt statu: hac ipsa ex parte discrimen tunc inter illas obtinuit civitates. Quanto namque citius Carthaginiensis et prius, quam Romana, suum illum præcipuum florem ac felicitatem fuerat adepta: tanto magis *Carthago* quidem jam tum deflorebat et quasi *senescebat; Roma* vero, integra vigente reipublicæ forma, cum maxime *florebat.* Ideo etiam in rerum deliberationibus apud Carthaginienses quidem plurimam populus auctoritatem sibi jam vindicaverat, quæ apud Romanos illibata penes senatum adhuc erat. Ex quo factum, ut, illic plebe de omnibus consultante, hic vero civium optimo quoque, vincerent in rebus publice gestis Romanorum consilia: qui etiam eamdem ob caussam, quamvis penitus attritæ eorum res fuissent, tamen, quia rectis utebantur consiliis, ad extremum bello Carthaginienses superarunt.

LII. Jam si particulatim singula consideremus, verbi gratia, quæ ad bellicos usus spectant: *res nauticas,* uti par est, melius exercent meliusque ad eas se comparant *Carthaginienses;*

Καρχηδόνιοι· διὰ τὸ καὶ πάτριον αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐκ
παλαιοῦ τὴν ἐμπειρίαν ταύτην, καὶ θαλαττουργεῖν μά-
2 λιστα πάντων ἀνθρώπων. Τὸ δὲ περὶ τὰς πεζικὰς
χρείας, πολὺ δή τι Ῥωμαῖοι πρὸς τὸ βέλτιον ἀσκοῦσι
3 Καρχηδονίων. οἱ μὲν γὰρ, τὴν ὅλην [o] περὶ τοῦτο ποι- Militia
οῦνται σπουδήν· Καρχηδόνιοι δὲ, τῶν μὲν πεζικῶν εἰς pedestri præstant
τέλος ὀλιγωροῦσι, τῶν δ' ἱππικῶν βραχεῖάν τινα ποι- Romani.
4 οῦνται πρόνοιαν. αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν, ὅτι ξενικαῖς
καὶ μισθοφόροις χρῶνται δυνάμεσι, Ῥωμαῖοι δ' ἐγχω-
5 ρίοις καὶ πολιτικαῖς. ᾗ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ταύτην
τὴν πολιτείαν ἀποδεκτέον ἐκείνης μᾶλλον. ἡ μὲν γὰρ, Pœnorum
ἐν ταῖς τῶν μισθοφόρων εὐψυχίαις ἔχει τὰς ἐλπίδας ἀεὶ milites pro alienis pu-
τῆς ἐλευθερίας· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἐν ταῖς σφετέραις ἀρεταῖς, gnant; Romani pro
6 καὶ ταῖς τῶν συμμάχων [p] ἐπαρκείαις. διὸ κἂν ποτε πταί- suis.
σωσι [q] κατὰ τὰς ἀρχὰς, Ῥωμαῖοι μὲν ἀναμάχονται τοῖς
7 ὅλοις, Καρχηδόνιοι δὲ τοὐναντίον. [[r] οἱ γὰρ] ὑπὲρ πα-
τρίδος ἀγωνιζόμενοι καὶ τέκνων, οὐδέποτε δύνανται λῆξαι
τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ μένουσι ψυχομαχοῦντες, ἕως ἂν περιγέ-
8 νωνται τῶν ἐχθρῶν. Διὸ καὶ, περὶ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις
πολύ τι λειπόμενοι Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν ἐμπειρίαν, ὡς προ-
εἶπον ἐπάνω, τοῖς ὅλοις ἐπικρατοῦσι, διὰ τὰς τῶν ἀν-
9 δρῶν ἀρετάς. καίπερ γὰρ οὐ μικρὰ συμβαλλομένης εἰς

[o] περὶ τούτων edd. et Med. [p] ἐπαρκίαις Aug. [q] Fors. κατὰ τὰς μάχας Reisk. [r] Verba οἱ γὰρ ex Reiskii conject. adjeci. τἀναντία ὑπὲρ Herv. et Med. τοὐναντίον ὑπὲρ Aug. Urb. Regii et Oxon. Sed Aug. interpungit post τοὐναντίον. *Lacunæ signum* interposuerat Casaub.

ut qui hanc scientiam jam olim a majoribus suis acceperint, et qui usu majore navigandi ceteris mortalibus longe præstent. *Terrestris* vero *militiæ* exercitationibus *Romani* Carthaginienses longo utique intervallo superant. Nam illi omne suum studium ei curæ applicant; Carthaginienses vero de pedestri quidem militia nihil quidquam prorsus curant; equestris rei levem aliquam curam habent. Cujus rei caussa est, quod peregrino et mercenario milite Pœni utuntur; Romani domestico et urbano. Quare in hac quidem parte hæc potiorem, quam illa respublica, laudem meretur. Illa enim spem libertatis suæ in mercenariorum fortitudine positam semper habet; Romana in suorum virtute et sociorum auxiliis. Itaque licet initio nonnumquam damnum aliquod gravius fit acceptum; *Romani* quidem integros exercitus mox reparant; at *Carthaginienses* e contrario facere idem non possunt. Adde quod Romani, patriam ac liberos propugnantes, iræ modum nesciunt imponere, sed pervicacibus animis in proposito pugnandi manent, donec hostem devicerint. Quare licet rei navalis usu longe inferiores sint Romani, ut antea est dictum; virtute tamen civium suorum universi belli victores semper evadunt. Etsi enim non parum ad prælia na-

τοὺς κατὰ θάλασσαν κινδύνους τῆς ναυτικῆς χρείας,
ὅμως ἡ τῶν ἐπιβατῶν εὐψυχία πλείστην παρέχεται

Italici, natura et usu fortiores Afris.

ῥοπὴν εἰς τὸ νικᾶν. Διαφέρουσι μὲν οὖν καὶ φύσει 10
πάντες Ἰταλιῶται Φοινίκων καὶ Λιβύων, τῇ τε σωματικῇ ῥώμῃ, καὶ ταῖς ψυχικαῖς τόλμαις· [s]μεγάλην δὲ καὶ διὰ τῶν ἐθισμῶν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ποιοῦνται τῶν

Incitamenta virtutis apud Romanos.

νέων παρόρμησιν. Ἓν δὲ ῥηθὲν ἱκανὸν ἔσται σημεῖον τῆς 11
τοῦ πολιτεύματος σπουδῆς, ἣν ποιεῖ περὶ τὸ τοιούτους ἀποτελεῖν ἄνδρας, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ τυχεῖν [t]ἐν τῇ πατρίδι τῆς ἐπ᾽ ἀρετῇ φήμης.

Mortuorum laudatio pro Rostris.

LIII. Ὅταν γὰρ μεταλλάξῃ τις παρ᾽ αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς, κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν, ποτὲ μὲν ἑστὼς ἐναργὴς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. πέριξ δὲ παντὸς τοῦ δήμου 2
στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπηται καὶ τύχῃ παρὼν, οὗτος· εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχει· λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. δι᾽ ὧν συμβαίνει, τοὺς πολλοὺς ἀναμιμνησκομένους καὶ λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰ 3
γεγονότα, μὴ μόνον τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν ἔργων,

[s] μεγάλην τε Herv. Med. E. Abest autem a ceteris.

[t] ἐν cum Ursino adjecit Casaub. et est in Reg.

valia nauticæ rei scientia confert: plurimum tamen ad victoriam momenti facit classiarii militis virtus. Sane quidem et a natura hoc habent *Italici populi*, ut tam corporis robore, quam audacia ac præsentia animi, *Pœnos* atque *Afros* superent. Sed et instituta sunt publica, quæ juvenes eodem vehementer incitent. Unum ex his commemorare satis fuerit, ut hoc velut signo omnes intelligant, quantæ sit Romanis curæ, quo juventus in viros evadat, omnia paratos perpeti, dum modo præclarum in patria nomen consequantur.

LIII. Nam quoties aliquis *vir illustris* apud illos migravit de vita; is, ubi *exsequiæ* celebrantur, cum reliquo cultu in forum ad *Rostra*, quæ vocant, effertur, erectus interdum, ut sit omnibus conspicuus, rarius jacens. Ibi populi totius corona circumstante, aut filius, si contingat filium ætate adultum ab eo esse relictum, atque ille præsens adsit; si minus, e sanguine junctis aliquis rostra conscendit, *defunctique laudes* commemorat, et si quæ, dum viveret, fortiter feliciterque ab eo fuerint gesta. Unde evenit, ut populus, rediens in memoriam anteactorum, et ob oculos sibi ea ponens, sic afficiatur, (non illi dumtaxat, qui gerendis rebus, quæ sunt narratæ, interfuerunt; sed ii etiam, qui plane abfuerunt ab iis

ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτὸς, ἐπὶ τοσοῦτον γίγνεσθαι συμπα-
θεῖς, ὥστε μὴ τῶν [u]κηδευόντων ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ
4 δήμου φαίνεσθαι τὸ σύμπτωμα. Μετὰ δὲ ταῦτα Majorum imagines comitantur exsequias.
θάψαντες, καὶ ποιήσαντες τὰ νομιζόμενα, τιθέασι τὴν
εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον
5 τῆς οἰκίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες, ἡ δὲ εἰκὼν, [x]ἔστι
πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον, καὶ
κατὰ τὴν πλάσιν, καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφήν. [y]Ταύτας
6 δὴ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυσίαις ἀνοίγοντες
κοσμοῦσι φιλοτίμως· ἐπὰν δὲ τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ
τις ἐπιφανὴς, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν, περιτιθέντες ὡς
ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν
7 ἄλλην περικοπήν. οὗτοι δὲ προσαναλαμβάνουσιν ἐσθῆ-
τας, ἐὰν μὲν ὕπατος ἢ [z]στρατηγὸς ᾖ γεγονὼς, περι-
πορφύρους· ἐὰν δὲ τιμητὴς, πορφυρᾶς· ἐὰν δὲ καὶ
τεθριαμβευκὼς, ἤ τι τοιοῦτον κατειργασμένος, διαχρύ-
8 σους. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐφ᾽ ἁρμάτων οὗτοι πορεύονται,
ῥάβδοι δὲ καὶ πελέκεις καὶ τἄλλα, τὰ ταῖς ἀρχαῖς
εἰωθότα συμπαρακεῖσθαι, προηγεῖται κατὰ τὴν ἀξίαν
ἑκάστῳ τῆς γεγενημένης κατὰ τὸν βίον ἐν τῇ πολιτείᾳ
9 προαγωγῆς. ὅταν δ᾽ ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους ἔλθωσι, καθέ-
ζονται πάντες ἑξῆς ἐπὶ δίφρων ἐλεφαντίνων. οὗ κάλλιον
οὐκ εὐμαρὲς ἰδεῖν θέαμα νέῳ φιλοδόξῳ καὶ φιλαγάθῳ.

[u] κηδευόντων scripsi ex Casaub. et Gron. conjectura. Vulgo omnes κινδυνευόντων. [x] πρόσωπόν ἐστι Oxon. [y] ταύτας δὴ Aug. Urb. Ceteri vulgo ταύτας δέ. [z] καὶ στρατηγὸς edd. et Med.

quæ narrantur;) ut publicus videatur is luctus esse, non eorum proprius, ad quos funus pertinet. Deinde ubi cadaver sepelierunt, et justa peregerunt, *imaginem defuncti* in celeberrima ædium parte ponunt, lignea ædicula circumtectam. Est autem hæc imago, *persona* ad similitudinem quam accuratissime expressa, tam conformatione figuræ, quam colore. Atque hasce nimirum imagines per solennitates publicas aperiunt, et cum studio exornant: cum autem illustris vir aliquis ex eadem gente vel familia diem clausit ultimum, ad funeris elationem easdem proferunt, imponuntque hominibus quos et statura et reliquo habitu quam simillimos putant defunctis. Hi igitur togas assumunt, si vir consularis aut prætorius quis fuerit, prætextas; si censorius, purpureas; si triumphalis, aut qui digna triumpho gesserit, auro radiantes. Et ipsi quidem hi curru vecti procedunt; fasces autem et secures et quæcumque alia magistratus comitari solent insignia, præferuntur pro honore ac dignitate quam quisque in republica, dum viveret, obtinuerat. Tum ad Rostra postquam venerunt, ordine omnes sellis insident eburneis. Quo spectaculo nullum facile pulcrius juvenis veræ laudis ac virtutis amans queat intueri. Quis est enim, quem impetus ad lau-

τὸ γὰρ τὰς τῶν ἐπ' ἀρετῇ δεδοξασμένων ἀνδρῶν εἰκόνας
ἰδεῖν ὁμοῦ πάσας, οἱονεὶ ζώσας καὶ πεπνυμένας, τίν'
οὐκ ἂν παραστῆσαι; τί δ' ἂν κάλλιον θέαμα τούτου
φανείη;

In oratione funebri laudantur et facta majorum.

LIV. Πλὴν ὅγε λέγων ὑπὲρ τοῦ θάπτεσθαι μέλλον-
τος, ἐπὰν διέλθῃ τὸν περὶ τούτου λόγον, ἄρχεται τῶν
ἄλλων ἀπὸ τοῦ προγενεστάτου τῶν παρόντων, καὶ λέγει
τὰς ἐπιτυχίας ἑκάστου καὶ τὰς πράξεις. ἐξ ὧν καινο- 2
ποιουμένης ἀεὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης,
ἀθανατίζεται μὲν ἡ τῶν καλόν τι διαπραξαμένων εὔ-
κλεια, γνώριμος δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος τοῖς
ἐπιγιγνομένοις ἡ τῶν εὐεργετησάντων τὴν πατρίδα γίγνε-
ται δόξα. τὸ δὲ μέγιστον, οἱ νέοι παρορμῶνται πρὸς τὸ 3
πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων, χάριν τοῦ
τυχεῖν τῆς συνακολουθούσης τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν
εὐκλείας. Πίστιν δ' ἔχει τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων.
πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμονομάχησαν ἑκουσίως Ῥωμαίων ὑπὲρ 4
τῆς τῶν ὅλων κρίσεως· οὐκ ὀλίγοι δὲ προδήλους εἵλοντο
θανάτους· τινὲς μὲν ἐν πολέμῳ, τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν
σωτηρίας· τινὲς δ' ἐν εἰρήνῃ, χάριν τῆς τῶν κοινῶν
πραγμάτων ἀσφαλείας. καὶ μὴν ἀρχὰς ἔχοντες ἔνιοι, 5
τοὺς ἰδίους υἱοὺς παρὰ πᾶν ἔθος ἢ νόμον ἀπέκτειναν,
περὶ πλείονος ποιούμενοι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον, τῆς
κατὰ φύσιν οἰκειότητος πρὸς τοὺς ἀναγκαιοτάτους.
[r] ἰσαύριον ora cod. Aug. antiqua manu. Ad ἔχων autem excidisse puto pronomen αὐτός. Plura vero in hoc cap. et sq. cum depravata essent in MStis, perspecte correxit Casaub.

uti. Unum Macedonibus ad quiescendum ubi concessisset diem, atque interim, uti res atque tempus monebat, eos esset cohortatus; inter sylvosas convalles versus mediterraneam regionem, supra illud, de quo jam diximus, spatium, ante primum diluculum majorem ac meliorem suorum expeditorum partem occultat. Ipse insequenti die ab altera urbis parte cetratos, et quod supererat expeditorum, secundum littus ducere. Postquam urbis circuitum esset emensus, et ad dictum antea locum jam pervenisset, nemo dubitabat, quin ab illa parte ad urbem adoriendam esset adscensurus. Jam quoniam notus fuerat omnibus Philippi adventus, ex universo circumcirca Illyrico valida hominum multitudo Lissum convenerat. Acrolisso enim tuendo parvam oppido manum, satis natura munitum locum esse rati, delegaverant.

XVI. Statim igitur ad primum appropinquantium Macedonum conspectum, qui in urbe erant, qua numero, qua situ locorum munitissimorum freti, extra muros ruere. Rex cetratos in plano locis opportunis locat, levem armaturam ad colles progredi et pugnam cum hoste acriter capessere jubet. Quibus imperata facientibus, æquo

εἴξαντες οἱ παρὰ τοῦ Φιλίππου, καὶ τῷ πλήθει τῶν A. U. 540.
4 πολεμίων, ἐτράπησαν. καταφυγόντων δὲ τούτων εἰς τοὺς Lissum tentat
πελταστὰς, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως καταφρονήσαντες Philippus.
προήεσαν, καὶ συγκαταβάντες ἐν τοῖς ἐπιπέδοις προσε-
5 μάχοντο τοῖς πελτασταῖς· Οἱ δὲ τὸν Ἀκρόλισσον
φυλάσσοντες, θεωροῦντες τὸν Φίλιππον ἐκ διαδοχῆς
ταῖς σπείραις ἐπὶ πόδα ποιούμενον τὴν ἀναχώρησιν, καὶ
δόξαντες τοῖς ὅλοις αὐτὸν εἴκειν, ἔλαθον ἐκκληθέντες
6 διὰ τὸ πιστεύειν τῇ φύσει τοῦ τόπου. κᾄπειτα κατ'
ὀλίγους ἐκλιπόντες τὸν Ἀκρόλισσον, κατέῤῥεον ταῖς
ἀνοδίαις εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καὶ πεδινοὺς τόπους, ὡς ἤδη
τινὸς ὠφελείας καὶ τροπῆς τῶν πολεμίων ἐσομένης.
7 Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ τὰς ἐνέδρας ἐκ τῆς Acrolissum
μεσογαίας διειληφότες, ἀφανῶς ἐξαναστάντες, ἐνεργὸν strategemate,
ἐποιήσαντο [s]τὴν ἔφοδον· ἅμα δὲ τούτοις ἐκ μεταβολῆς
8 οἱ πελτασταὶ συνεπέθεντο τοῖς ὑπεναντίοις. οὗ συμ-
βάντος, διαταραχθέντες, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Λίσσου σποράδην
ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν διεσώζοντο πρὸς τὴν πόλιν·
οἱ δὲ τὸν Ἀκρόλισσον ἐκλιπόντες, ἀπετμήθησαν ὑπὸ
9 τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας ἐξαναστάντων. διὸ καὶ συνέβη τὸ
μὲν ἀνέλπιστον, τὸν Ἀκρόλισσον παραχρῆμα ληφθῆναι
χωρὶς κινδύνων· τὸν δὲ Λίσσον τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ, Lissum vi capit.
μετὰ μεγάλων ἀγώνων, ποιησαμένων τῶν Μακεδόνων

[s] Apud Suidam est τὴν πορείαν καὶ τὴν ἔφοδον.

marte aliquamdiu pugnatur. Sed mox regii, partim locorum iniquitati, partim multitudini hostium cedentes, terga vertunt. Ubi vero ad cetratos isti se recepissent, oppidani præ contemtu pergere ulterius, ac tandem descendere in campos ausi, cum cetratis manum conserunt. Jam præsidiarii *Acrolisso* impositi, cognito, Philippum suas cohortes alternatim sensimque reducere, universa pugna cedere illum arbitrantes, imprudentes avocari se a statione patiuntur, quoniam naturæ loci satis fidebant. Itaque *Acrolissum* paullatim deserunt; et, quasi versis in fugam hostibus præda jam esset aliqua futura, per devios calles ad plana et campestria loca magno impetu deveniunt. Sed per id ipsum tempus, qui in insidiis ad partem mediterraneam fuerant dispositi, nemine animadvertente coorti, Acrolissum strenue ac fortiter invadunt: simul cetrati, repente in hostem versi, prælium cum illis ineunt. Quo facto perturbati, qui Lisso egressi fuerant, sparsim sese recipientes, in urbem tuti pervenerunt: ii vero, qui Acrolisso exierant, viam ad reditum ab his, qui ex insidiis excitati fuerant, præclusam sibi offenderunt. Ita factum est, ut *arx* quidem, quod sperare nemo foret ausus, statim sine periculo caperetur; *Lissus* vero postridie ejus diei, idque magnis certaminibus prius editis, postquam acres ac terribiles a Macedoni-

Ol. 141. 2. ἐνεργοὺς καὶ καταπληκτικὰς προσβολάς. Φίλιππος 10 μὲν οὖν, παραδόξως ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν προειρημένων τόπων, ἅπαντας τοὺς πέριξ ὑποχειρίους ἐποιήσατο διὰ ταύτης τῆς πράξεως· [t]ὥστε τοὺς πλείστους τῶν Ἰλλυριῶν ἐθελοντὴν ἐπιτρέπειν αὐτῷ τὰς πόλεις. οὐδε- 11 μία γὰρ ὀχυρότης [u]ἔτι πρὸς τὴν Φιλίππου βίαν, οὐδ' ἀσφάλεια τοῖς ἀντιταττομένοις προὐφαίνετο, κεκρατημένων μετὰ βίας τῶν προειρημένων ὀχυρωμάτων.

Illyrici majore parte potitur.

V.

ACHÆUS CAPTUS SARDIBUS AB ANTIOCHO.

* * *

Bolis Cretensis,

XVII. ΒΩΛΙΣ ἦν ἀνὴρ γένει μὲν Κρής, χρόνον δὲ πολὺν ἐν τῇ βασιλείᾳ διατετριφὼς ἐν ἡγεμονικῇ προστασίᾳ, δοκῶν δὲ καὶ σύνεσιν ἔχειν καὶ τόλμαν παράβολον, καὶ τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς οὐδενὸς ἐλάττω. τοῦτον ὁ Σωσίβιος διὰ πλειόνων λόγων πιστωσάμενος, 2 καὶ παρασκευάσας εὔνουν ἑαυτῷ καὶ πρόθυμον, ἀναδίδωσι τὴν πρᾶξιν· [x]λέγων, ὡς οὐδὲν ἂν τῷ βασιλεῖ μεῖζον χαρίσαιτο κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς, ἢ συνεπινοήσας, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ δύναται σῶσαι τὸν Ἀχαιόν. τότε μὲν οὖν διακούσας ὁ Βῶλις, καὶ φήσας, 3

a Sosibio Sardes mittitur ad liberandum Achæum.

[t] ὡς τοὺς edd. [u] ἔτι πρὸς restitui ex Urb. Aug. et Med. ἔστι pro ἔτι dederat Herv. cum ceteris codd. quod in εἶναι ex ing. mutavit Casaub. [x] λέγων. Restitui hoc verbum, perperam prætermissum in ed. Casaub. et seqq.

bus impressiones essent factæ. *Philippus* igitur, velut miraculo prædictis locis potitus, hoc uno facinore adeo vicinos omnes sibi reddidit obnoxios, ut plerique in *Illyrico* ultro urbes suas fidei illius permitterent. Etenim per vim expugnatis illis propugnaculis, nulla amplius munitio violentiæ Philippi par futura, neque, si quis se illi opponeret, ullus ad salutem receptus superfuturus vulgo omnibus videbatur.

V.

Excerpt. antiq. ex Lib. VIII. *cap.* 12—18.

* * *

XVII. *BOLIS* erat genere *Cretensis*, sed qui longo tempore in aula Ptolemæorum honoribus, qui solent tribui ducibus, esset usus: vir et prudentia, et mira audacia, et usu rerum bellicarum nemini, ut erat hominum opinio, secundus. Propterea *Sosibius* ubi multis sermonibus fidem illius, benevolentiam ac studium sibi conciliasset; patrandæ rei consilium cum eo communicat, nihil ipsum impræsentiarum gratius regi præstare posse affirmans, quam si modum aliquem ac rationem liberandi *Achæum* sollerter comminisceretur. Ea ora-

4 ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν εἰρημένων, ἐχωρίσθη. Δοὺς δὲ λόγον ἑαυτῷ, καὶ μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας προσελθὼν πρὸς τὸν Σωσίβιον, ἀνεδέξατο τὴν πρᾶξιν εἰς αὐτὸν, φήσας, καὶ γεγονέναι πλείω χρόνον ἐν ταῖς Σάρδεσι, καὶ τῶν τόπων ἐμπειρεῖν, καὶ τὸν Καμβῦλον, τὸν ἡγεμόνα τῶν παρ' [x]'Αντιόχῳ στρατευομένων Κρητῶν, οὐ μόνον πολίτην, ἀλλὰ καὶ συγγενῆ καὶ φίλον ὑπάρχειν
5 αὐτῷ. συνέβαινε δὲ καὶ τὸν Καμβῦλον καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦτον ταττομένους Κρῆτας πεπιστεῦσθαί τι τῶν φυλακτηρίων, τῶν κατὰ τοὺς ὄπισθεν τόπους τῆς ἄκρας, οἵτινες κατασκευὴν μὲν οὐκ ἐπεδέχοντο, τῇ δὲ συνεχείᾳ τῶν ὑπὸ τὸν Καμβῦλον τεταγμένων ἀνδρῶν ἐτηροῦντο.
6 Τοῦ δὲ Σωσιβίου δεξαμένου τὴν ἐπίνοιαν, καὶ διειληφότος, ἢ μὴ δυνατὸν εἶναι, σωθῆναι τὸν 'Αχαιὸν ἐκ τῶν περιεστώτων, ἢ, δυνατοῦ καθάπαξ ὑπάρχοντος, διὰ μηδενὸς ἂν ἑτέρου γενέσθαι τοῦτο βέλτιον, ἢ διὰ Βώλιδος, τοιαύτης δὲ συνδραμούσης καὶ περὶ τὸν Βῶλιν
7 προθυμίας· ταχέως ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα προκοπήν. ὅ τε γὰρ Σωσίβιος ἅμα μὲν [y]προσεδίδου τῶν χρημάτων εἰς τὸ μηδὲν ἐλλείπειν εἰς τὰς ἐπιβολάς· πολλὰ δὲ, εὖ
8 γενομένων, ὑπισχνεῖτο δώσειν. τὰς δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως καὶ [z]παρ' αὐτοῦ τοῦ σωζομένου χάριτας ἐξ ὑπερβολῆς αὔξων, εἰς μεγάλας ἐλπίδας ἦγε τὸν Βῶλιν.

A. U. 540.

Cambylus, præfectus Cretensium Sardibus.

Sosibius et Bolis.

[x] Sic ex conject. scripsi. Vulgo 'Αντιόχου. [y] Forsan. προεδίδου, ut voluit Reisk. et Ernest. [z] παρ' αὐτοῦ τοῦ σωζομ. correxit Casaub. cum esset παρὰ τούτου σωζομ. Malim cum Reiskio παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτοῦ τοῦ σωζομ.

tione audita *Bolis*, tum quidem, *ubi cogitaturum se de iis, quæ fuerant dicta*, respondisset, discedit. Re autem apud se expensa, altero tertiove die post adit Sosibium, atque in se negotium suscipit: quippe *Sardibus perdiu se fuisse; locorum peritiam habere; Cambylum vero, præfectum Cretensium, qui Antiocho militabant, non solum civem suum esse, verum etiam cognatum atque amicum.* Cambylo autem illi, et militibus, quibus ipse imperabat, custodia fuerat commissa unius e propugnaculis pone arcem sitis; quæ muniri opere quum non possent, statione assidua Cambyleorum militum custodiebantur. Placuit Sosibio commentum: qui ita cum animo suo statuebat, aut plane eripi e præsenti calamitate non posse Achæum, aut, si fieri omnino id posset, neminem mortalium melius, quam Bolidem, rem exsecuturum: cujus quum par studium atque alacritas concurreret, cito negotium est promotum. Nam Sosibius et pecuniam adfatim largiebatur, ne quid esset, quod propositum retardaret, et multa porro ubi res habuisset exitum, se daturum pollicebatur: simul, a rege et illo ipso, cujus saluti consulebatur, mirifica quædam beneficia Bolin manere confirmans, spe in-

Ol. 141. 2. ὅ τε προειρημένος ἀνὴρ, ἕτοιμος ὢν πρὸς τὴν πρᾶξιν, 9
οὐδένα χρόνον ὑπομείνας, ἐξέπλευσε, συνθήματα λαβὼν
καὶ πίστεις πρός τε Νικόμαχον εἰς Ῥόδον, ὃς ἐδόκει
πατρὸς ἔχειν διάθεσιν κατὰ τὴν εὔνοιαν καὶ πίστιν πρὸς
τὸν Ἀχαιὸν, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς Μελαγκόμαν εἰς
Ἔφεσον. οὗτοι γὰρ ἦσαν, δι' ὧν καὶ τὸν πρὸ τοῦ 10
χρόνον Ἀχαιὸς τά τε πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, καὶ τὰς
ἄλλας ἁπάσας τὰς ἔξωθεν ἐπιβολὰς ἐχείριζε.

Nicomachus et Melancomas.

XVIII. Παραγενόμενος δ' εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ μετὰ
ταῦτα πάλιν εἰς τὴν Ἔφεσον, καὶ κοινωσάμενος τοῖς
προειρημένοις ἀνδράσι, καὶ λαβὼν αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς
τὰ παρακαλούμενα, μετὰ ταῦτα Ἀριανόν τινα τῶν
ὑφ' αὐτὸν ταττομένων διαπέμπεται πρὸς τὸν Καμβῦλον·
φήσας, ἐξαπεστάλθαι μὲν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ξενολο- 2
γήσων, βούλεσθαι δὲ τῷ Καμβύλῳ συμμίξαι περί τινων
ἀναγκαίων· [a]διόπερ ᾤετο, δεῖν τάξασθαι καιρὸν καὶ
τόπον, ἐν ᾧ, μηδενὸς συνειδότος, αὐτοῖς συναντήσουσι.
Ταχὺ δὲ τοῦ Ἀριανοῦ συμμίξαντος τῷ Καμβύλῳ, καὶ 3
δηλώσαντος τὰς ἐντολὰς, ἑτοίμως ὁ προειρημένος ἀνὴρ
ὑπήκουσε τοῖς παρακαλουμένοις, καὶ συνθέμενος ἡμέραν
καὶ τόπον ἑκατέρῳ γνωστὸν, εἰς ὃν παρέσται νυκτὸς,
ἀπέπεμψε τὸν Ἀριανόν. Ὁ δὲ Βῶλις, ἅτε Κρὴς 4
ὑπάρχων, καὶ φύσει ποικίλος, πᾶν [b]ἐβάσταζε πρᾶγμα,

Bolis cum Cambylo agit per Arianum.

[a] διόπερ ἐγένετο, ᾤετο Herv. cum Laur. Vesont. et Regiis, quod ex δι' ἃ παρεγίνετο, ὥστε δεῖν corruptum suspicari licet cum Reiskio. [b] ἐβάσταζε Herv. cum MStis omnibus.

genti animum ejus implevit. Itaque Bolis ad rem exsequendam promtus, nulla interjecta mora, tesseris ac fidei pignoribus acceptis, Rhodum ad *Nicomachum*, (qui benevolentia ac fide paternum Achæo affectum præstabat) et Ephesum ad *Melancomam* navigat. Isti namque erant, quorum opera in communicandis cum Ptolemæo consiliis et aliis omnibus externis negotiis, superioribus quoque temporibus usus erat Achæus.

XVIII. Rhodum ut venit *Bolis*, ac mox Ephesum, cum dictis viris de hoc incepto locutus, eosque ad postulata sua paratos nactus; mox *Arianum*, unum e suis, ad Cambylum cum hisce mandatis proficisci jubet: *ab Alexandria missum se peregrino militi conducendo; de necessariis quibusdam rebus cum Cambylo velle conferre. Censere igitur faciendum, ut tempus ac locum statuerent, ubi sine cujusquam conscientia possent convenire.* Arianus cum Cambylo mox agit, suaque illi mandata exponit. Cambylus ad omnia, quæ petebantur, paratum se ostendit, dieque et loco ambobus noto, quo noctu convenirent, constituto, Arianum remittit. *Bolis*, utpote Cretensis, et natura varius, unamquamque rem in animo secum versare, et omnes consi-

5 καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφα. τέλος δὲ συμμίξας τῷ A. U. 540.
Καμβύλῳ κατὰ τὴν τοῦ Ἀριανοῦ σύνταξιν, ἔδωκε τὴν
ἐπιστολήν. ἧς τεθείσης εἰς τὸ μέσον, ἐποιοῦντο τὴν
6 σκέψιν Κρητικήν. οὐ γὰρ ἐσκόπουν ὑπὲρ τῆς τοῦ κιν- Cretica deliberatio.
δυνεύοντος σωτηρίας, οὐδ᾽ ὑπὲρ τῆς τῶν [c]ἐγχειρισάντων
τὴν πρᾶξιν πίστεως, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς αὑτῶν ἀσφαλείας,
7 καὶ τοῦ σφίσιν αὐτοῖς συμφέροντος. Διόπερ, ἀμφότεροι
Κρῆτες ὄντες, συντόμως κατηνέχθησαν ἐπὶ τὴν αὐτὴν
γνώμην. αὕτη δ᾽ ἦν, τὰ μὲν παρὰ τοῦ Σωσιβίου προδε-
8 δομένα δέκα τάλαντα διελέσθαι κοινῇ· τὴν δὲ πρᾶξιν
Ἀντιόχῳ [d]δηλώσαντας, καὶ συνεργῷ χρησαμένους
ἐπαγγείλασθαι, τὸν Ἀχαιὸν ἐγχειριεῖν αὐτῷ, λαβόν-
τας χρήματα, καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἀξίας
9 τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς. Τούτων δὲ κυρωθέντων, ὁ Partes inter se dividunt Bolis et Cambylus.
μὲν Καμβύλος ἀνεδέξατο, χειριεῖν τὰ κατὰ τὸν Ἀν-
τίοχον· ὁ δὲ Βῶλις ἐτάξατο, μετά τινας ἡμέρας πέμ-
ψειν τὸν Ἀριανὸν πρὸς τὸν Ἀχαιὸν, ἔχοντα παρά τε
τοῦ Νικομάχου καὶ Μελαγκόμα [e]συνθηματικὰ γράμ-
10 ματα. περὶ δὲ τοῦ παρεισελθεῖν τὸν Ἀριανὸν εἰς τὴν
ἄκραν ἀσφαλῶς, καὶ πάλιν ἀπελθεῖν, ἐκεῖνον ἐκέλευε
11 φροντίζειν. ἐὰν δὲ προσδεξάμενος τὴν ἐπιβολὴν Ἀχαιὸς
ἀντιφωνήσῃ τοῖς περὶ τὸν Νικόμαχον καὶ Μελαγκόμαν·
οὕτως ἔφη δώσειν ὁ Βῶλις αὑτὸν εἰς τὴν χρείαν, καὶ

[c] ἐγχειρισάντων correxi cum Reisk. Sic et cod. Vesont. Ceteri omnes vulgo ἐγχειρησάντων. [d] δηλώσαντες et mox χρησάμενοι fuerat in Aug. a prima manu. Sic deinde λαβόντες etiam foret legendum. [e] συνθηματικὰ γράμματα correxi auctore Reiskio. Vulgo omnes σύνθημά τι καὶ γράμματα. Sed in Aug. super τι est α, ut sit συνθήματα καὶ γράμματα, quod non spernam.

liorum vias expendere. Tandem, ut erat cum Ariano constitutum, ad *Cambylum* accedit, epistolam ei tradit. Qua in medium posita, *Creticam* super ea *deliberationem* instituunt. Non enim de salute miseri, cui periculum impendebat, neque de fide sibi ab iis habita, qui hoc ipsis negotium crediderant, sed de propria securitate sua atque utilitate consultabant. Itaque, ambo quum essent Cretenses, brevi disceptatione habita, in eamdem sententiam sunt delapsi: ea erat, *ut decem talenta, quæ Sosibius in antecessum numeraverat, æquis partibus inter se dividerent; rem vero ut Antiocho aperirent, sponderentque, si ope sua ipsos iret adjutum, et pecuniam in præsens largitus, spes in posterum ostenderet tanto incepto pares, fore ut Achæum ipsi tradant.* His ita firmatis, agendi cum Antiocho curam in se Cambylus recipit. *Bolis, post dies paucos Arianum se* pollicetur *missurum ad Achæum, arcanas literas ab Nicomacho et Melancoma afferentem: qui ut clam in arcem tuto ingrederetur, atque inde exiret, id vero curandum esse Cambylo. Quod si inceptum probaret Achæus, et Nicomacho ac Melancomæ responderet; tum ipsum Bolim rem adgressurum, et Cambylum fore conventurum.* Hoc

Ol. 141. 2. συμμίξειν τῷ Καμβύλῳ. Τῆς δὲ διατάξεως γενομένης 12
τοιαύτης, χωρισθέντες ἔπραττον ἑκάτεροι τὰ συντεταγμένα.

Dolus Bolidis et Cambyli probatur Antiocho.

XIX. Καὶ λαβὼν καιρὸν πρῶτον ὁ Κάμβυλος, προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸν λόγον. Ὁ δὲ Ἀντίοχος, [f]πρὸς 2
τρόπον αὐτῷ καὶ παραδόξου γενομένης τῆς ἐπαγγελίας, τὰ μὲν ὑπερχαρὴς ὤν, πάνθ' ὑπισχνεῖτο· τὰ δὲ διαπιστῶν, ἐξήταζε τὰς κατὰ μέρος ἐπινοίας καὶ παρασκευὰς αὐτῶν. μετὰ δὲ ταῦτα πιστεύσας, καὶ νομίζων 3
ὡσανεὶ σὺν θεῷ γίγνεσθαι τὴν ἐπιβολήν, ἠξίου καὶ πολλάκις ἐδεῖτο τοῦ Καμβύλου, συντελεῖν τὴν πρᾶξιν.
Τὸ δὲ παραπλήσιον ὁ Βῶλις ἐποίει πρὸς τὸν Νικόμαχον 4
καὶ Μελαγκόμαν. οἱ δέ, πιστεύοντες ἀπὸ τοῦ κρατίστου γίγνεσθαι τὴν ἐπιβολήν, καὶ παραυτίκα τῷ Ἀριανῷ συνθέντες τὰς πρὸς τὸν Ἀχαιὸν ἐπιστολὰς γεγραμμένας συνθηματικῶς, καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἐξαπέστειλαν, παρακαλοῦντες πιστεύειν τοῖς περὶ τὸν 5
Βῶλιν καὶ τὸν Καμβῦλον, [g]οὕτως ὥστε τὸν κυριεύσαντα τῆς ἐπιστολῆς μὴ δύνασθαι γνῶναι μηδὲν τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων. Ὁ δὲ Ἀριανός, διὰ τοῦ Καμβύλου 6
παρελθὼν εἰς τὴν ἄκραν, τὰ γεγραμμένα τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἀπέδωκε· καὶ συμπαρὼν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῖς γιγνομένοις, ἀκριβῶς τὸν κατὰ μέρος ὑπὲρ ἑκάστων

[f] πρὸς τρόπων Suid. quod probavit Gronovius. πρὸς τρόπου malim. [g] Verba οὕτως ὥστε usque γεγραμμένων, vel ex interpretamento ortæ, vel ante ἐξαπέστειλαν reponenda videri possunt.

modo operas partiti, postquam discessum esset, suum uterque pensum curabant.

XIX. *Cambylus* igitur, ut primum se obtulit occasio, mentionem hujus rei apud regem facit. *Antiochus*, rei adeo sibi gratæ atque ejus inopinatæ pollicitationem audiens; partim gaudio exultans, omnia polliceri; partim diffidens, consilia illorum sigillatim velle cognoscere, et quam haberent rei perficiendæ copiam. Deinde fidem jam dictis habens, et velut deo auspice negotium institutum ratus. Cambylum rogare, multumque ac sæpe orare, ut inceptum perficeret. *Bolis* quoque apud *Nicomachum et Melancomam* pariter operi instabat: qui fide sincera hæc geri arbitrati, epistolas e vestigio ad *Achæum* per notas, de quibus convenerat, scriptas (qui mos erat ipsorum) componunt, iisque missis hortantur, *ut Bolidi et Cambylo habere fidem ne dubitet:* quo fiebat, ut, si forte in potestatem alicujus venissent illæ literæ, nihil eorum, quæ intus erant scripta, posset cognosci. *Arianus* Cambyli opera in arcem admissus, literas *Achæo* tradidit: et, qui a principio cunctis, quæ gesta fuerant,

ἀπεδίδου λόγον, πολλάκις μὲν καὶ ποικίλως ὑπὲρ τῶν A. U. 540.
κατὰ τὸν Σωσίβιον καὶ Βῶλιν ἀνακρινόμενος, πολλάκις Dolus
δὲ περὶ Νικομάχου καὶ Μελαγκόμα, μάλιστα δὲ περὶ Bolidis et
7 τῶν κατὰ τὸν Καμβῦλον. οὐ μὴν, ἀλλ' αὐτοπαθῶς καὶ Cambyli.
γενναίως ὑπέμενε τοὺς ἐλέγχους, καὶ μάλιστα διὰ τὸ
μὴ γινώσκειν τὸ συνέχον τῶν τῷ Καμβύλῳ καὶ Βώλιδι
8 δεδογμένων. Ἀχαιὸς δὲ, καὶ διὰ τῶν ἀνακρίσεων τῶν
τοῦ Ἀριανοῦ, καὶ μάλιστα διὰ τῶν παρὰ τοῦ Νικο-
μάχου καὶ Μελαγκόμα συνθημάτων πιστεύσας, ἀντε-
φώνησε, καὶ παραχρῆμα πάλιν ἐξέπεμψε τὸν Ἀριανόν.
9 Πλεονάκις δὲ τούτου γενομένου παρ' ἑκατέρων, τέλος οἱ
περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἐπέτρεψαν περὶ σφῶν τοῖς περὶ Νικό-
μαχον, ἅτε μηδεμιᾶς ἄλλης ἐλπίδος ἔτι καταλειπο-
μένης πρὸς σωτηρίαν, καὶ πέμπειν ἐκέλευον ἅμα τῷ
Ἀριανῷ τὸν Βῶλιν ἀσελήνου νυκτὸς, ὡς ἐγχειριοῦντες
10 αὑτούς. Ἦν γάρ τις ἐπίνοια [h] περὶ τὸν Ἀχαιὸν τοι-
αύτη· πρῶτον μὲν διαφυγεῖν τοὺς ἐνεστῶτας κινδύνους,
μετὰ δὲ ταῦτα ποιήσασθαι [i] διὰ προόδου τὴν ὁρμὴν ἐπὶ
11 τοὺς κατὰ Συρίαν τόπους. πάνυ γὰρ εἶχε μεγάλας
ἐλπίδας, ἐπιφανεὶς ἄφνω καὶ παραδόξως τοῖς κατὰ
Συρίαν ἀνθρώποις, καὶ ἔτι διατρίβοντος Ἀντιόχου περὶ
τὰς Σάρδεις, μέγα ποιήσειν κίνημα, καὶ μεγάλης
ἀποδοχῆς τεύξεσθαι παρά τε τοῖς Ἀντιοχεῦσι καὶ τοῖς
κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην.

[h] An τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν? [i] δίχα προόδου suspicatus est Reisk. quod in vers. Lat. expressi. Cogitaveram διὰ περιόδου. διὰ Ῥόδου voluerat Gronov.

interfuisset, exactam omnium sigillatim rationem reddebat: quumque sæpe ac varie de Sosibio ac Bolide interrogaretur curiose, sæpe etiam de Nicomacho et Melancoma, maxime autem de Cambylo; ex vero animi affectu ac fortiter examen quodvis sustinebat, præsertim quoniam præcipua eorum, quæ a Cambylo et Bolide decreta fuerant, ignorabat. *Achæus* et iis motus, quæ interrogatus responderat *Arianus*, et ante omnia notis illis fidem habens, quæ ab Nicomacho et Melancoma acceperat, respondet, ac statim Arianum remittit. Quod quum sæpius deinde ultro citroque esset factum; tandem *Achæus*, cui spes salutis nulla supererat alia, *Nicomacho* sese permittit, mandatque illi, ut *noctu, silente luna, cum Ariano Bolim mittat, cui se traditurus esset.* Erant autem Achæi cogitationes hujuscemodi: omnium primum e præsentibus periculis esse evadendum; deinde, nullo adventus sui nuncio præmisso, Syriæ loca esse petenda. Satis enim credebat, magnaque in spe erat, si repente et inopinato, dum circa Sardeis adhuc moraretur Antiochus, Syris hominibus se ostendisset, ingentem motum ibi iri excitatum, suamque præsentiam Antiochensibus et Cœlæ Syriæ et Phœniciæ populis fore acceptissimam.

Ol. 141. 2.
Dolus Bolidis et Cambyli.

XX. Ὁ μὲν οὖν Ἀχαιὸς ἐπί τινος τοιαύτης προσδοκίας καὶ διαλογισμῶν ὑπάρχων, ἐκαραδόκει τὴν παρουσίαν τοῦ Βώλιδος. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μελαγκόμαν 2 ἀποδεξάμενοι τὸν Ἀριανὸν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀναγνόντες, ἐξέπεμπον τὸν Βῶλιν, παρακαλέσαντες διὰ πλειόνων, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποδείξαντες, ἐὰν καθίκηται τῆς ἐπιβολῆς. Ὁ δὲ, προδιαπεμψάμενος τὸν 3 Ἀριανὸν, καὶ δηλώσας τῷ Καμβύλῳ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὸν συντεθέντα τόπον. γενόμενοι 4 δὲ μίαν ἡμέραν ἐπί τ' αὐτὸ, καὶ συνταξάμενοι περὶ τοῦ πῶς χειρισθήσεται τὰ κατὰ μέρος, μετὰ ταῦτα νυκτὸς εἰσῆλθον εἰς τὴν παρεμβολήν. Ἡ δὲ διάταξις αὐτῶν 5 ἐγεγόνει τοιαύτη τις· εἰ μὲν συμβαίνει τὸν Ἀχαιὸν ἐκ τῆς ἄκρας ἐλθεῖν μόνον ἢ καὶ δεύτερον μετὰ τοῦ Βώλιδος καὶ Ἀριανοῦ, τελέως εὐκαταφρόνητος, ἔτι δ' εὐχείρωτος ἔμελλε γίγνεσθαι τοῖς ἐνεδρεύουσιν. εἰ δὲ μετὰ πλειό- 6 νων, δύσχρηστος ἡ πρόθεσις ἀπέβαινε τοῖς πεπιστευμένοις, ἄλλως τε καὶ ζωγρείᾳ σπεύδουσι κυριεῦσαι, διὰ τὸ τῆς πρὸς τὸν Ἀντίοχον χάριτος τὸ πλεῖστον ἐν τούτῳ κεῖσθαι τῷ μέρει. διόπερ ἔδει τὸν μὲν Ἀριανὸν, ὅταν 7 ἐξάγῃ τὸν Ἀχαιὸν, ἡγεῖσθαι, διὰ τὸ γινώσκειν τὴν ἀτραπὸν, ᾗ πολλάκις ἐπεποίητο καὶ τὴν εἴσοδον καὶ τὴν ἔξοδον· τὸν δὲ Βῶλιν ἀκολουθεῖν τῶν ἄλλων κατόπιν, 8 ἵνα, ἐπειδὰν παραγένηται πρὸς τὸν τόπον, ἐν ᾧ τοὺς ἐνεδρεύοντας ἑτοίμους ὑπάρχειν ἔδει διὰ τοῦ Καμβύλου,

XX. Hæc similiave his præstolans *Achæus*, et apud se cogitans, Bolidis adventum sollicitus exspectabat. *Melancomas* Arianum suscipit, lectisque Achæi literis *Bolin* mittit, multis hortatus, et, si destinata perficeret, plurima pollicitus. Ille *Ariano* præmisso, qui de suo adventu *Cambylum* faceret certiorem, noctu ad condictum locum venit: ubi quum diem integrum una fuissent, et, qua ratione singula administraturi essent, de communi sententia statuissent, mox silentio noctis castra ingrediuntur. Erat autem *ordo rei gerendæ, quem instituerant*, hujusmodi. Si quidem Achæus ex arce solus, vel uno dumtaxat comitatus, cum Bolide et Ariano exiret, facile utique insidiatores hominem aspernaturi, et sine ullo periculo manus ipsi erant injecturi. Sin autem cum pluribus comitibus egrederetur, difficile fore, ut hi, quorum fidei se commisisset, consilium suum exsequantur; quum præsertim capere vivum vellent, in quo pars magna gratiæ, quam ab Antiocho sperabant, erat posita. Oportebat igitur, ut Arianus, cum Achæum educeret, viam præiret, quia semitam illam norat, quam sæpe ingrediens egrediensque triverat: Bolim vero pone alios sequi, ut, postquam ad locum illum foret ventum, ubi Cambyli opera paratæ insidiæ futuræ erant, prehen-

τότε ἐπιλαβόμενος κρατοίη τὸν Ἀχαιὸν, καὶ μήτε διαδραίη κατὰ τὸν θόρυβον, νυκτὸς οὔσης, διὰ τόπων ὑλωδῶν [k]μήτ' αὐτὸν ῥίψαι κατά τινος κρημνοῦ περιπαθὴς γενόμενος, πέσοι δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ὑπὸ τὰς
9 τῶν ἐχθρῶν χεῖρας ζωγρείᾳ. Τούτων δὲ συγκειμένων, καὶ παραγενομένου τοῦ Βώλιδος ὡς τὸν Καμβύλον, ᾗ μὲν ἦλθε νυκτὶ, ταύτῃ παράγει πρὸς τὸν Ἀντίοχον τὸν
10 Βῶλιν ὁ Καμβύλος, μόνος πρὸς μόνον. Ἀποδεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως φιλοφρόνως, καὶ δόντος πίστεις ὑπὲρ τῶν ἐπαγγελιῶν, καὶ παρακαλέσαντος ἀμφοτέρους διὰ πλειόνων, μηκέτι μέλλειν ὑπὲρ τῶν προκειμένων, τότε
11 μὲν ἀνεχώρησαν εἰς τὴν αὑτῶν παρεμβολήν· ὑπὸ δὲ τὴν ἑωθινὴν Βῶλις ἀνέβη μετὰ τοῦ Ἀριανοῦ, καὶ παρεισῆλθεν ἔτι νυκτὸς εἰς τὴν ἄκραν.

A. U. 540. Dolus Bolidis et Cambyli.

XXI. Ἀχαιὸς δὲ προσδεξάμενος ἐκτενῶς καὶ φιλοφρόνως τὸν Βῶλιν, ἀνέκρινε διὰ πλειόνων ὑπὲρ ἑκάστου
2 τῶν κατὰ μέρος. θεωρῶν δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὸν ἄνδρα καὶ κατὰ τὴν ὁμιλίαν ἕλκοντα τὸ τῆς πράξεως στάσιμον, τὰ μὲν περιχαρὴς ἦν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, τὰ δὲ πάλιν ἐπτοημένος, καὶ πλήρης ἀγωνίας, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀποβησομένων.
3 [l]Ὑπάρχων δὲ καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν οὐδενὸς ἥττων, καὶ κατὰ τὴν ἐν πράγμασι τριβὴν ἱκανὸς, ὅμως ἀκμὴν ἔκρινε μὴ πᾶσαν εἰς τὸν Βῶλιν ἀνακρεμάσαι τὴν πίστιν.

Achæi cautio.

k καὶ μήτ' αὐτὸν Herv. cum omnibus MStis.   l δὲ in δὴ ex conject. mutaverat Casaub.

sum Achæum teneret: ne ille vel beneficio noctis, per silvas et dumeta in ipso tumultu evaderet, vel præ dolore de aliquo prærupto saxo præcipitem se daret, sed, ut erat propositum, in hostium potestatem vivus deveniret. His igitur ita constitutis, venit *Bolis* ad Cambylum: a quo prima statim nocte ad *Antiochum* deducitur, solus ad solum. Quem postquam benigne rex accepisset, deque promissis præmiis fidem suam dedisset, pluribusque verbis utrumque esset cohortatus, ne institutum negotium diutius differrent, in sua castra mox illi sunt reversi: appetente vero mane adscendit *Bolis cum Ariano*, et, priusquam illucesceret, arcem est ingressus.

XXI. *Achæus* prolixo animo singularique comitate eum excipit, et super unaquaque re sigillatim multis quæsitis, fidem hominis explorat. Quumque cerneret, ipsum et vultu et sermonibus gravitatem præ se ferre, tanti ponderis incepto parem, modo blandiente salutis spe gestiebat lætitia, modo rursus ob magnitudinem futuri eventus ceu attonitus et instantibus curis anxius erat. Sed, ut qui judicio nemini esset secundus, rerum autem usu non mediocriter polleret, statuit tamen secum, nondum omnem

Ol. 141. 2. διὸ ποιεῖται τοιούτους λόγους πρὸς αὐτὸν, ὅτι κατὰ μὲν 4
τὸ παρὸν οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐξελθεῖν αὐτῷ, πέμψει δέ
τινας τῶν φίλων μετ' ἐκείνου τρεῖς ἢ τέτταρας· ὧν
συμμιξάντων τοῖς περὶ τὸν Μελαγκόμαν, ἕτοιμον αὐ-
τὸν ἔφη παρασκευάσειν πρὸς τὴν ἔξοδον. Ὁ μὲν οὖν 5
Cum Cretense cretissans. Ἀχαιὸς ἐποίει τὰ δυνατά· τοῦτο δ' ἠγνόει [l]τὸ δὴ
λεγόμενον, πρὸς Κρῆτα κρητίζων. ὁ γὰρ Βῶλις οὐδὲν
ἀψηλάφητον εἶχε τῶν ἐπινοηθέντων ἂν εἰς τοῦτο τὸ
μέρος. Πλὴν παραγενομένης τῆς νυκτὸς, ἐν ᾗ συνεξαπο- 6
στέλλειν ἔφη τοὺς φίλους, προπέμψας τὸν Ἀριανὸν καὶ
τὸν Βῶλιν ἐπὶ τὴν τῆς ἄκρας ἔξοδον, μένειν [m]προσέταξε,
μέχρις ἂν οἱ μέλλοντες αὐτοῖς συνεξορμᾷν παραγέ-
νωνται. τῶν δὲ πειθαρχησάντων, κοινωσάμενος παρ' 7
αὐτὸν τὸν καιρὸν τῇ γυναικὶ, καὶ ποιήσας διὰ τὸ
Laodice uxor Achæi. παράδοξον τὴν Λαοδίκην ἔκφρονα· χρόνον μέν τινα
λιπαρῶν ταύτην καὶ καταπραΰνων ταῖς προσδοκωμέναις
ἐλπίσι προσεκαρτέρει· μετὰ δὲ ταῦτα πέμπτος αὐτὸς 8
γενόμενος, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις [n]μετρίας ἐσθῆτας ἀνα-
δοὺς, αὐτὸς δὲ λιτὴν καὶ [o]τὴν τυχοῦσαν ἀναλαβὼν, καὶ
ταπεινὸν αὐτὸν ποιήσας, προῆγε· συντάξας ἑνὶ τῶν 9
φίλων, αὐτὸν ἀεὶ ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ λεγόμενον ὑπὸ
τῶν περὶ τὸν Ἀριανὸν, καὶ πυνθάνεσθαι παρ' ἐκείνων ἀεὶ

[l] Vulgo τὸ δὴ τὸ λεγόμ. Alterum τὸ delevimus, monente Reiskio. [m] μένειν ἔφη προσέταξε Herv. cum MStis omnibus, excepto Urb. ἔφη ex ἐκεῖ corruptum suspicatus est Reisk. [n] μετρίοις mendose Herv. quod in μετρίους cum Ursino mutavit Casaub. [o] τὴν τυχοῦσαν. Articulum, qui aberat vulgo, adscivi ex Urb.

prorsus fiduciam in *Bolide* reponere. Itaque sermonibus hujusmodi illum convenit: *impræsentiarum quidem exire se non posse; verum tres quatuorve e numero amicorum una cum ipso missurum: qui si cum Melancoma essent collocuti, mox daturum se operam, ut ad exeundum sit paratus.* Ita *Achæus*, quantum ejus fieri poterat, sibi cavit: sed hoc illum fugiebat, quod, ut dici solet, *cum Cretense cretissabat;* nam Bolis nihil reliquerat intactum aut inexpensum eorum, quæ in tali re poterant excogitari. Ceterum ubi nox advenit, qua emissurum se una cum ipsis suorum aliquos dixerat: præmissis *Ariano* et *Bolide* ad arcis portam, qua exibant, opperiri ipsos eo loci jussit illorum adventum, qui profecturi cum ipsis erant. et illi quidem dicto parent. *Achæus* vero quum uxori in ipso illo articulo consilium indicasset, ac tam inopinatæ rei novitate *Laodicen* exanimasset; solandæ conjugi, et commemoratione eorum, quæ sperabat, mitigandæ, temporis aliquantum impendit. Dein quatuor amicis comitatus, quibus mediocrem amictum dederat, in vili ipse et plebeia veste, totus ad humilem conditionem compositus, præire instituit. Uni suorum præceperat, ut ad omnia, quæ Arianus aut Bolis dicerent, solus ipse responderet, et ex illis, quidquid usus

τὸ κατεπεῖγον, περὶ δὲ τῶν ἄλλων φάναι, βαρβάρους αὐτοὺς ὑπάρχειν. A. U. 540.

XXII. Ἐπεὶ δὲ συνέμιξαν τοῖς περὶ τὸν Ἀριανὸν, ἡγεῖτο μὲν αὐτὸς αὐτῶν διὰ τὴν ἐμπειρίαν· ὁ δὲ Βῶλις κατόπιν ἐπέστη κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἀπορῶν Capitur Achæus.
2 καὶ δυσχρηστούμενος ὑπὲρ τοῦ συμβαίνοντος. καίπερ γὰρ ὢν Κρὴς, καὶ πᾶν ἄν τι κατὰ τοῦ πέλας ὑποπτεύσας, ὅμως οὐκ ἠδύνατο διὰ τὸ σκότος συννοῆσαι τὸν Ἀχαιὸν, οὐχ οἷον τίς ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ καθάπαξ εἰ
3 πάρεστι. Τῆς δὲ καταβάσεως κρημνώδους μὲν καὶ δυσβάτου κατὰ τὸ πλεῖστον ὑπαρχούσης, ἔν τισι δὲ τόποις καὶ λίαν ἐπισφαλεῖς ἐχούσης καὶ κινδυνώδεις καταφορὰς, ὁπότε [p] παραγένοιτο πρός τινα τοιοῦτον τόπον, τῶν μὲν ἐπιλαμβανομένων, τῶν δὲ πάλιν ἐκδε-
4 χομένων τὸν Ἀχαιόν· (οὐ [q] δυναμένων γὰρ καθόλου τὴν ἐκ τῆς συνηθείας καταξίωσιν στέλλεσθαι πρὸς τὸν παρόντα καιρόν·) ταχέως ὁ Βῶλις συνῆκε, τίς ἐστὶ καὶ
5 ποῖος αὐτῶν ὁ Ἀχαιός. Ἐπεὶ δὲ παρεγένοντο πρὸς τὸν τῷ Καμβύλῳ διατεταγμένον τόπον, καὶ τὸ σύνθημα [r] προσυρίξας ὁ Βῶλις [s] ἀπέδωκε, τῶν μὲν ἄλλων οἱ
6 διαναστάντες ἐκ τῆς ἐνέδρας ἐπελάβοντο· τὸν δ' Ἀχαιὸν αὐτὸς ὁ Βῶλις ὁμοῦ τοῖς ἱματίοις, ἔνδον τὰς χεῖρας ἔχοντα, συνήρπασε, φοβηθεὶς, μὴ συννοήσας τὸ γιγνό-

[p] παραγίνοιτο malim cum Reisk. [q] Particulam γὰρ ex MStis revocavi. δὲ dederat Herv. cum Med. Prorsus omisit Casaub. [r] Fors. προσσυρίξας. [s] Correxi mendosum ἐπέδωκε.

postularet, ipse sciscitaretur, ceteros diceret esse barbaros.

XXII. Ubi cum Ariano et Bolide se conjunxerunt, propter locorum notitiam præcedebat ceteris *Arianus;* pone sequebatur *Bolis*, sicut ab initio fuerat constitutum, plane animi anxius, et in præsens consilii incertus. Nam etsi *Cretensis* erat, quidvis suspicari facilis in alienam perniciem, non tamen poterat, tenebris impedientibus, Achæum agnoscere, non dicam quis ille esset, verum ne illud quidem omnino, an adesset. Erat via ad descendendum plerisque in locis prærupta et invia; alicubi vero etiam lubrica et periculosa præcipitia habebat: ad hujusmodi aliquem locum quoties accedebatur, quum alii manu prehenderent *Achæum*, alii rursus illum ab his exciperent; (neque enim penitus continere se poterant, quo minus consuetam de more illi reverentiam præstarent;) mox intellexit *Bolis*, quis e comitatu esset *Achæus*. Ut vero ventum est ad locum a *Cambylo* constitutum, dat primo Bolis signum, sicut constitutum erat, sibilo: deinde ceteros quidem illi comprehendunt, qui ex insidiis surrexerant; at *Achæum* *Bolis* ipse *corripuit* cum vestibus suis, intra quas manus habebat: verebatur

Ol. 141. 2.

μενον [t]ἐπιβάλοιτο διαφθείρειν αὐτόν· καὶ γὰρ εἶχε
μάχαιραν ὑφ' αὑτῷ παρεσκευασμένος. ταχὺ δὲ καὶ 7
πανταχόθεν κυκλωθεὶς, ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς,
καὶ παραχρῆμα μετὰ τῶν φίλων ἀνήγετο πρὸς τὸν
Ἀντίοχον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, πάλαι μετέωρος ὢν τῇ 8
διανοίᾳ, καὶ καραδοκῶν τὸ συμβησόμενον, ἀπολύσας
τοὺς ἐκ τῆς συνουσίας, ἔμενε μόνος [u]ἐγρηγορὼς ἐν τῇ
σκηνῇ μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν σωματοφυλάκων. παρεισελ- 9
θόντων δὲ τῶν περὶ τὸν Καμβῦλον, καὶ καθισάντων τὸν
Ἀχαιὸν ἐπὶ τὴν γῆν δεδεμένον· εἰς τοιαύτην ἀφασίαν
ἦλθε διὰ τὸ παράδοξον, ὥστε πολὺν μὲν χρόνον ἀπο-
σιωπῆσαι, τὸ δὲ τελευταῖον συμπαθὴς γενέσθαι καὶ
δακρῦσαι. τοῦτο δ' ἔπαθεν, ὁρῶν, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, 10
τὸ δυσφύλακτον καὶ παράλογον τῶν ἐκ τῆς τύχης
συμβαινόντων. Ἀχαιὸς γὰρ ἦν Ἀνδρομάχου μὲν υἱὸς 11
τοῦ Λαοδίκης ἀδελφοῦ, τῆς Σελεύκου γυναικός· ἔγημε
δὲ Λαοδίκην τῆς Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως θυγατέρα,
κύριος δὲ ἐγεγόνει τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου πάσης.
δοκῶν δὲ τότε καὶ ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσι καὶ ταῖς τῶν 12
ὑπεναντίων ἐν ὀχυρωτάτῳ τόπῳ τῆς οἰκουμένης διατρί-
βειν, ἐκάθητο δεδεμένος ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποχείριος γενό-
μενος τοῖς ἐχθροῖς, οὐδέπω γινώσκοντος οὐδενὸς ἁπλῶς
τὸ γεγονὸς, πλὴν τῶν πραξάντων.

Ad Antiochum vinctus ducitur Achæus.

Achæi genus et dignitas.

[t] ἐπιβάλλοιτο cum Reisk. posui pro corrupto ἐπιλάβοιτο. [u] ἐγρηγόρως Urb. Aug. Regii, Vesont.

enim, ne fraude intellecta manus sibi afferre gladio, qui paratus illi sub veste aderat, aggrederetur. Statim vero ambientium corona cinctus, in potestatem inimicorum fuit, et e vestigio cum suis ad *Antiochum* est adductus. Rex, dudum suspensus animi, et cœpti exitum sollicitus exspectans, dimissis convivis solus in tabernaculo, duobus aut tribus satellitibus adstantibus, vigilans manebat. Postquam subito ingressus *Cambylus*, vinctum *Achæum* humi destituisset, adeo illi præ admiratione hæsit vox faucibus, ut post diuturnum silentium sortem illius ad extremum miseraretur et lacrymas funderet. Puto equidem, hoc illi usuvenisse, consideranti, quam inevitabiles, quamque inopinati sint fortunæ casus. Achæus enim Andromachi erat filius, fratris Laodicæ, quæ Seleuco nupsit; duxerat vero uxorem Laodicen Mithridatis regis filiam: universam vero cis Taurum Asiam imperio suo rexerat. Tum autem, cum et ipsius et hostium exercitus in munitissimo orbis terrarum loco ipsum versari existimaret, vinculis oneratus humi sedebat, in manu inimicorum positus; nemine dum, præter facti auctores, quid esset factum, sciente.

XXIII. Οὐ μὴν, ἀλλ' ἅμα τῷ φωτὶ συναθροιζομένων τῶν φίλων εἰς τὴν σκηνὴν κατὰ τὸν ἐθισμὸν, καὶ τοῦ πράγματος ὑπὸ τὴν ὄψιν θεωρουμένου· τὸ παραπλήσιον τῷ βασιλεῖ συνέβαινε πάσχειν καὶ τοὺς ἄλλους. θαυμάζοντες γὰρ τὸ γεγονὸς, ἠπίστουν τοῖς ὁρωμένοις. A. U. 540. Supplicium sumitur de Achæo.
2 Καθίσαντος δὲ τοῦ συνεδρίου, πολλοὶ μὲν ἐγίγνοντο λόγοι περὶ τοῦ τίσι δεῖ κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι τιμω-
3 ρίαις. ἔδοξε δ' οὖν, πρῶτον μὲν ἀκρωτηριάσαι τὸν ταλαίπωρον· μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταῤῥάψαντας εἰς ὄνειον ἀσκὸν ἀνασταυ-
4 ρῶσαι τὸ σῶμα. Γενομένων δὲ τούτων, καὶ τῆς δυνάμεως ἐπιγνούσης τὸ συμβεβηκὸς, τοιοῦτος ἐνθουσιασμὸς ἐγένετο καὶ παράστασις τοῦ στρατοπέδου παντὸς, ὥστε τῆς Λαοδίκης ἐκ τῆς ἄκρας μόνον συνειδυίας τὴν ἔξοδον τ' ἀνδρὸς, τεκμήρασθαι τὸ γεγονὸς ἐκ τῆς περὶ τὸ
5 στρατόπεδον ταραχῆς καὶ κινήσεως. Ταχὺ δὲ καὶ τοῦ κήρυκος παραγενομένου πρὸς τὴν Λαοδίκην, καὶ διασαφοῦντος τὰ περὶ τὸν Ἀχαιὸν, καὶ κελεύοντος τίθεσθαι τὰ πράγματα, καὶ παραχωρεῖν τῆς ἄκρας· Arx Sardium traditur Antiocho.
6 τὸ μὲν πρῶτον ἀναπόκριτος οἰμωγὴ καὶ θρῆνοι παράλογοι κατεῖχον τοὺς περὶ τὴν ἀκρόπολιν, οὐχ οὕτω διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἀχαιὸν εὔνοιαν, ὡς διὰ τὸ παράδοξον καὶ τελέως ἀνέλπιστον ἑκάστῳ φαίνεσθαι τὸ συμβεβηκός.
7 μετὰ δὲ ταῦτα πολλή τις ἦν ἀπορία καὶ δυσχρηστία περὶ τοὺς ἔνδον. Ἀντίοχος δὲ, διακεχειρισμένος τὸν

XXIII. Prima luce convenientibus, ut fit, in prætorium regis amicis, ante omnium oculos posito hocce spectaculo, idem aliis quoque ac regi usuveniebat: ea namque cunctos incessit admiratio, ut, quæ suismet oculis cernebant, satis vera non crederent. Postquam in concilio proceres sederunt, variæ de supplicio, quod de illo sumendum esset, dictæ sunt sententiæ. Demum placuit, primum ut extremis membris miser Achæus mutilaretur, deinde, ut, amputato capite, corpus in utrem asininum insutum in crucem tolleretur. Quo facto, ubi rem exercitus rescivit, adeo castra universa fanaticus quidam furor et effusa lætitia incessit, ut Laodice, quum sola ex omni arce cognitum habuisset, exitum mariti, casum illius e tumultu ac motu castrensi conjiceret. Mox venit caduceator ad Laodicen, eorum, quæ Achæo acciderant, nuncius, simul jubens, ut cura rerum se abdicaret, atque arcem traderet. Tum vero qui in arce erant, pro responso ejulatum primo et incondita lamenta edere incipiunt, non tam ob benevolentiam adversus Achæum, quam quod nova atque admirabilis planeque inopinata ea res cunctis accidebat. Deinde autem consilii inopes magna difficultate, qui arcem tenebant, afficiebantur. At rex, post sublatum de medio Achæum, ad

Ol. 141. 2. Ἀχαιὸν, ἐπεῖχε τοῖς κατὰ τὴν ἄκραν ἀεὶ, πεπεισμένος,
ἀφορμὴν ἐκ τῶν ἔνδον αὐτῷ παραδοθήσεσθαι, καὶ μά-
λιστα διὰ τῶν στρατιωτῶν. ὃ καὶ τέλος ἐγένετο.
Στασιάσαντες γὰρ πρὸς σφᾶς, ἐμερίσθησαν, οἱ μὲν 9
πρὸς [x] Ἀριόβαζον, οἱ δὲ πρὸς τὴν Λαοδίκην. οὗ γενο-
μένου, διαπιστήσαντες ἀλλήλοις, ταχέως ἀμφότεροι
παρέδοσαν αὐτοὺς καὶ τὰς ἀκροπόλεις. Ἀχαιὸς μὲν 10
οὖν, πάντα τὰ κατὰ λόγον πράξας, ὑπὸ δὲ τῆς τῶν
πιστευθέντων ἡττηθεὶς ἀθεσίας, κατεστρέψατο τὸν βίον·
κατὰ δύο τρόπους οὐκ ἀνωφελὲς ὑπόδειγμα γενόμενος
τοῖς ἐσομένοις· καθ' ἕνα μὲν, πρὸς τὸ μηδενὶ πιστεύειν 11
ῥᾳδίως· καθ' ἕτερον δὲ, πρὸς τὸ μὴ μεγαλαυχεῖν ἐν
ταῖς εὐπραγίαις, πᾶν δὲ προσδοκᾷν ἀνθρώπους ὄντας.

Achæi fatum, exemplum posteris.

VI.

Ol. 141. 3. A. U. 541.

CAVARUS, REX GALLORUM IN THRACIA.

* * *

Cavarus, bonus princeps,

XXIV. ΚΑΥΑΡΟΣ, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ
Γαλατῶν, βασιλικὸς ὑπάρχων τῇ φύσει καὶ μεγαλό-
φρων, πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρεσκεύαζε τοῖς προσ-
πλέουσι τῶν ἐμπόρων εἰς τὸν Πόντον· μεγάλας δὲ 2
παρείχετο χρείας τοῖς Βυζαντίοις, ἐν τοῖς πρὸς τοὺς
Θρᾷκας καὶ Βιθυνοὺς πολέμοις.

[x] Ἀρίβαζον videtur scribendum, ut superius.

inclusos in arce intentus, nihil dubitare, quin ab illis ipsis, maxime autem per milites, aliqua rei bene gerendæ occasio sibi daretur. Quod et tandem accidit. Quippe orta inter ipsos seditione, scissi sunt in partes; aliis cum *Ariobazo*, aliis cum *Laodice* sentientibus: quam ob caussam dum sibi invicem diffidunt, celeriter utraque factio et se et arces fidei regis permiserunt. Ita *Achæus*, quum nihil eorum prætermisisset, quæ ratio recta suadebat, illorum perfidia victus, quibus fidem habuerat, diem supremum obiit, exemplum posteris duobus modis utile: primum, ut *nemini temere esse credendum* discamus; deinde, *in rebus lætis ut spiritus ne attollamus; sed ut, homines cum simus, humani nihil alienum a nobis putemus.*

VI.

Excerpt. Valesian.

* * *

XXIV. *CAVARUS, Gallorum* regulus *Thraciam* incolentium, cum regia indole ac magnitudine animi præditus esset, et mercatoribus in *Pontum* navigantibus securitatem magnam præstitit, et *Byzantiis* in bello adversus Thraces ac Bithynos magno adjumento fuit.

* A. U. 541.

3 Πολύβιος ἐν ὀγδόῃ Ἱστοριῶν, Καύαρος, φησὶν, ὁ Γαλάτης, ὢν τ᾽ ἄλλα ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὑπὸ Σωστράτου τοῦ κόλακος διεστρέφετο, ὃς ἦν Χαλκηδόνιος τὸ γένος. corrumpitur ab assentatore.

VII.

RES ANTIOCHI AD URBEM ARMOSATAM.

* * *

XXV. ΞΕΡΞΟΥ βασιλεύοντος πόλεως Ἀρμόσατα, ἣ κεῖται πρὸς τῷ Καλῷ πεδίῳ καλουμένῳ, μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, ταύτῃ τῇ πόλει παραστρατοπεδεύσας Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, ἐπεβάλετο πολιορκεῖν αὐτήν. Xerxes, regulus Armosatæ,
2 θεωρῶν δὲ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως ὁ Ξέρξης, τὸ μὲν πρῶτον αὑτὸν ἐκποδὼν ἐποίησε· μετὰ δέ τινα χρόνον δείσας, μὴ, τοῦ βασιλείου κρατηθέντος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ τἄλλα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ διατραπῇ, μετεμελήθη καὶ διεπέμψατο πρὸς τὸν Ἀντίοχον, φάσκων,
3 βούλεσθαι συνελθεῖν εἰς λόγους. Οἱ μὲν οὖν πιστοὶ τῶν φίλων, οὐκ, ἔφασκον, δεῖν προΐεσθαι τὸν νεανίσκον, [y] λαβόντας εἰς χεῖρας· ἀλλὰ συνεβούλευον, κυριεύσαντα τῆς πόλεως, Μιθριδάτῃ παραδοῦναι τὴν δυναστείαν, ὃς ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κατὰ φύσιν. Ὁ δὲ

[y] λαβόντα maluerat Reiskius. λαβόντες (casu-ne, nescio, an consilio) est in edit. Lipsiensi, quod verius videtur, hac notione, *privatim cum rege colloquentes.*

*

Athenæus Lib. VI. *c.* 13.

POLYBIUS *Libro Historiarum octavo* scribit: *Cavarum*, Gallum, cum alioquin vir bonus fuisset, ab assentatore *Sostrato*, genere Chalcedonio, depravatum esse.

VII.

Excerpt. Valesian.

* * *

XXV. CUM *Antiochus*, castris positis ad *Armosatam*, (urbs est inter Euphratem et Tigridem sita, in *campo* qui *Pulcer* dicitur) obsidionem urbis pararet; *Xerxes*, illius urbis regulus, intellecto regis apparatu, primum quidem fuga sibi consuluit. Postea vero, veritus, ne occupata ab hostibus regia, et reliquæ regni partes consternarentur: consilium suum damnavit, legatisque ad *Antiochum* missis, *libenter cum eo collocuturum se esse*, dixit. Igitur fidissimi quidem amici Antiocho aiebant, *dimittendum non esse juvenem, quem in potestate haberent; sed, occupata urbe ejus, imperium Mithridati, sororis Antiochi filio, tradendum esse.* At rex,

Ol. 141. 3. in regno confirmatur ab Antiocho.

βασιλεὺς τούτων μὲν οὐδενὶ προσέσχε· μεταπεμψάμενος δὲ τὸν νεανίσκον, διελύσατο τὴν ἔχθραν, ἀφῆκε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων, ἃ συνέβαινε τὸν πατέρα προσοφείλειν αὐτῷ τῶν φόρων. λαβὼν δὲ παραχρῆμα τριακόσια τάλαντα παρ' αὐτοῦ καὶ χιλίους ἵππους καὶ χιλίους ἡμιόνους μετὰ τῆς ἐπισκευῆς, τά τε κατὰ τὴν ἀρχὴν ἅπαντα κατέστησε, καὶ, συνοικίσας αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Ἀντιοχίδα, πάντας τοὺς ἐκείνων τῶν τόπων ἐψυχαγώγησε καὶ προσεκαλέσατο, δόξας μεγαλοψύχως καὶ βασιλικῶς τοῖς πράγμασι κεχρῆσθαι.

VIII.

BELLUM HANNIBALICUM.

Tarentum proditur Hannibali.

* * *

Ol. 141. 4. A. U. 542. Philemenus et Nico agunt cum Hannibale.

Philemenus et Nico.

[z] XXVI. ΤΟ μὲν οὖν πρῶτον, ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων νυκτὸς, ἄλλοι μὲν συγκαθέντες εἴς τινα τόπον ὑλώδη παρὰ τὴν ὁδὸν, ἔμειναν· ὁ δὲ Φιλήμενος
καὶ Νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολήν. τῶν δὲ 2
φυλάκων ἐπιλαβομένων αὐτῶν, ἀνήγοντο πρὸς τὸν Ἀννίβαν, οὐδὲν εἰπόντες, οὔτε πόθεν, οὔτε τίνες ἦσαν· αὐτὸ δὲ μόνον τοῦτο δηλοῦντες, ὅτι θέλουσι τῷ στρατηγῷ

[z] *Titulus* in ora Cod. Urb. est: Περὶ ἁλώσεως Τάραντος.

posthabito eorum consilio, evocato ad se juveni inimicitiam condonavit, ac tributorum, quæ ab illius patre debebantur, maximam ei partem remisit: acceptisque protinus trecentis talentis, ac mille equis totidemque mulis una cum ornamentis ac phaleris, regnum ejus ipse ordinavit: et copulata eidem sorore *Antiochide*, omnes harum regionum incolas ad sui amorem allexit sibique conciliavit; quum magno ac prorsus regio animo in his usus esse videretur.

VIII.

Excerpt. antiq. ex Lib. VIII. *cap.* 19—29.

* * *

XXVI. PRINCIPIO ita egressi sunt urbem, tamquam expeditionem aliquo susciperent: dein, ubi noctu haud procul Carthaginiensium castris abessent, ceteri in silvosum quemdam prope viam locum se abdentes, ibi manserunt; *Philemenus* vero et *Nico* ad castra propius accesserunt. Hi a custodiis Punicis comprehensi, ad Hannibalem sunt deducti, quum nihil quidquam dixissent, nec quinam essent, nec unde, sed hoc solum significas-

3 συμμίξαι. ταχὺ δὲ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐπαναχθέντες A. U. 542.
4 ἔφασαν, αὐτῷ κατ' ἰδίαν βούλεσθαι διαλεχθῆναι. Τοῦ
δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως προσδεξαμένου τὴν ἔντευξιν, ἀπελο-
γίζοντο περί τε τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ περὶ τῶν κατὰ
τὴν πατρίδα, πολλὰς καὶ ποικίλας ποιούμενοι κατη-
γορίας Ῥωμαίων, χάριν τοῦ μὴ δοκεῖν ἀλόγως [a]ἐμβαί-
5 νειν εἰς τὴν ὑποκειμένην πρᾶξιν. Τότε μὲν οὖν Ἀννίβας
ἐπαινέσας, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν φιλανθρώπως ἀπο-
δεξάμενος, ἐξέπεμψε, συνταξάμενος παραγίγνεσθαι καὶ
6 συμμιγνύναι κατὰ τάχος αὐτῷ πάλιν. κατὰ δὲ τὸ Pecora volentibus hostibus abacta.
παρὸν ἐκέλευσε, τὰ πρῶτα τῶν ἐξελαθέντων [b]πρωῒ θρεμ-
μάτων, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις ἄνδρας, ἐπειδὰν ἱκανὸν
ἀποσχῶσι τῆς παρεμβολῆς, περιελασαμένους εὐθαρσῶς
ἀπαλλάττεσθαι· περὶ γὰρ τῆς ἀσφαλείας αὐτῷ μελή-
7 σειν. ἐποίει δὲ τοῦτο, βουλόμενος αὐτῷ μὲν ἀναστροφὴν
δοῦναι πρὸς τὸ πολυπραγμονῆσαι τὰ κατὰ τοὺς νεανί-
σκους· ἐκείνοις δὲ πίστιν παρασκευάζειν πρὸς τοὺς
πολίτας, ὡς ἀπὸ τοῦ κρατίστου ποιουμένοις τὰς ἐπὶ
8 τὰς λῃστείας ἐξόδους. Πραξάντων δὲ τῶν περὶ τὸν
Νίκωνα τὸ παραγγελθὲν, ὁ μὲν Ἀννίβας περιχαρὴς ἦν,
διὰ τὸ μόλις ἀφορμῆς ἐπειλῆφθαι πρὸς τὴν προκειμένην
9 ἐπιβολήν· οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλήμενον ἔτι μᾶλλον παρώρ-
μηντο πρὸς τὴν πρᾶξιν, διὰ τὸ καὶ τὴν ἔντευξιν ἀσφαλῶς

[a] ἐμβαίνειν dedit Urb. Vulgo ἐκβαίνειν. [b] πρωῒ ex conject. correxi, cum πρωθρεμμάτων daret Urb. Ceteri vulgo προθρεμμάτων.

sent, *convento opus esse imperatore.* Igitur ad Hannibalem protinus deducti, *velle se privatim cum eo colloqui,* dixere. Qui quum promta statim voluntate eos ad colloquium admisisset, cum de se, tum de sua patria longam orationem orsi, multa ac varia in Romanos criminatione sunt usi, ne sine caussa ad ea, quæ parabant, suscipienda viderentur accessisse. Et tunc quidem *Hannibal,* postquam gratum sibi esse ipsorum consilium ostendisset, benigneque eos appellasset, laudatos dimisit, dato mandato, ut quam primum reversi iterum de hoc negotio secum agerent. In præsentia jubet, ut, *ubi longius paullo e castris essent progressi, prima ex pecoribus, quæ mane pastum fuerint propulsa, una cum viris abigerent, atque ita sine ullo metu ad suos redirent: sibi securitatem ipsorum fore curæ.* Faciebat hoc *Hannibal,* ut daretur tempus, sibi quidem, ad inquirendum accuratius de juvenum consilio; ipsis vero, ad fidem civibus faciendam, absque ullo dolo malo prædatum se exire. Ut erat præceptum, ita fecerunt *Nico* et *Philemenus.* Itaque exultare gaudio Hannibal, quod perficiendi sui incepti facultas aliquando tandem sibi esset oblata: et juvenes quoque perducendi ad exitum, quæ agebant, cupiditate eo magis incendi, quod et collocuti erant

Ol. 141. 4. γεγονέναι, καὶ τὸν Ἀννίβαν εὑρηκέναι πρόθυμον, ἔτι δὲ
τὴν τῆς λείας διαψιλείαν ἱκανὴν αὐτοῖς πίστιν παρε-
σκευακέναι πρὸς τοὺς ἰδίους. [c]Τότε οὖν τὰ μὲν [d]ἀπο- 10
δόμενοι, τὰ δ' εὐωχούμενοι τῆς λείας, οὐ μόνον ἐπιστεύ-
οντο παρὰ τοῖς Ταραντίνοις, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὰς ἔσχον
οὐκ ὀλίγους.

Pactum proditorum cum Hannibale.

XXVII. Μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενοι δευτέραν
ἔξοδον, καὶ παραπλησίως χειρίσαντες τὰ κατὰ μέρος,
αὐτοί τε τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ἔδοσαν πίστεις, καὶ παρ'
ἐκείνων ἔλαβον, ἐπὶ τούτοις· Ἐφ' ᾧ Ταραντίνους ἐλευθε- 2
ρώσειν, καὶ μήτε φόρους [e]πράξεσθαι κατὰ μηδένα
τρόπον, μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐπιτάξειν Ταραντίνοις Καρ-
χηδονίους· τὰς δὲ τῶν Ῥωμαίων οἰκίας καὶ καταλύσεις,
ἐπειδὰν κρατήσωσι τῆς πόλεως, ἐξεῖναι Καρχηδονίοις
διαρπάζειν. Ἐποιήσαντο δὲ καὶ σύνθημα τοῦ παρα- 3
δέχεσθαι σφᾶς τοὺς φύλακας ἑτοίμως εἰς τὴν παρεμ-
βολήν, ὅτ' ἔλθοιεν. Ὧν γενομένων, ἔλαβον ἐξουσίαν εἰς 4
τὸ καὶ πλεονάκις συμμιγνύναι τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν·
ποτὲ μὲν ὡς ἐπ' ἐξοδίαν, ποτὲ δὲ πάλιν ὡς ἐπὶ κυνηγίαν
ποιούμενοι τὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐξόδους. Ταῦτα δὲ διαρ- 5
μοσάμενοι πρὸς τὸ μέλλον, οἱ μὲν πλείους ἐπετήρουν

Philemenus venator.

τοὺς καιρούς, τὸν δὲ Φιλήμενον [f]ἀπέταξαν ἐπὶ τὰς
κυνηγίας. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ 6

[c] Particulam οὖν, qua carent vulgo omnes, adjeci ex conject. [d] ἀποδόμενοι ex Urb. restitui, pro vulgato σπενδόμενοι. [e] πράξεσθαι correxit Casaub. πράξασθαι Herv. cum MStis. [f] Alii vulgo ἐπέταξαν.

impune cum hoste, et promtum paratumque Hannibalis animum invenerant: ad hæc, quod præda, quam largam abegerant, luculentam fidem sibi apud suos conciliasset. Tunc igitur partem prædæ vendentes, partem conviviis absumentes, non solum Tarentinis fidem suam probarunt, verum etiam ad facti sui æmulationem multos excitarunt.

XXVII. Post hæc altera excursione suscepta, quum similiter, ut ante, omnia fecissent, data et invicem accepta ab Hannibale fide, ita sanxerunt: *Tarentinos ab Hannibale liberatum iri, nullum omnino Pœnos ab eis vectigal exacturos, neque rem ullam aliam ipsis imperaturos. Potestatem fore Pœnis, urbe capta, Romanorum domos ac diversoria diripiendi.* Convenit et de tessera inter ipsos, quam si ederent Tarentini, sine mora, quoties venirent, excubiæ ipsos intra castra essent admissuræ. Hac ratione adeundi sæpius Hannibalis facta eis potestas est, quum modo sic urbe egrederentur, quasi in hosticum excursuri, modo tamquam venaturi. His ita constitutis provisisque in posterum, dum ceteri occasionibus imminebant, *Philemeno* dant partes venatum exeundi. Quia enim ei studio supra modum

μέρος ἐπιθυμίαν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ διάληψις, ὡς οὐδὲν A. U. 512.
προὐργιαίτερον ποιουμένου κατὰ τὸν βίον τοῦ κυνηγετεῖν.
7 διὸ τούτῳ μὲν ἐπέτρεψαν, ἐξιδιάσασθαι διὰ τῶν ἁλι-
σκομένων θηρίων πρῶτον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τετα-
γμένον Γάϊον Λίβιον, δεύτερον δὲ τοὺς φυλάττοντας τὸν C. Livius,
πυλῶνα, τὸν [g] ὑπὸ τὰς Τημενίδας προσαγορευομένας præfectus præsidii
8 πύλας. Ὃς παραλαβὼν τὴν πίστιν ταύτην, καὶ τὰ Rom.
μὲν αὐτὸς κυνηγετῶν, τῶν δ' ἑτοιμαζομένων αὐτῷ δι'
Ἀννίβου συνεχῶς εἰσέφερε τῶν θηρίων· ὧν τὰ μὲν ἐδίδου
τῷ Γαΐῳ, τὰ δὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, χάριν τοῦ τὴν
9 ῥινοπύλην ἑτοίμως ἀνοίγειν αὐτῷ· τὸ γὰρ πλεῖον ἐποι-
εῖτο τὰς εἰσόδους καὶ τὰς ἐξόδους νυκτὸς, προφάσει μὲν
χρώμενος τῷ φόβῳ τῶν πολεμίων, ἁρμοζόμενος δὲ πρὸς
10 τὴν ὑποκειμένην πρόθεσιν. Ἤδη δὲ κατεσκευασμένου
τοιαύτην συνήθειαν τοῦ Φιλημένου πρὸς τοὺς ἐπὶ τῆς
πύλης, ὥστε μὴ διαπορεῖν τοὺς φυλάττοντας, ἀλλ'
ὁπότε προσεγγίσας τῷ τείχει προσυρίξαι νυκτὸς, εὐθέως
11 ἀνοίγεσθαι τὴν ῥινοπύλην αὐτῷ· τότε παρατηρήσαντες
τὸν ἐπὶ τῆς [h] πόλεως ἄρχοντα τῶν Ῥωμαίων, [i] ἀφ' Convivium in Museo.
ἡμέρας μέλλοντα γίγνεσθαι μετὰ πλειόνων ἐν τῷ προσ-
αγορευομένῳ Μουσείῳ σύνεγγυς τῆς ἀγορᾶς, ταύτην
ἐτάξαντο τὴν ἡμέραν πρὸς τὸν Ἀννίβαν.

XXVIII. Ὁ δὲ πάλαι μὲν ἐπεπόριστο σκῆψιν ὡς Morbum simulat Hannibal.

[g] Aut κατὰ τὰς Τημεν. &c. aut ἐπὶ τῆς Τημενίδος προσαγορευομένης πύλης voluit Reiskius. [h] πόλεως correxit Casaub. πύλης mendose Herv. cum MStis. [i] ἀφ' ἡμέρας correxi cum Reisk. Vulgo h. l. omnes ἐφ' ἡμέρας.

erat deditus, vulgo omnes opinabantur, venatione ipsum per omnem vitam antiquius nihil habere. Propterea datum ipsi negotium est, ut ferarum, quas caperet, carnibus *Caium Livium* urbis præfectum ante omnes sibi conciliaret, deinde custodum stationem, ad portam *Temenidem*, quam vocant, excubantem. *Philemenus*, has partes in se suscipiens, subinde aliquam vel a se captam in venatione feram, vel ab Hannibale ipsi præparatam, in urbem inferebat; illatorumque partem Caio donabat, partem portæ custodibus, ut portulam promte sibi aperirent: nocte enim ut plurimum et ingrediebatur et egrediebatur, specie quidem propter metum hostium; re autem ipsa, quod negotio instituto sese accommodabat. Ubi jam eo consuetudinis *Philemenus* venit cum statione, ut nihil dubitarent custodes, sed, quoties ille noctu muro appropinquans sibili signum dedisset, portulam e vestigio ei aperirent; quum diem observassent proditores, quo præfectus Romani præsidii, quod in urbe erat, tempestivo convivio cum pluribus in *Museo* (id loci nomen est, forum attingentis) esset interfuturus; illum cum *Hannibale* diem constituerunt.

XXVIII. Pœnus, qui jam ante valetudinis adversæ caussam excogitaverat,

Ol. 141. 4. ἀῤῥωστῶν, χάριν τοῦ μὴ θαυμάζειν ἀκούοντας τοὺς
Ῥωμαίους, ὡς καὶ πλείω χρόνον ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων
ποιεῖται τὴν διατριβήν. τότε δὲ καὶ μᾶλλον προσε- 2
ποιεῖτο τὴν ἀῤῥωστίαν, ἀπεῖχε δὲ τῷ στρατοπέδῳ τριῶν
ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Τάραντος. Ἥκοντος δὲ τοῦ καιροῦ, 3
παρεσκευακὼς ἔκ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν τοὺς
διαφέροντας εὐκινησίᾳ καὶ τόλμῃ, περὶ μυρίους ὄντας
τὸν ἀριθμὸν, παρήγγειλε τεττάρων ἡμερῶν ἔχειν ἐφόδια.
Tarentum progreditur. ποιησάμενος δὲ τὴν ἀναζυγὴν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ἐχρῆτο 4
τῇ πορείᾳ συντόνως. τῶν δὲ Νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδο-
ήκοντα προχειρισάμενος, ἐκέλευε προπορεύεσθαι τῆς δυ-
νάμεως εἰς τριάκοντα σταδίους, καὶ τοὺς παρὰ τὴν ὁδὸν
τόπους ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἐπιτρέχειν· ἵνα μηδεὶς 5
[k] κατοπτεύσῃ τὴν ὅλην δύναμιν, ἀλλ᾽ οἱ μὲν ὑποχείριοι
γίγνοιντο τῶν διαπιπτόντων, οἱ δὲ διαφυγόντες [l] ἀναγ-
γέλοιεν εἰς [m] τὴν πόλιν, ὡς ἐπιδρομῆς οὔσης ἐκ τῶν
Νομάδων. Ἀποσχόντων δὲ τῶν Νομάδων ὡς ἑκατὸν 6
εἴκοσι σταδίους, ἐδειπνοποιήσατο παρά τινα δυσσύ-
νοπτον καὶ φαραγγώδη [n] ποταμόν. καὶ συναθροίσας 7
τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὐ διεσάφει τὴν ἐπιβολήν·
ἁπλῶς δὲ παρεκάλει, πρῶτον μὲν ἄνδρας ἀγαθοὺς
γίγνεσθαι πάντας, ὡς οὐδέποτε μειζόνων αὐτοῖς ἄθλων
ὑποκειμένων· δεύτερον δὲ, συνέχειν ἕκαστον τῇ πορείᾳ 8

[k] κατοπτεύσῃ correxi cum Reisk. Vulgo omnes κατοπτευθῇ. [l] ἀναγγέλλοιεν Casaub. invitis MStis. [m] ὡς τὴν πόλιν edd. cum Med. [n] τύπον malim cum Reisk.

ne mirarentur Romani, cum audirent, ipsum eodem loci diuturniorem moram trahere, tunc magis etiam ægritudinem simulavit: distabant autem ejus castra a Tarento dierum trium itinere. Ubi statutus dies advenit, decem fere millibus peditum atque equitum præparatis, qui velocitate et audacia præstabant; ut quatuor dierum parata cibaria haberent, ipsis imperat. Quarta deinde noctis vigilia motis signis, raptim agmen ducere instititit. Numidicis equitibus ad octuaginta selectis, præcepit, ut stadia circiter XXX antecederent exercitum, et loca omnia circa vias incursarent, ne quis forte universas copias cerneret; sed quicumque in eos incidissent, partim caperentur, partim, ubi evasissent, Tarentum afferrent nuncium, quasi Numidarum ea esset procursatio. Qui ut quindecim ferme millium spatio ab urbe aberant, *Hannibal* propter flumen cœnat, oculis hominum prope ereptum, quod per convallem præruptam et confragosam labitur. Ibi ducibus congregatis, non ille quidem consilium suum diserte eis aperuit; tantum monuit, ut *viros fortes se omnes præberent, quippe majora ipsis numquam proposita fuisse præmia:* deinde, ut *excedere ordinem agminis neminem*

τοὺς ὑφ' αὐτὸν ταττομένους, καὶ πικρῶς ἐπιτιμᾶν τοῖς A. U. 542.
9 καθόλου παρεκβαίνουσιν ἐκ τῆς ἰδίας τάξεως· τελευ-
ταῖον δὲ, προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς παραγγελλομένοις,
καὶ μηδὲν ἰδιοπραγεῖν, πάρεξ τῶν προσταττομένων.
10 Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ διαφεὶς τοὺς ἡγεμόνας, ἐκίνει τὴν
[o] πρωτοπορείαν, κνέφατος ἄρτι [p] γενομένου· σπουδάζων Philemenus dux itineris.
συνάψαι τῷ τείχει περὶ μέσας νύκτας, καθηγεμόνα
τὸν Φιλήμενον ἔχων, καὶ παρεσκευακὼς σῦν ἄγριον
αὐτῷ πρὸς τὴν διατεταγμένην χρείαν.

XXIX. Τῷ δὲ Γαΐῳ τῷ Λιβίῳ, γενομένῳ μετὰ τῶν Livii compotatio in Museo,
συνήθων ἀφ' ἡμέρας ἐν τῷ Μουσείῳ, κατὰ τὴν τῶν
νεανίσκων πρόληψιν, καὶ σχεδὸν ἤδη τοῦ πότου τὴν
ἀκμαιοτάτην ἔχοντος διάθεσιν, προσαγγέλλεται περὶ
2 δυσμὰς ἡλίου, τοὺς Νομάδας ἐπιτρέχειν τὴν χώραν. ὁ
δὲ πρὸς μὲν αὐτὸ τοῦτο διενοήθη, καὶ καλέσας τινὰς
τῶν ἡγεμόνων, συνέταξε, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ἱππέων,
ἐξελθόντας ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, κωλῦσαι τοὺς [q] κακοποι-
οῦντας τὴν χώραν τῶν πολεμίων· τῆς γε μὴν ὅλης
3 πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν. Οἱ δὲ
περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον, ἅμα τῷ σκότος
γενέσθαι, συναθροισθέντες ἐν τῇ πόλει πάντες, ἐτήρουν
4 τὴν ἐπάνοδον τῶν περὶ τὸν Λίβιον. τῶν δὲ ταχέως
ἐξαναστάντων διὰ τὸ γεγονέναι τὸν πότον ἀφ' ἡμέρας,
οἱ μὲν ἄλλοι πρός τινα τόπον ἀποστάντες ἔμενον· τινὲς

[o] πρωτοπορίαν Suid. [p] γινομένου Suid. [q] κακοποιοῦντας τὴν χώραν. Duo posteriora verba, quæ vulgo absunt, dedit Urb.

suorum paterentur; sed cunctos huc aut illuc divertentes acerbe increparent: postremo, *intenti ad imperia accipienda essent, neu quid, nisi imperatoris jussu, proprio consilio facerent.* Hæc locutus, ducibusque dimissis, ubi jam contenebravit, primum agmen movit; id studens, ut ad muros circa mediam noctem perveniret. Habuit autem itineris ducem *Philemenum;* cui ad ea perficienda, quæ fuerat jussus, aprum præparaverat.

XXIX. Circa solis occasum *Caio Livio*, qui, ut juvenes fuerant opinati, de die in *Museum* cum amicis convivaturus venerat, renunciatur, poculis tunc cum maxime ferventibus, *Numidas agrum populari.* Ille hoc unum animo reputans, vocatis nonnullis ducum edicit, ut pars dimidia equitum luce prima exiret, ad arcendum populationibus agrorum hostem: ceterum de universa Pœni molitione ut eo minus etiam suspicaretur, hic ipse nuncius effecit. *Nico, Tragiscus,* et alii, simulac tenebræ sunt obortæ, intra urbem omnes congregati, *Livii* ejusque sociorum reditum a convivio observabant. Qui quum mature a mensa surrexissent, quoniam de die ad discumbendum convenerant; juvenum alii quemdam in locum secesserunt,

Ol. 141. 4.
conjuratis opportuna.

δὲ τῶν νεανίσκων ἀπήντων τοῖς περὶ τὸν Γάϊον, διακεχυ-
μένοι, καί τι καὶ προσπαίζοντες ἀλλήλοις, ὡς ἂν ὑπο-
κρινόμενοι τοὺς ἐκ συνουσίας ἐπανάγοντας. ἔτι δὲ μᾶλ- 5
λον [r] ἠλλοιωμένων ὑπὸ τῆς μέθης τῶν περὶ τὸν Λίβιον, ἅμα
τῷ συμμίξαι γέλως ἐξ ἀμφοῖν ἦν καὶ παιδιὰ πρόχειρος.
Ἐπεὶ δὲ συνανακάμψαντες ἀποκατέστησαν αὐτὸν εἰς 6
οἶκον· [s] ὁ μὲν Γάϊος ἀνεπαύετο μεθύων, ὡς εἰκός ἐστι
τοὺς ἀφ' ἡμέρας πίνοντας, οὐδὲν ἄτοπον οὐδὲ δυσχερὲς
ἔχων ἐν τῇ διανοίᾳ, χαρᾶς δὲ πλήρης καὶ ῥαθυμίας.

Omnia curant conjurati.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον ἐπεὶ συνέμιξαν 7
τοῖς ἀπολελειμμένοις νεανίσκοις, διελόντες σφᾶς εἰς
τρία μέρη παρεφύλαττον, διαλαβόντες τῆς ἀγορᾶς τὰς
εὐκαιροτάτας εἰσβολὰς, ἵνα μήτε τῶν ἔξωθεν προσ-
πιπτόντων μηδὲν αὐτοὺς λανθάνῃ, μήτε τῶν ἐν αὐτῇ τῇ
πόλει γιγνομένων. ἐπέστησαν δὲ καὶ παρὰ τὴν οἰκίαν 8
τοῦ Γαΐου, σαφῶς εἰδότες, ὡς, ἂν γίγνηταί τις ὑπόνοια
τοῦ μέλλοντος, ἐπὶ τὸν Λίβιον ἀνοισθήσεται πρῶτον, καὶ
πᾶν τὸ πραττόμενον ἀπ' ἐκείνου λήψεται τὴν ἀρχήν.
ὡς δὲ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπάνοδοι, καὶ συλλήβδην 9
ὁ τοιοῦτος θόρυβος ἤδη παρῳχήκει, τῶν δὲ δημοτῶν ἡ
πληθὺς κατακεκοίμητο, προὔβαινε δὲ τὰ τῆς νυκτὸς,
καὶ τὰ τῆς ἐλπίδος ἀκέραια διέμενε· τότε συναθροι-
σθέντες προῆγον ἐπὶ τὴν προκειμένην χρείαν.

[r] ἠλλοιωμένων correxit Casaub. cum Ursino. ἠλλοιωμένοι Herv. cum MStis.

ibique quieti manserunt; alii effusi *C. Livio* procedunt obviam, nonnihil etiam inter se jocantes, ut quia a cœna redeuntes imitarentur. Quum autem Livius ipse multo magis alienata mente præ temulentia esset; simulac invicem appropinquarunt, risus et joci ultro citroque sunt statim excitati. Et isti quidem verso itinere ut præfectum comitarentur, domum suam ipsum deduxerunt. Tum Caius quidem, vino gravis, somno indulgere, sicut ii solent qui de die compotationes iniverunt; quum præsertim adversi aut parum læti nihil cogitaret, sed gaudii plenus esset ac lasciviæ. *Nico* vero et *Tragiscus*, iis juvenibus iterum juncti, qui se ab iis separaverant, conjuratorum corpore trifariam diviso, maxime opportunos quosque fori aditus præsidio occupatos tenebant: ne aut eorum, quæ foris adferrentur, quidquam ipsos lateret, aut eorum, quæ in urbe contingerent. Quosdam etiam *Livii* fores jusserunt observare; quod certo scirent, si qua eorum, quæ gerebantur, suspicio oboriretur, ad Livium primum rem iri relatum, et, quidquid agendum foret, principium ab ipso esse habiturum. Ut vero domuitiones a cœna totusque ille redeuntium strepitus præterierat, et populi multitudo somnum carpebat, jamque multum nox erat provecta, et spes juvenum integræ manebant; tunc demum, agmine facto, ad propositum exsequendum se accinxerunt.

XXX. Τὰ δὲ συγκείμενα τοῖς νεανίσκοις ἦν πρὸς A. U. 542.
2 τοὺς Καρχηδονίους· τὸν μὲν Ἀννίβαν ἔδει, συνάψαντα
τῇ πόλει κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς μεσογαίου, πρὸς ἕω δὲ
κειμένην πλευρὰν, ὡς ἐπὶ τὰς Τημενίδας προσαγορευο- Temenis
μένας πύλας, ἀνάψαι πῦρ ἐπὶ τοῦ τάφου, τοῦ παρὰ porta.
μέν τισιν Ὑακίνθου προσαγορευομένου, παρὰ δέ τισιν Hyacinthi
3 Ἀπόλλωνος Ὑακίνθου· τοὺς δὲ περὶ τὸν Τραγίσκον, tumulus.
ὅταν ἴδωσι τοῦτο γιγνόμενον, ἔνδοθεν ἀντιπυρσεῦσαι.
4 τούτου δὲ συντελεσθέντος, σβέσαι τὸ πῦρ ἔδει τοὺς περὶ
τὸν Ἀννίβαν, καὶ βάδην ποιεῖσθαι τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ
5 τὴν πύλην. Ὧν διατεταγμένων, οἱ μὲν νεανίσκοι δια-
πορευθέντες τὸν οἰκούμενον τόπον τῆς πόλεως, ἧκον ἐπὶ
6 τοὺς τάφους. Τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν Ταραν- Tarentino-
τίνων πόλεως μνημάτων ἐστὶ πλῆρες, διὰ τὸ τοὺς τελευ- rum sepulcra in urbe.
τήσαντας ἔτι καὶ νῦν θάπτεσθαι παρ' αὐτοῖς πάντας
7 ἐντὸς τῶν τειχῶν, κατά τι λόγιον ἀρχαῖον. Φασὶ γὰρ,
χρῆσαι τὸν θεὸν τοῖς Ταραντίνοις· ἄμεινον καὶ λώϊον
ἔσεσθαί σφισι ποιουμένοις τὴν οἴκησιν μετὰ τῶν πλει-
8 όνων· τοὺς δὲ, νομίσαντας ἂν οἰκήσειν οὕτως ἄριστα
κατὰ τὸν χρησμὸν, εἰ καὶ τοὺς μετηλλαχότας ἐντὸς
τοῦ τείχους ἔχοιεν, διὰ ταῦτα θάπτειν ἔτι καὶ νῦν τοὺς
9 μεταλλάξαντας ἐντὸς τῶν πυλῶν. Οὐ μὴν, ἀλλ' οἵ Pythionici
γε προειρημένοι, παραγενόμενοι πρὸς τὸν τοῦ Πυθιονίκου sepulcrum.
10 τάφον, ἐκαραδόκουν τὸ μέλλον. συνεγγισάντων δὲ τῶν
περὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ πραξάντων τὸ συνταχθέν· ἅμα

xxx. Rei agendæ ordo hic erat compositus inter juvenes et Pœnos. Oportebat, ut *Hannibal* urbi copias admoveret a parte orientem spectante, qua e mediterranea regione versus *Temenidem* quam vocant *portam* itur: deinde, ut e *tumulo*, quem alii *Hyacinthi*, alii *Apollinis Hyacinthi* indigetant, igne accenso flammam ederet: quæ postquam a *Tragisco* ejusque sociis esset visa, ipsi quoque ex urbe signum erant igne reddituri. His rite confectis, *Hannibalem* ad portam pede presso tendere oportebat. Ista igitur quum ita convenissent, juvenes habitatam urbis partem emensi, ad *sepulcretum* venerunt. Nam quia *Tarentini*, ex veteri quodam oraculo, mortuorum cadavera intra muros condunt (quod hodie etiam fit,) tota urbis illorum pars, quæ orientem solem respicit, monumentorum est plena. Fertur enim hæc olim Tarentinis a deo sors fuisse edita: *melius ipsis magisque ex animi sententia res cessuras, si habitarent cum pluribus.* Quo facto, existimasse eos, *tum demum beatissimam sibi, ex oraculi mente, sedem in urbe fore, quando etiam fato functos intra mœnia recepissent:* quapropter etiam nunc intra portas mortuos sepeliri. Ceterum dicti juvenes, ut ad sepulcrum *Pythionici* venere, quid futurum esset, opperiebantur. Ubi vero jam propius accessit *Hannibal*, et omnia, de quibus convenerat, egit; simul

Ol. 141. 4. [t]τῷ τὸ πῦρ ἰδεῖν οἱ περὶ τὸν Νίκωνα καὶ Τραγίσκον,
ἀναθαρρήσαντες ταῖς ψυχαῖς, καὶ τὸν παρ' αὐτῶν
πυρσὸν ἀναδείξαντες, ἐπεὶ τὸ παρ' ἐκείνων πῦρ πάλιν
ἑώρων ἀποσβεννύμενον, ὥρμησαν ἐπὶ τὴν πύλην μετὰ
δρόμου καὶ σπουδῆς· βουλόμενοι φθάσαι φονεύσαντες 11
τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τεταγμένους, διὰ τὸ συγκεῖσθαι,
[u]σχολῇ καὶ βάδην ποιεῖσθαι τὴν πορείαν τοὺς Καρχη-
δονίους. Εὐροήσαντος δὲ τοῦ πράγματος, καὶ προκα- 12
ταληφθέντων τῶν φυλαττόντων, οἱ μὲν ἐφόνευον τούτους,
οἱ δὲ διέκοπτον τοὺς μοχλούς. ταχὺ δὲ τῶν πυλῶν 13
ἀνοιχθεισῶν, πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἧκον οἱ περὶ τὸν
Ἀννίβαν, κεχρημένοι τῇ πορείᾳ συμμέτρως, ὥστε μηδε-
μίαν ἐπίστασιν γενέσθαι παρόδου ἐπὶ τὴν πόλιν.

Tarentum Hannibal intrat.

XXXI. Γενομένης δὲ τῆς εἰσόδου κατὰ τὴν πρόθεσιν
ἀσφαλοῦς καὶ τελέως ἀθορύβου, δόξαντες ἠνύσθαι σφίσι
τὸ πλεῖστον τῆς ἐπιβολῆς, λοιπὸν αὐτοὶ μὲν εὐθαρσῶς
ἤδη προῆγον ἐπὶ τὴν ἀγορὰν κατὰ τὴν πλατεῖαν τὴν
ἀπὸ τῆς Βαθείας ἀναφέρουσαν· τοὺς γε μὴν ἱππεῖς 2
ἀπέλιπον ἐκτὸς τοῦ τείχους, ὄντας οὐκ ἐλάττους δισχι-
λίων, θέλοντες ἐφεδρείαν αὐτοῖς ὑπάρχειν ταύτην πρός
τε τὰς ἔξωθεν ἐπιφανείας, καὶ πρὸς τὰ παράλογα τῶν
ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπιβολαῖς συμβαινόντων. Ἐγγίσαντες 3
δὲ τοῖς περὶ τὴν ἀγορὰν τόποις, τὴν μὲν δύναμιν ἐπέστη-
σαν κατὰ πορείαν· αὐτοὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Φιλήμενον

[t] Articulum τὸ, qui abest vulgo, adscivi ex Urb. [u] Vulgo omnes καὶ σχολῇ καὶ βάδην. Priorem conjunct. delevi cum Reiskio.

ignem viderunt *Nico et Tragiscus*, animis denuo confirmatis facem ipsi quoque suam attollunt: deinde exstinctam a Pœno flammam animadvertentes, curriculo ad portam contendunt, ut excubantem in ejus vestibulo stationem prius occiderent, quam eodem Carthaginienses pervenirent, qui ex compacto lente et presso gradu erant iter acturi. Re feliciter peracta, custodibus oppressis, alii miseros obtruncare, alii vectes effringere. Nec mora, aperiuntur portæ: et ipso plane quo oportuit momento adest *Hannibal*, cum tempore iter ea dexteritate commensus, ut ejus ad urbem adventus omnes falleret.

XXXI. Pœnus tuto et plane sine ullo tumultu, ut proposuerat, urbem ingressus, rem multo maxima ex parte jam sibi confectam ratus, de cetero bonæ spei plenus, per latam illam viam, quæ ex illa, quam *Batheam* vocant, ad superiora urbis ducit, forum cum suis petit. Equites (ii erant ad duo millia) extra portam reliquit, ut id sibi paratum esse subsidium, si quis extra urbem hostis aliunde apparuisset, sive aliquid parum provisum, quod fieri amat in talibus inceptis, repente accidisset. Postquam ad ea loca ventum, quæ sunt circa forum, subsistere agmen jubet *Hannibal:* ipse enim *Philemeno* quid actum esset, sol-

ἐκαραδόκουν, δεδιότες, πῶς σφίσι προχωρήσει καὶ τοῦτο A. U. 542.
4 τὸ μέρος τῆς ἐπιβολῆς. Ὅτε γὰρ ἀνάψαντες τὸ πῦρ Philemenus cum apro,
ἔμελλον πρὸς τὰς πύλας ὁρμᾷν, τότε καὶ τὸν Φιλή-
μενον, ἔχοντα τὸν ὗν ἐν φερέτρῳ, καὶ Λίβυας ὡσεὶ
χιλίους, ἐξαπέστειλαν ἐπὶ τὴν παρακειμένην πύλην,
βουλόμενοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν μὴ ψιλῶς ἐκ
μιᾶς ἐλπίδος ἐξηρτῆσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ
5 πλειόνων. Ὁ δὲ προειρημένος, ἐγγίσας τῷ τείχει κατὰ
τὸν ἐθισμὸν, ἐπεὶ [x] προσεσύριξε, παρῆν ὁ φύλαξ, εὐθέως
6 καταβαίνων πρὸς τὴν ῥινοπύλην. τοῦ δ' εἰπόντος ἔξωθεν,
ἀνοίγειν ταχέως, ὅτι βαρύνονται, φέρουσι γὰρ ὗν ἄγριον·
ἀσμένως ἀκούσας ὁ φύλαξ, ἀνέῳξε μετὰ σπουδῆς,
ἐλπίζων καὶ πρὸς αὐτόν τι διατείνειν τὴν εὐαγρίαν τῶν
περὶ τὸν Φιλήμενον, διὰ τὸ μερίτην ἀεὶ γίγνεσθαι τῶν
7 εἰσφερομένων. αὐτὸς μὲν οὖν ὁ προειρημένος τὴν πρώτην
ἔχων χώραν τοῦ φορήματος, εἰσῆλθε, καὶ σὺν αὐτῷ
νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἕτερος, ὡς εἷς τις ὢν τῶν
ἀπὸ τῆς χώρας, μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλοι δύο πάλιν, [y] οἱ
8 φέροντες ἐκ τῶν ὄπισθεν τὸ θηρίον. Ἐπεὶ δὲ τέτταρες per aliam portam intrat.
ὄντες ἐντὸς ἐγένοντο τῆς ῥινοπύλης, τὸν μὲν ἀνοίξαντα,
θεώμενον ἀκάκως καὶ ψηλαφῶντα τὸν ὗν, [z] αὐτοῦ πατά-
ξαντες ἀπέκτειναν· τοὺς δ' ἑπομένους μὲν αὐτοῖς, προη-

[x] *προσεσύριξε* correxi. *προσέρεισε* Herv. Aug. Med. Regii et Vesont. *προσέρησε* ora Herv. et ora Med. *προσέρισε* Urb. quod in *προεσύριξε* mutavit Casaub. [y] Sic Aug. Urb. Med. Articulus abest ab editis. *οἱ ἡ φέροντες* Reg. G. *ὑφέροντες* Reg. F. et Vesont. sed in Vesont. superscr. *πο*, ut sit *ὑποφέροντες*. [z] Vulgo *αὐτὸν πατάξ.*

licitus exspectabat, metu anxius de hujus quoque partis consilii sui eventu. Nam cum post accensum ignem pergere ad portam instituit: simul *Philemenum*, aprum in feretro habentem, et cum eo Afros circiter mille, ad portam Temenidi proximam eo consilio miserat, ut, quemadmodum ab ipso principio proposuerat, non unica dumtaxat spe rei patrandæ niteretur, sed pluribus simul. *Philemenus*, muro jam proximus, quum de more signum sibilo dedisset, adfuit extemplo custos, et ad portulam descendit. Cui quum ille, qui extra urbem erat, dixisset, ut *statim aperiret; onere namque premi se apri, quem gestarent;* lætus hunc sermonem custos accipit, et aperire festinat: sperabat enim, quod auspicato venatum isset Philemenus, ad se quoque nonnihil eam rem pertinere; quoniam partem eorum, quæ inferrentur, semper caperet. *Philemenus* igitur, qui in bajulando feretro primum locum tenebat, ingreditur, et cum eo alter habitu pastoritio indutus, tamquam esset agrestium aliquis; post hunc duo item alii, feram a posteriore parte bajulantes. Ubi quatuor isti intra portulam sunt admissi; ipsum, qui admiserat, contemplantem absque ulla malisuspicione, et manu aprum contrectantem, percusserunt e vestigio atque occiderunt. Mox Afros ad tri-

Ol. 141. 4. γουμένους δὲ τῶν ἄλλων, Λίβυας, ὄντας εἰς τριάκοντα,
σχολῇ καὶ μεθ' ἡσυχίας παρῆκαν διὰ τῆς πυλίδος.
Γενομένου δὲ τούτου, κατὰ τὸ συνεχὲς οἱ μὲν τοὺς 9
μοχλοὺς διέκοπτον, οἱ δὲ τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος ἐφόνευον,
οἱ δὲ τοὺς ἔξω Λίβυας ἐκάλουν διὰ συνθημάτων.
εἰσελθόντων δὲ καὶ τούτων ἀσφαλῶς, προῆγον ὡς ἐπὶ 10
τὴν ἀγορὰν κατὰ τὸ συντεταγμένον. Ἅμα δὲ τῷ 11
συμμῖξαι καὶ τούτους, περιχαρὴς γενόμενος Ἀννίβας
ἐπὶ τῷ κατὰ νοῦν αὐτῷ προχωρεῖν τὴν πρᾶξιν, εἴχετο
τῶν προκειμένων.

Hannibal Tarento potitur.

XXXII. Ἀπομερίσας δὲ τῶν Κελτῶν εἰς δισχιλίους,
καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τούτους, συνέστησε τῶν νεα-
νίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν χειριζόντων τὴν
πρᾶξιν. ἀκολούθως δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τινας ἡγε- 2
μόνων συνεξαπέστειλε, προστάξας διαλαβεῖν τῶν εἰς
τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. ὅταν δὲ 3
τοῦτο πράξωσι, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις νεανίσκοις ἐξαιρεῖ-
σθαι παρήγγειλε καὶ σώζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας τῶν
πολιτῶν, ἀναβοῶντας ἐκ πολλοῦ, μένειν κατὰ χώραν
Ταραντίνους, ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τῆς ἀσφαλείας.
τοῖς δὲ παρὰ τῶν Καρχηδονίων καὶ Κελτῶν ἡγεμόσι 4
κτείνειν διεκελεύσατο τοὺς ἐντυγχάνοντας τῶν Ῥωμαίων.
οὗτοι μὲν οὖν χωρισθέντες ἀλλήλων ἔπραττον μετὰ
ταῦτα τὸ προσταχθέν. Τῆς δὲ τῶν πολεμίων εἰσόδου 5
καταφανοῦς ἤδη γενομένης τοῖς Ταραντίνοις, πλήρης ἡ

ginta, qui hos sequebantur, et cetero agmini præibant, sensim ac silentio per portulam intro receperunt. Quo facto, confestim alii vectes effringere, alii excubantem ad portam stationem trucidare, alii Afris, qui extra portam erant, ingrediendi signum dare. Quum etiam isti essent tuto ingressi, recta forum, sicut jussi fuerant, petunt. Qui ubi ceteris se conjunxerunt, *Hannibal*, lætitia exultans, quod ex animi sententia conatus succedebat, reliqua incepti sui peragere institit.

XXXII. Tum duo millia Gallorum in tres dividit partes, et duos cuique parti juvenes attribuit, ex eorum numero qui proditionem fecerant: atque his quum e suis ducibus nonnullos adjunxisset, per urbem omnes dimittit, jussos *vias quasque maxime opportunas, quæ ducerent in forum, occupare.* Quod postquam fecissent, indigenis quidem juvenibus præcepit, ut *quicumque occurrerent cives, eos cædi eriperent servarentque, et clamore procul edito Tarentinos monerent, ne se loco moverent: cunctis enim propositam esse impunitatem.* At Carthaginiensium et Gallorum ducibus, ut *obvios quosque e Romanis occiderent*, imperavit. Et hi quidem in diversa profecti, imperata fecerunt. Ut Tarentini hostem jam

πόλις κραυγῆς ἐγίγνετο καὶ ταραχῆς παρηλλαγμένης. A. U. 542.
6 Ὁ μὲν οὖν Γάϊος, προσπεσούσης αὐτῷ τῆς εἰσόδου τῶν Livius in arcem evadit.
πολεμίων, συννοήσας ἀδύνατον αὐτὸν ὄντα διὰ τὴν μέθην,
εὐθέως ἐξελθὼν ἐκ τῆς οἰκίας μετὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ
παραγενόμενος ἐπὶ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν
λιμένα, καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ φύλακος ἀνοίξαντος αὐτῷ
τὴν ῥινοπύλην, [a]διαδὺς ταύτῃ, καὶ λαβόμενος ἀκατίου
τῶν ὁρμούντων, ἐμβὰς μετὰ τῶν οἰκετῶν, εἰς τὴν ἄκραν
7 παρεκομίσθη. Μετὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ περὶ τὸν Novus dolus Philemeni.
Φιλήμενον, ἡτοιμασμένοι σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καί
τινας τῶν αὐταῖς χρῆσθαι δυναμένων διὰ τὴν συνήθειαν,
8 στάντες περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμαινον. τῶν δὲ Ῥωμαίων
βοηθούντων ἐν τοῖς ὅπλοις κατὰ τὸν ἐθισμὸν εἰς τὴν
ἄκραν, ἐχώρει τὸ πρᾶγμα κατὰ τὴν πρόθεσιν τοῖς
9 Καρχηδονίοις. παραγενόμενοι γὰρ ταῖς πλατείαις ἀτά-
κτως καὶ σποράδην, οἱ μὲν εἰς τοὺς Καρχηδονίους ἐνέ-
πιπτον, οἱ δ' εἰς τοὺς Κελτούς· καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ Cædes Romanorum Tarenti.
10 φονευομένων αὐτῶν, πολύ τι πλῆθος διεφθάρη. Τῆς δ'
ἡμέρας ἐπιφαινομένης, οἱ μὲν Ταραντῖνοι τὴν ἡσυχίαν
εἶχον κατὰ τὰς οἰκήσεις, οὐδέπω δυνάμενοι [b]τάξασθαι
11 τὸ συμβαῖνον. διὰ μὲν γὰρ τὴν σάλπιγγα, καὶ τὸ
μηδὲν ἀδίκημα γίγνεσθαι μηδ' ἁρπαγὴν κατὰ τὴν
πόλιν, ἔδοξαν, ἐξ αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων εἶναι τὸ κίνημα.
12 τῷ δὲ πολλοὺς αὐτῶν ὁρᾶν πεφονευμένους ἐν ταῖς πλα-

[a] Sic Urb. Aug. et Ursin. Vulgo ταύτην. [b] εἰκάζεσθαι suspicatus est Casaub. τάξασθαι πρὸς τὸ συμβ. Reisk.

esse ingressum senserunt, clamore ac tumultu vario urbs est repleta. *Livius*, cognito intrasse hostes oppidum, cogitans, ebrietate impediri se, quo minus ferre opem posset, domo confestim cum famulis egreditur, et portam illam, qua itur ad portum, petit: deinde quum illi custos portulam aperuisset, perque eam ipse evasisset, scapham unam ex iis, quæ stabant in portu religatæ, arripit; qua cum famulis conscensa, ad arcem clam defertur. Secundum hæc *Philemenus* stans in theatro, tubis Romanis, quas ante paraverat, cum certis hominibus, qui per consuetudinem cum Romanis illas inflare didicerant, signum dabat; et cum Romani ferendæ opis gratia armati versus arcem pro more accurrerent, plane ex Carthaginiensium voto res succedebat. Quippe per plateas passim et inordinati advenientes Romani, partim in Pœnos, partim in Gallos incidebant: atque ita, multis eorum occisis, magna strages est edita. Ubi illuxit, Tarentini in suis ædibus quieti manere: necdum enim, quid rei esset, poterant pro certo secum statuere. Etenim cum tubam audirent, et abstineri ab injuria et direptione urbis cernerent, ab ipsis Romanis motum putabant excitatum. Cum vero mul-

Ol. 141. 4. τείαις, καί τινας τῶν Γαλατῶν θεωρεῖσθαι σκυλεύοντας
τοὺς τῶν Ῥωμαίων νεκρούς, ὑπέτρεχέ τις ἔννοια τῆς
τῶν Καρχηδονίων παρουσίας.

Hannibal benignus in Tarentinos.

XXXIII. Ἤδη δὲ τοῦ μὲν Ἀννίβου παρεμβεβληκότος
τὴν δύναμιν εἰς τὴν ἀγορὰν, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀποκεχω-
ρηκότων εἰς τὴν ἄκραν διὰ τὸ προκατεσχῆσθαι φρουρᾷ
ταύτην ὑπ' αὐτῶν, ὄντος δὲ φωτὸς εἰλικρινοῦς, ὁ μὲν
Ἀννίβας ἐκήρυττε, τοὺς Ταραντίνους ἄνευ τῶν ὅπλων
ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. οἱ δὲ νεανίσκοι, 2
περιπορευόμενοι τὴν πόλιν, ἐβόων ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ
παρεκάλουν θαῤῥεῖν, ὡς ὑπὲρ ἐκείνων παρόντας τοὺς
Καρχηδονίους. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν Ταραντίνων προ- 3
κατείχοντο τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους εὐνοίᾳ, γνόντες,
ἀπεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν· οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὸ κήρυγμα
συνηθροίζοντο χωρὶς τῶν ὅπλων, πρὸς οὓς Ἀννίβας φιλαν-
θρώπους διελέχθη λόγους. τῶν δὲ Ταραντίνων ὁμοθυ- 4
μαδὸν ἐπισημηναμένων ἕκαστα τῶν λεγομένων διὰ τὸ
παράδοξον τῆς ἐλπίδος, τότε μὲν δὴ ἀφῆκε τοὺς πολ-
λούς· συντάξας, ἕκαστον, εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν [c]ἐπαν-
ελθόντας μετὰ σπουδῆς, ἐπὶ τὴν θύραν ἐπιγράψαι,
ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ. τῷ δ' ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν κατάλυσιν ἐπι- 5
γράψαντι ταὐτὸ τοῦτο, θάνατον ὥρισε τὴν ζημίαν.
αὐτὸς δὲ διελὼν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐπὶ τῶν πρα- 6
γμάτων, ἐφῆκε διαρπάζειν τὰς τῶν Ῥωμαίων οἰκίας,

[c] ἐπανελθόντα Casaub. refragantibus libris.

tos ex eisdem per vias cæde stratos viderent, quosdam etiam Gallos e Romanorum corporibus spolia legentes; de adventu Carthaginiensium quædam suspicio animis eorum suboriebatur.

XXXIII. Jam *Hannibal* occupato foro suos in aciem ordinaverat, et Romani in arcem, quæ præsidio ipsorum tenebatur, fuga se receperant, luxque certior jam erat; cum Pœnus præconio edixit, ut *Tarentini omnes sine armis in forum convenirent.* At juvenes, per urbem discurrentes, clamore omnes ad libertatem vocare, *bono ut essent animo* jubere: *ad salutem enim civium Carthaginienses venisse.* E Tarentinis igitur quicumque necessitudinis alicujus vinculis adstricti Romanis erant, re cognita in arcem se receperunt: ceteri, ut erat edictum, inermes conveniunt; quos benigno alloquio affatus est *Hannibal.* Ad cujus singula verba quum magno consensu plausus et acclamationes propter insperatam salutem illi sustulissent; mox concionem Pœnus dimisit, simul præcipiens, *redirent domum quisque suam quantocius, et foribus inscriberent:* TARENTINI ÆDES. *Quod si quis vero eodem illo titulo Romani hospitii frontem notaret, morte luiturum.* Ipse partitus copias, quos norat maxime idoneos rei gerendæ, ad diripiendas Romanorum domos dimisit, data tessera, ut *quæ inscriptæ non essent, pro hostilibus eas haberent.* Reliquam aciem sub signis

σύνθημα δοὺς, [d]πολεμίας νομίζειν τὰς ἀνεπιγράφους, τοὺς δὲ λοιποὺς συνέχων ἐν τάξει τούτοις ἐφέδρους. A. U. 542.

XXXIV. Πολλῶν δὲ καὶ παντοδαπῶν κατασκευασμάτων ἀθροισθέντων ἐκ τῆς διαρπαγῆς, καὶ γενομένης ὠφελείας τοῖς Καρχηδονίοις ἀξίας τῶν προσδοκωμένων
2 ἐλπίδων· τότε μὲν ἐπὶ τῶν ὅπλων ηὐλίσθησαν, εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν Ἀννίβας συνεδρεύσας μετὰ τῶν Ταραντίνων, ἔκρινε διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας, ἵνα μηδεὶς ἔτι φόβος ἐπικάθηται τοῖς Ταραντίνοις ἀπὸ τῶν
3 κατεχόντων τὴν ἀκρόπολιν Ῥωμαίων. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπεβάλετο προθέσθαι χάρακα παράλληλον τῷ τείχει
4 τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τῇ πρὸ τούτου τάφρῳ. σαφῶς δὲ διαγινώσκων, οὐκ ἐάσοντας τοὺς ὑπεναντίους, ἀλλ' ἐναποδειξομένους τῇ δέ πῃ τὴν αὐτῶν δύναμιν, ἡτοίμασε χεῖρας ἐπιτηδειοτάτας· νομίζων, πρὸς τὸ μέλλον οὐδὲν ἀναγκαιότερον εἶναι, τοῦ καταπλήξασθαι μὲν τοὺς Ῥωμαίους, εὐθαρσεῖς δὲ ποιῆσαι τοὺς Ταραντίνους. Urbem ab arce intersepit,
5 Ἅμα δὲ τῷ τίθεσθαι τὸν πρῶτον χάρακα, θρασέως τῶν Ῥωμαίων καὶ τετολμηκότως ἐπιχειρούντων τοῖς ὑπεναντίοις· βραχὺ συμμίξας Ἀννίβας, καὶ τὰς ὁρμὰς τῶν προειρημένων ἐκκαλεσάμενος, ἐπεὶ [e]προέπεσον οἱ πλείους ἐκτὸς τῆς τάφρου, δοὺς παράγγελμα τοῖς αὐ-
6 τοῦ, προσέβαλε τοῖς πολεμίοις. γενομένης δὲ τῆς μάχης ἰσχυρᾶς, ὡς ἂν ἐν βραχεῖ χώρῳ καὶ περιτετειχισμένῳ frustra impedientibus Romanis.

[d] πολεμίους νομ. τοὺς edd. cum Med. Vulgo omnes προσέπεσον.

[e] προέπεσον correxi cum Reisk.

continet, paratum, si foret opus, diripientibus subsidium.

XXXIV. Coactus est ea direptione supellectilium omnis generis magnus numerus: et Carthaginienses nihilo inferiorem spe sua prædam sunt nacti. Qui eam noctem cum in armis egissent, die sequenti *Hannibal*, habita cum Tarentinis deliberatione, *muro urbem ab arce intersepire* statuit, ne quid deinceps Tarentini a Romano præsidio, quod arcem tenebat, timendum haberent. Primo igitur vallum e regione arcis facere, quod ab ejus muro et fossa, ante murum ducta, pari undique spatio distaret, instituit. Et qui probe sciret, nequaquam id hostes esse permissuros, sed ad id prohibendum omnes suas vires exserturos; varias hominum fortissimorum manus præparavit; quum nihil magis in posterum necessarium duceret, quam ut Romanis terrorem injiceret, *Tarentinis* animos adderet. Ut primum jaci vallum cœpit, *Romanis* intrepide atque audacter pugnam in adversarios capessentibus, *Hannibal* levi commisso prælio, tantum ut iram Romanorum irritaret, postquam plerosque eorum extra fossam videt erupisse, dato suis signo, hostem invadit. Post atrocem pugnam (quippe in angusto et muris

Ol. 141. 4.

τῆς συμπλοκῆς ἐπιτελουμένης, τὸ πέρας ἐκβιασθέντες
ἐτράπησαν οἱ Ῥωμαῖοι. καὶ πολλοὶ μὲν ἔπεσον ἐν
χειρῶν νόμῳ· τὸ δὲ πλεῖον αὐτῶν μέρος, ἀπωθούμενον, 7
καὶ συγκρημνιζόμενον ἐν τῇ τάφρῳ διεφθάρη.

Nova fossa valloque munitur Tarentum.

XXXV. Τότε μὲν οὖν Ἀννίβας [f]προβαλλόμενος ἀσ-
φαλῶς τὸν χάρακα, τὴν ἡσυχίαν ἔσχε, τῆς ἐπιβολῆς
αὐτῷ κατὰ νοῦν κεχωρηκυίας. τοὺς μὲν γὰρ ὑπεναν- 2
τίους συγκλείσας, ἠνάγκασε μένειν ἐντὸς τοῦ τείχους,
δεδιότας οὐ μόνον περὶ σφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς
ἄκρας. τοῖς δὲ πολιτικοῖς τοιοῦτο παρέστησε θάρσος, 3
ὥστε καὶ χωρὶς τῶν Καρχηδονίων ἱκανοὺς αὐτοὺς
ὑπολαμβάνειν ἔσεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. Μετὰ δὲ ταῦτα 4
μικρὸν ἀπὸ τοῦ χάρακος ἀποστήσας ὡς πρὸς τὴν πόλιν,
τάφρον ἐποίει παράλληλον τῷ χάρακι καὶ τῷ τῆς
ἄκρας τείχει· παρ᾽ ἣν ἐκ μεταβολῆς ἐπὶ τὸ πρὸς 5
τῇ πόλει [g]χεῖλος τοῦ χοὸς ἀνασωρευομένου, προσέτι
δὲ καὶ χάρακος ἐπ᾽ αὐτῆς [h]τεθέντος, οὐ πολὺ κατα-
δεεστέραν τείχους συνέβαινε τὴν ἀσφάλειαν ἐξ αὐτῆς
ἀποτελεῖσθαι. παρὰ δὲ ταύτην ἐντὸς ἔτι πρὸς τὴν πόλιν 6
ἀπολιπὼν σύμμετρον διάστημα, τεῖχος [i]ἐπεβάλετο κα-

Sotera via et Bathea.

τασκευάζειν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Σωτείρας, ἕως εἰς τὴν
Βαθεῖαν προσαγορευομένην· ὥστε καὶ χωρὶς ἀνδρῶν τὰς 7

[f] Forsan προβαλόμ. ut voluit Reisk. [g] χεῖλος &c. Corruptum locum ex conjectura restitui. Vulgo omnes πρὸς τῇ πόλει τεῖχος ἀνασωρευόμενος. Et Casaubonus lacunam post τεῖχος interjectis punctis indicavit. χεῖλος correxi cum Gron. et Reisk. Tum γῆν ἀνασωρευόμενος conjecerat Gron. γῆς ἀνασωρευομένης Reisk. [h] τεθέντος cum Reisk. posui pro mendose τιθέντος. [i] ἐπεβάλετο ex Gron. et Reisk. emendatione scripsi pro vulgato ἐπελάβετο.

circumcluso loco pugnabatur,) vi tandem coacti, terga vertunt Romani. In eo prælio multi eorum sunt occisi; plures tamen, dum pelluntur, præcipitati in fossam, ibi perierunt.

XXXV. Inde *Hannibal*, sine ullo discrimine urbem vallo præmuniens, quietus agebat, rebus ex animi sententia confectis: inclusos namque hostes intra muros se continere coegerat, non solum de salute sua, verum etiam de arce sollicitos. Oppidanis vero tantum ex ea re crevit animus, ut vel sine Carthaginiensium præsidio idoneas sibi adversus Romanos vires fore putarent. Post hæc Pœnus, modicum a vallo spatium recedens urbem versus, fossam vallo et muro arcis parallelam ducit. Secundum quam quum a latere (fossæ) urbi obverso ex effossa terra vice versa structus esset agger, eidemque vallos insuper defixisset, quin parem muro firmitatem munitio obtineret, non sane multum aberat. Adhuc tamen intra hanc, modico urbem versus spatio interjecto, e regione fossæ murum exstruere instituit, orsus a *Sotera via*, ad eam usque quæ Bathea dicitur, ut absque propugnatoribus vel ipsa per se muni-

δι' αὐτῶν τῶν κατασκευασμάτων ὀχυρότητας ἱκανὰς A. U. 542.
εἶναι, τοῖς Ταραντίνοις τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν.
8 Ἀπολιπὼν δὲ τοὺς ἱκανοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς
τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν καὶ τὴν τοῦ τείχους [k] παρεφε-
δρεύοντας ἱππεῖς, κατεστρατοπέδευσε, περὶ τετταρά-
κοντα σταδίους ἀποσχὼν τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμὸν,
παρὰ μέν τισι [l] Γαλαῖσον, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις Galæsus, s.
προσαγορευόμενον Εὐρώταν, ὃς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν ταύ- Eurotas, fluv.
την ἀπὸ τῆς τοῦ παρὰ Λακεδαίμονα ῥέοντος Εὐρώτα.
9 πολλὰ δὲ τοιαῦτα κατὰ τὴν χώραν καὶ κατὰ τὴν πόλιν
ὑπάρχει τοῖς Ταραντίνοις, διὰ τὸ καὶ τὴν ἀποικίαν καὶ
τὴν συγγένειαν ὁμολογουμένην αὐτοῖς εἶναι πρὸς Λακε-
10 δαιμονίους. Ταχὺ δὲ τοῦ τείχους λαμβάνοντος τὴν
συντέλειαν, διά τε τὴν τῶν Ταραντίνων σπουδὴν καὶ
προθυμίαν, καὶ τὴν τῶν Καρχηδονίων [m] συνεργίαν, μετὰ
ταῦτα διενοήθη καὶ τὴν ἄκραν ἐξελεῖν Ἀννίβας.

XXXVI. Ἤδη δ' ἐντελεῖς αὐτοῦ [n] συνεσταμένου τὰς Arx Tarenti
πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευὰς, παραπεσούσης ἐκ oppugnatur.
Μεταποντίου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν,
βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς ἀναθαῤῥήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι,
νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις, καὶ πάσας διέφθειραν τὰς
2 τῶν ἔργων καὶ μηχανημάτων κατασκευάς. Οὗ γενο-
μένου, τὸ μὲν πολιορκεῖν τὴν ἄκραν Ἀννίβας ἀπέγνω·

[k] παρεφεδρεύσοντας voluit Reisk. [l] Corrupte vulgo omnes Γαλαῖον. [m] Sic Herv. cum MStis. συνεργείαν ed. Casaub. et Gron. συνέργειαν edit. Lips. [n] Sic ed. Casaub. et seqq. συνεσταμένου ed. 1. cum MStis omnibus.

menta satis firma esse crederentur ad præstandam Tarentinis securitatem. Mox relicto præsidio idoneo et manu equitum satis magna ad custodiam urbis et muri agendam, ipse profectus ad flumen, quod quinque millia ab urbe abest, castra fecit. Eum amnem quidam *Galæsum*, plerique omnes *Eurotam* nuncupant: ab Eurota, qui urbem Lacedæmoniorum alluit, nomen huic est inditum: et sunt similia multa cum in agro, tum in urbe Tarentinorum; quoniam, ut constat inter omnes, e colonia Lacedæmoniorum ipsi sunt, et cognatione cum iis juncti. Tarentinis magno studio atque alacritate opus facientibus, parique sedulitate Pœnis eos adjuvantibus, et murus cito est perfectus, et Hannibal, eo absoluto, de expugnanda arce cœpit cogitare.

XXXVI. Cum jam necessaria omnia ad oppugnationem essent comparata, præsidium *Metaponto* per mare missum, *arcem Tarenti* ingressum, Romanorum animis aliquantum fiduciæ addidit. Nocte igitur impetu in opera facto, omnes qua operum qua machinationum fabricas corruperunt. Quod ut factum, arcem per vim expugnandi et spem et consilium *Hannibal* abjecit: sed, post opus muri con-

Ol. 141. 4. τῆς δὲ τοῦ τείχους κατασκευῆς ἤδη τετελειωμένης,
ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους, ἀπεδείκνυε, διότι κυριώτα-
τόν ἐστι πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς τὸ τῆς θαλάττης
ἀντιλαμβάνεσθαι. Κρατούσης γὰρ τῆς ἄκρας τῶν 3
κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπων, ὡς ἐπάνω προεῖπον, οἱ μὲν
Ταραντῖνοι τὸ παράπαν οὐκ ἠδύναντο χρῆσθαι ταῖς
ναυσὶν, οὐδ' ἐκπλεῖν ἐκ τοῦ λιμένος· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις
κατὰ θάλατταν ἀσφαλῶς παρεκομίζετο τὰ πρὸς τὴν
χρείαν. οὗ συμβαίνοντος, οὐδέποτε δυνατὸν ἦν, βεβαίως 4
ἐλευθερωθῆναι τὴν πόλιν. Ἃ συνορῶν ὁ Ἀννίβας, ἐδί- 5
δασκε τοὺς Ταραντίνους, ὡς, ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τῆς
κατὰ θάλατταν ἐλπίδος οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, παρὰ
πόδας [o] αὐτοὶ δι' αὐτῶν εἴξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ
παραδώσουσι τὸν τόπον. Ὧν ἀκούοντες οἱ Ταραντῖνοι, 6
τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο· ὅπως δ' ἂν γένοιτο
τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν, οὐδαμῶς ἐδύναντο συννοῆσαι,
πλὴν εἰ παρὰ Καρχηδονίων ἐπιφανείη στόλος. τοῦτο δ'
ἦν κατὰ τοὺς τότε καιροὺς ἀδύνατον. διόπερ ἠδυνάτουν 7
συμβαλεῖν, ἐπὶ τί φερόμενος Ἀννίβας τοὺς περὶ τούτων
πρὸς σφᾶς ποιεῖται λόγους. Φήσαντος δ' αὐτοῦ, 8
φανερὸν εἶναι, χωρὶς Καρχηδονίων αὐτοὺς δι' αὐτῶν ὅσον
ἤδη κρατῆσαι τῆς θαλάττης· μᾶλλον ἐκπλαγεῖς ἦσαν,
οὐ δυνάμενοι τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ συμβαλεῖν. Ὁ δὲ, 9
συνεωρακὼς τὴν πλατεῖαν εὐδιακόσμητον οὖσαν, τὴν

Per siccum transvehuntur naves Tarentinorum.

[o] *αὐτοὶ* ex conj. correxi. Vulgo *αὐτοῖς δι' αὐτῶν.*

summatum, convocatis principibus Tarentinis exposuit, *ad præsentes difficultates illud primum et potissimum requiri, ut mari conarentur potiri.* Quia enim claustra portus in potestate erant arcis, sicut antea dictum est, navibus utendi aut in apertum mare evadendi facultate omni penitus Tarentini privabantur; Romanis contra, quæcumque usus postularet, absque periculo mari advehebantur: quod quamdiu ita manebat, non poterat urbs firmiter liberari. Hoc probe intelligens *Hannibal,* Tarentinos docere instituit, *arcem tenentes, si maritimorum commeatuum spe excluderentur, ipsos per se confestim cessuros, arcem relicturos, et locum ipsis fore tradituros.* Quæ *Tarentini* cum audirent, assentiebantur illi quidem orationi Hannibalis; at, quo modo fieri illud ipsum posset, videre nequibant, nisi forte classis Carthaginiensium aliqua repente appareret: id vero tempore illo nulla fieri ratione poterat. Itaque quo spectaret *Hannibal,* quum hujusmodi sermones apud ipsos haberet, conjectura assequi non valebant. Quum ille subjecisset, *rem esse manifestam, parum abesse, quin ipsi per se, absque ope ulla Carthaginiensium, jamjam mari potiantur:* inopina rei novitate magis etiam stupere Tarentini, mentem Pœni assequi non valentes. Observaverat autem *Hannibal,* latam

ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν A. U. 540.
δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω Naves Tarent. per
θάλατταν, ταύτῃ διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος siccum transvectæ.
10 εἰς τὴν νότιον ὑπερβιβάζειν πλευράν. διόπερ ἅμα τῷ
τὴν ἐπίνοιαν ἐπιδεῖξαι τοῖς Ταραντίνοις, οὐ μόνον συγ-
κατέθεντο τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως ἐθαύ-
μασαν τὸν ἄνδρα, καὶ διέλαβον, ὡς οὐδὲν ἂν περιγένοιτο
11 τῆς ἀγχινοίας τῆς ἐκείνου καὶ τόλμης. Ταχὺ δὲ
πορείων ὑποτρόχων κατασκευασθέντων, ἅμα τῷ λόγῳ
τοὔργον εἰλήφει συντέλειαν· ἅτε προθυμίας καὶ πολυ-
12 χειρίας ὁμοῦ τῇ προθέσει συνεργούσης. Οἱ μὲν οὖν
Ταραντῖνοι τοῦτον τὸν τρόπον ὑπερνεολκήσαντες τὰς
νῆας εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ἐπολιόρκουν ἀσφαλῶς τοὺς
ἐκ τῆς ἄκρας, ἀφῃρημένοι τὰς ἔξωθεν αὐτῶν ἐπικουρίας.
13 Ἀννίβας δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως, ἀνέζευξε
μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρεγένετο τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ
ἀρχῆς χάρακα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐνταῦθα
διατρίβων, ἔμενε κατὰ χώραν.

IX.

EX HISTORIA EXPUGNATIONIS SYRACUSARUM.

* * *

1 XXXVII. ΜΑΘΩΝ δὲ ἐξ αὐτομόλου διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς

quamdam esse in urbe viam, quæ ad eum usum posset accommodari: ea nempe erat platea intra murum, arcem ab urbe separantem, quæ præter ipsum murum e portu ad mare externum ducebat: hac ille via naves ad latus urbis meridionale transportare cogitabat. Atque hoc suum inventum simulac *Tarentinis* aperuisset, non solum sententiam ducis omnes probarunt; sed ipsum quoque vehementer admirati, in eam opinionem venerunt, nihil tam arduum posse existere, quod acumini ejus atque audaciæ non cederet. Igitur comparatis machinis rotatis ad transvehendum aptis, simul dicta, simul facta res est: nam et alacritas magna, et multitudo hominum, qui suscepto operi manus admovebant, ingens erat. Ita igitur Tarentini, navibus hoc pacto per siccum transvectis in exterius mare, arcem tuentes omni jam externo subsidio exclusos tuto oppugnabant. *Hannibal*, relicto in urbe præsidio, cum ceteris copiis profectus, tertio die ad ea castra, unde exierat, pervenit: ubi quod reliquum erat hiemis per quietem egit.

IX.

* * *

XXXVII. CUM autem ex transfuga cognovisset, festum publicum eos celebrare, et cibis quidem parcis uti, propter penuriam, vino autem largiori;

Ol. 141. χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει.

* * *

Epipolæ captæ. Τοὺς δὲ Ῥωμαίους θαῤῥεῖν συνέβαινε, κρατοῦντας τοῦ περὶ τὰς Ἐπιπολὰς τόπου. 2

X.

FRAGMENTA MINORA VARII ARGUMENTI.

* * *

XXXVIII. ΟΥΤΩΣ οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων τὸ κουφότατον ἥκιστα φέρειν δύνανται, λέγω δὲ τὴν σιωπήν. 1

* * *

Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία μετ' ἐξουσίας πολυχρονίου, φύσιν ἔχει κόρον λαμβάνειν τῶν ὑποκειμένων· κἄπειτα ζητεῖ δεσπότην. τυχοῦσά γε μὴν τούτου, ταχὺ πάλιν μισεῖ. 2

* * *

Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκαράτης, ὡς Πολύβιος ὀγδόῃ. 3

* * *

[h] Δασσαρῖται, ἔθνος Ἰλλυρίας. Πολύβιος ὀγδόῳ. 4

* * *

Ὕσκανα, πόλις Ἰλλυρίδος, οὐδετέρως. Πολύβιος ή. 5

[h] Δασσαρῆται utique videtur scribendum.

oppugnare urbem instituit. (*Suidas in* Λιτοῖς.)

* * *

Captis vero *Epipolis*, animus Romanis et audacia accessit. (*Suidas in* Ἐπιπολάς.)

X.

* * *

XXXVIII. ITA quidem plerique hominum id quod facillimum est, *silentium* dico, minime omnium ferre possunt. (*Ora codicis Urbinatis.*)

* * *

Fieri quippe ita solet, ut, qui per longum tempus libertate potestateque usi sunt, eos satietas capiat præsentis rerum status, utque dominum dehinc requirant: quem tamen postquam nacti sunt, mox eumdem rursus odio prosequuntur. (*Ibidem.*)

* * *

Ancara, Italiæ oppidum. Gentile *Ancarates*, ut Polybius VIII. (*Stephanus Byz.*)

* * *

Dassaritæ, (potius *Dassaretæ*,) populus Illyriæ. Polybius VIII. (*Steph. Byz.*)

* * *

Hyscana, oppidum Illyridis, neutraliter. Polybius VIII. (*Idem.*)

ΤΗΣ ΕΝΝΑΤΗΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

EX PROŒMIO LIBRI NONI.

* * *

Ol. 142. 1.
A. U. 543.

Αἱ μὲν οὖν ἐπιφανέσταται πράξεις τῶν ὑπὸ τῆς προ-
ειρημένης Ὀλυμπιάδος περιληφθεισῶν, καὶ τοῦ τετραε- Olympiadum ratio.
τοῦς διαστήματος, ὃ [a] φαμὲν δεῖν Ὀλυμπιάδα νομίζειν,
εἰσὶν αὗται· περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν δυσὶ βιβλίοις πειρα-
σόμεθα ποιεῖσθαι τὴν ἐξήγησιν. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, διότι
2 συμβαίνει, τὴν πραγματείαν ἡμῶν ἔχειν αὐστηρόν τι,
καὶ πρὸς ἓν γένος ἀκροατῶν οἰκειοῦσθαι καὶ κρίνεσθαι,
διὰ τὸ μονοειδὲς τῆς συντάξεως. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι
3 συγγραφεῖς σχεδὸν ἅπαντες, εἰ δὲ μή γε οἱ πλείους, Varia Historiarum genera.
πᾶσι τοῖς τῆς ἱστορίας μέρεσι χρώμενοι, πολλοὺς ἐφέλ-
κονται πρὸς ἔντευξιν τῶν ὑπομνημάτων. Τὸν μὲν γὰρ
4 φιλήκοον ὁ γενεαλογικὸς τρόπος [b] ἐπισπᾶται· τὸν δὲ

[a] δεῖ Herv. Aug. Regii, Vesont. [b] ἐπισπᾶται correxi cum Ursino. ἐπίσταται Herv. cum MStis; quod in ἐφίσταται ex conject. mutavit Casaub.

I.

Excerpt. antiq. ex Lib. IX. *cap.* 1. 2.

* * *

QUOD igitur ad res gestas attinet, quæ in modo dictam Olympiadem incidunt, et quadriennii spatium, quod pro *Olympiade* debere censeri monuimus, earum maxime insignes istæ sunt, quas duobus libris peragere conabimur. Ceterum non sum nescius, nostrum hoc argumentum austeri et inamœni aliquid in se habere, ac propter uniformem scriptionem uni duntaxat lectorum generi esse accommodatum, et posse probari. Nam ceteri quidem Scriptores ferme omnes, aut plerique certe, quia Historiæ partes universas adhibent, ad lectionem suorum operum multos alliciunt. Etenim *qui una legendi voluptate ducuntur, eos* (*deorum heroumque*) *generationes attrahunt; multiplicis et reconditæ doctrinæ curiosos, sermo de colo-*

Ol. 142. 1. πολυπράγμονα καὶ περιττὸν, ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ
Ephorus. κτίσεις καὶ συγγενείας, καθά που καὶ παρ' Ἐφόρῳ
λέγεται· τὸν δὲ πολιτικὸν, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν
Res gestas exponit Polybius. ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν. [c]Ἐφ' ὧν ἡμεῖς ψιλῶς 5
κατηντηκότες, καὶ περὶ τούτων πεποιημένοι τὴν ὅλην
[d]τάξιν, πρὸς ἓν μέν τι καὶ γένος, ὡς προεῖπον, οἰκείως
ἡρμόσμεθα· τῷ δὲ πλείονι μέρει τῶν ἀκροατῶν ἀψυχα-
γώγητον παρεσκευάκαμεν τὴν ἀνάγνωσιν. Τίνος δὲ 6
χάριν, τἄλλα μὲν μέρη τῆς ἱστορίας ἀποδοκιμάσαντες,
αὐτὰ τὰ κατὰ τὰς πράξεις προειλόμεθα γράφειν, ἐν
ἑτέροις ἡμῖν εἴρηται διὰ πλειόνων· κεφαλαιωδῶς γε μὴν
οὐδὲν ἐπέχει καὶ νῦν, ἐμφάσεως χάριν, ὑπομνῆσαι τοὺς
ἀκούοντας.

Alia genera consulto omittit. II. Πολλῶν γὰρ καὶ πολλαχῶς ἐξηριθμημένων τά τε
περὶ τὰς γενεαλογίας καὶ μύθους, καὶ περὶ τὰς ἀποι-
κίας, ἔτι δὲ καὶ συγγενείας καὶ κτίσεις· λοιπὸν ἢ τὰ 2
ἀλλότρια δεῖ λέγειν ὡς ἴδια τὸν νῦν περὶ τούτων πρα-
γματευόμενον, ὃ πάντων ἐστὶν αἴσχιστον· ἢ, τοῦτο μὴ
βουλόμενον, προδήλως ματαιοπονεῖν, ὑπὲρ τοιούτων ὁμο-
λογοῦντα συντάττεσθαι καὶ φροντίζειν, ἃ διὰ τῶν
προγενεστέρων ἱκανῶς δεδήλωται καὶ παραδέδοται τοῖς
ἐπιγιγνομένοις. ταῦτα μὲν οὖν παρελείφθη τούτων ἕνεκα, 3

[c] ἐφ' ὧν et mox περὶ τούτων. Fortasse ἐφ' ὃν et περὶ τοῦτον, ut Reiskius voluit.
[d] pro τάξιν cum eodem utique σύνταξιν malim.

niis antiquis, de conditu urbium, de populorum inter ipsos cognatione; quemadmodum et apud *Ephorum* alicubi legitur. *Virum vero politicum res gestas scire juvat nationum, civitatum, et eorum qui populis dominantur.* Ad cujus argumenti nudam tractationem quum animum appulerimus nostrum, nec quidquam aliud hoc opere, nisi rerum gestarum narrationem, profiteamur; ad unum videlicet genus lectorum idonei sumus comparati, eaque a nobis concinnata est Historia, quæ majori audientium parti nullam magnopere oblectationem sit allatura. Sed quæ nos caussæ impulerint, ut ceteris Historiæ partibus rejectis, *Res gestas* dumtaxat susciperemus scribendas, et pluribus alibi exposuimus, et nunc quoque summatim ejus monere lectorem, ne consilii nostri rationem ignoret, nihil vetat.

II. Nam quum et de veteribus genealogiis fabulisque, et coloniis antiquis, de populorum cognationibus, de urbium conditu, multifariam et enucleate a multis sit expositum; id jam utique superest, ut, si quis rerum earumdem tractationem aggrediatur, is vel aliena pro suis necessario obtrudat, quo nihil queat esse turpius; aut si hoc nolit, inanem manifesto laborem suscipiat: qui quidem iis de rebus scribere se ac laborare confiteatur, quas majorum diligentia luculente exposuit, et posteriorum memoriæ tradidit. Hæc igitur cum hanc ob rationem prætermisimus, tum propter alias

4 καὶ πλειόνων ἑτέρων. Ὁ δὲ πραγματικὸς τρόπος ἐνε- A. U. 543.
κρίθη, πρῶτον μὲν διὰ τὸ καινοποιεῖσθαι συνεχῶς, καὶ
καινῆς ἐξηγήσεως δεῖσθαι, τῷ μὴ συμβατὸν εἶναι [e] τοῖς
ἀρχαίοις τὸ τὰς ἐπιγιγνομένας πράξεις ἡμῖν ἐξαγ-
5 γεῖλαι. δεύτερον δὲ, καὶ διὰ τὸ πάντων ὠφελιμώτατον Hoc utilissimum judicat.
αὐτὸν, καὶ πρὸ τοῦ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν ὑπάρχειν, τῷ
τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας ἐπὶ τοσοῦτον προκοπὴν εἰλη-
φέναι καθ' ἡμᾶς, ὥστε πᾶν τὸ παραπίπτον ἐκ τῶν
καιρῶν ὡσανεὶ μεθοδικῶς δύνασθαι χειρίζειν τοὺς φιλο-
6 μαθοῦντας. Διόπερ ἡμεῖς οὐχ οὕτω τῆς τέρψεως στο-
χαζόμενοι τῶν ἀναγνωσομένων, ὡς τῆς ὠφελείας τῶν
[f] προσεχόντων, τἄλλα παρέντες, ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος
7 κατηνέχθημεν. Περὶ μὲν οὖν τούτων, οἱ συνεφιστάνοντες
ἐπιμελῶς ἡμῶν τοῖς ὑπομνήμασι, βεβαιότατα μαρτυρή-
σουσι τοῖς νῦν λεγομένοις.

II.

BELLUM HANNIBALICUM.

Hannibal Capuâ Romam petit.

* * *

[g] III. ΑΝΝΙΒΑΣ δὲ κύκλῳ περιλαμβάνων τὸν χάρακα τοῦ Ἀππίου, τὸ μὲν πρῶτον ἠκροβολίζετο καὶ Appius Capuam, Hannibal Appium obsidet.

[e] τοῖς ἀρχαίοις ex ejusdem Reiskii conject. scripsi, cum vulgo esset ταῖς ἀρχαῖς εἰς τὸ τὰς ἐπιγιγν. [f] Sic scripsi monente Reiskio. Vulgo προσχόντων. [g] *Titulus* in ora Cod. Urb. Ἔλευσις Ἀννίβου πρὸς τὴν Ῥώμην· καὶ περὶ Καπύης.

plures. Illud contra Historiæ genus, quo *Res gestæ* explicantur, idcirco probavimus, primo quia continenter, quæ eo spectant, innovantur, ut nova etiam narratione subinde sit opus; quoniam non fuit in potestate majorum, res ætate ipsorum posteriores nobis enarrare. Deinde, quod genus hoc Historiæ, et semper quidem antea omnium fuit utilissimum, nunc tamen multo etiam magis: quoniam nostris hisce temporibus tantum experientia, atque usu omnes artes fecerunt incrementi, ut jam, quicumque casus acciderit, quadam veluti arte dirigere sua consilia discendi studiosi valeant. Qui ergo non tam oblectationem lectorum hac scriptione quæreremus, quam utilitatem eorum quibus hæc curæ sunt, ceteris Historiæ partibus omissis, ad hanc potissimum nos contulimus. Verum ad ista quod attinet, quisquis commentarios nostros attente legerit, is suo testimonio dictis meis ultro fidem adstruet.

II.

Excerpt. antiq. ex Lib. IX. *cap.* 3—9.

* * *

III. *HANNIBAL*, castra *Appii* milite suo undique cingens, levia primo facere prælia, et vellicare hostem, ut

Ol. 142. 1. κατεπείραζε, βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι πρὸς μάχην. οὐδενὸς δὲ συνυπακούοντος, τέλος ἐγίγνετο πολιορκίᾳ 2
παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον· τῶν μὲν ἱππέων ἐπιφερομένων ταῖς ἴλαις, καὶ μετὰ κραυγῆς εἰσακοντιζόντων εἰς τὴν παρεμβολὴν, τῶν δὲ πεζῶν κατὰ σπείρας προσπιπτόντων, καὶ διασπᾶν τὸ χαράκωμα πειρωμένων. οὐ 3
μὴν, ἀλλ' οὐδ' ὣς ἐδύνατο κινῆσαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς ὑποκειμένης προθέσεως· ἀλλὰ τοῖς μὲν εὐζώνοις ἀπετρίβοντο τοὺς προσπίπτοντας πρὸς τὸν χάρακα, τοῖς δὲ βαρέσι τῶν ὅπλων ἀσφαλιζόμενοι τὴν ἐπιφορὰν τῶν βελῶν, ἔμενον ἐν τάξει κατὰ τὰς σημαίας. Ἀννίβας 4
δὲ δυσαρεστούμενος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε παραπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν δύνασθαι, [h μήτε ἐκκαλεῖσθαι] τοὺς Ῥωμαίους, ἐβουλεύετο περὶ τῶν ἐνεστώτων, τί χρὴ ποιεῖν. Ἐμοὶ δ' οὐ μόνοις ἂν δοκῇ Καρχηδονίοις τὰ 5
τότε συμβαίνοντα παρέχειν ἀπορίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τοῖς πυθομένοις. Τίς γὰρ οὐκ ἂν 6
ἀπιστήσαι, πῶς Ῥωμαῖοι, πολλαῖς μὲν ἡττημένοι μάχαις ὑπὸ Καρχηδονίων, οὐ τολμῶντες δὲ κατὰ πρόσωπον ἔτι συγκαθίστασθαι τοῖς ὑπεναντίοις, ὅμως οὔτ' εἴκειν οἷοί τ' ἦσαν, οὔτ' ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων; καὶ τὸν 7
μὲν πρὸ τοῦ χρόνον ἀντιπαρῆγον μόνον ἀεὶ ταῖς ὑπωρείαις, τότε δὲ [i] καθιστάντες εἰς τὰ πεδία καὶ τὸν

Invictus Romanorum animus.

[h] Verba μήτε ἐκκαλεῖσθαι, quæ absunt vulgo, inserui ex Reiskii conject. Lacunam punctis interpositis indicaverat Casaub. [i] An καθίσαντες?

ad justam pugnam eliceret. Quum de provocatione illius moveretur nemo, tandem oppugnationi similis res evasit; simul equitibus turmatim invadentibus, ac clamore sublato tela in Romana castra jaculantibus; simul peditibus manipulatim irruentibus, ac vallum diruere conantibus. Verum ne sic quidem a suscepta semel sententia dimoveri potuerunt Romani, qui quidem leviter armatorum opera repellebant irrumpentes, gravi autem armatura pro munitione utentes adversus tela hostilia, ordinati sub signis manebant. *Hannibal* enimvero, qui neque ingredi urbem ullo astu, neque ab obsidione repellere poterat Romanos, parum lætum hujus expeditionis suæ exitum sibi jam spondens, de cetero, quid opus esset facto, deliberabat. Mihi vero, quæ tunc temporis gerebantur, talia videntur, ut non solum Carthaginiensibus, verum etiam quibusvis mortalium, qui fando illa acciperent, mira utique accidere debuerint. Etenim quis non ambigat, quî factum sit, ut Romani, qui, post tot clades a Pœnis acceptas, prodire in aciem ad dimicandum recta fronte cum hostibus non audebant, iidem tamen nec victos se fateri, nec apertis excedere locis sustinuerint? imo vero, ut, quum antea non nisi per montium radices agmen ducentes, hostem a latere sequi consuevissent, nunc in plana camporum et nobilissimum to-

ἐπιφανέστατον τόπον τῆς Ἰταλίας, ἐπολιόρκουν τὴν A. U. 543.
ἰσχυροτάτην πόλιν, κύκλῳ προσμαχομένων αὐτοῖς τῶν
πολεμίων, πρὸς οὓς [k] οὐδ᾽ ἐπινοήσαντες οἷοί τ᾽ ἦσαν
8 ἀντοφθαλμεῖν· Καρχηδόνιοί τε, ἀδιαλείπτως νικῶντες
ταῖς μάχαις, οὐχ ἧττον [l] ἐνίοις καιροῖς ἐδυσχρηστοῦντο
9 τῶν [m] ἡττωμένων. Δοκεῖ δέ μοι αἴτιον τοῦτο γεγονέναι In equitatu
τῆς ἑκατέρων προαιρέσεως, τὸ παρ᾽ ἀμφοῖν συντεθεωρῆ- præcipua vis Hanni-
σθαι, διότι τὸ παρ᾽ Ἀννίβου σύνταγμα τῶν ἱππέων balis.
αἴτιον ἦν καὶ τοῦ νικᾷν τοὺς Καρχηδονίους, καὶ τοῦ
10 λείπεσθαι τοὺς Ῥωμαίους. διόπερ αἵ τε τῶν [n] ἡττω-
μένων στρατοπέδων ἀντιπαραγωγαὶ μετὰ τὰς μάχας
εὐθέως [o] κατ᾽ αὐτῶν ἐγίγνοντο· διὰ γὰρ τόπων τοιούτων
ἀντιπαρῆγον, ἐν οἷς οὐδὲν ἔμελλε βλάψειν αὐτοὺς τὸ
11 τῶν ὑπεναντίων ἱππικόν· τά τε περὶ τὴν Καπύην τότε
συμβαίνοντα, εἰκότως ἑκατέροις ἀπήντα.

IV. Τὸ μὲν γὰρ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐξιέναι
μὲν πρὸς μάχην οὐκ ἐθάῤῥει, τῷ δεδιέναι τοὺς τῶν
2 πολεμίων ἱππεῖς· ἔμενε δ᾽ ἐν τῇ παρεμβολῇ τετολ-
μηκότως, σαφῶς εἰδὸς, ἀβλαβῆ τὴν ἵππον αὐτοῖς ἐσο-
3 μένην, ὑφ᾽ ἧς ἐν ταῖς μάχαις ἡττᾶτο. οἵ τε Καρχηδόνιοι Cur Ca-
πάλιν εὐλόγως οὔτε στρατοπεδεύσαντες μετὰ τῆς ἵππου puam re- liquerit
μένειν ἐδύναντο πλείω χρόνον, διὰ τὸ τὰ μὲν ἐν τῇ Hannibal?
παρακειμένῃ χώρᾳ χορτάσματα πάντα κατεφθαρκέναι

[k] οὐδ᾽ ἐπινοήσ. ex conject. scripsi: vulgo omnes οὔτ᾽ ἐπινοήσ. [l] ἐν ἐνίοις edidit Casaub. invitis MStis. [m] Sic Urb. Alii vulgo ἡττημένων, [n] ἡττημένων primus h. l. edidit Gron. invitis libris. [o] κατ᾽ αὐτῶν ex conject. posui, pro vulgato κατ᾽ αὐτόν.

tius Italiæ locum descenderint, urbemque munitissimam obsederint; quantumvis ipsos omni ex parte hostis ille oppugnaret, adversus quem rectos tenere oculos ne cogitantes quidem poterant? denique quî factum sit, ut *Carthaginienses*, cum perpetuo victores e pugnis discederent, non minoribus subinde incommodis affecti sint, quam victi? Ac mihi quidem instituti utrorumque hæc videtur caussa fuisse, quod penitus perspectum utrique habebant, *Hannibalis equitatum esse caussam, cur vincerent Carthaginienses, vincerentur Romani.* Propterea nimirum et statim post facta prælia Romani, quamvis victi, per colles a latere persequi hostem solebant; quibus in locis hostilis equitatus nullum ipsis detrimentum erat allaturus: et per eamdem rationem consentaneum erat, ut, quæ ad Capuam tunc fiebant, ab utraque parte ita acciderent.

IV. Nam Romanæ quidem legiones, hostilis equitatus metu, prodire ad dimicationem non audebant: eædemque intra castra nihil quidquam metuentes manebant, quoniam compertum habebant, equites, a quibus in acie collatis signis semper vincebantur, nihil jam sibi obfuturos. Rursus *Carthaginienses* neque *cum equitatu* eodem loco metari castra diutius commode poterant, quoniam pabula omnia

Ol. 142. 1.

Cur Capuam reliquerit Hannibal?

τοὺς Ῥωμαίους αὐτοῦ τούτου χάριν, τοῖς δὲ νώτοις οὐκ
ἐφικτὸν εἶναι, τοσαύτῃ μὲν ἵππῳ, τοσούτοις δ' ὑποζυ-
γίοις κατανύσαι χόρτον ἢ κριθὰς νομίζοντας ἐκ μακροῦ
[x] Mendose Herv. cum MStis nostris ἱστορῆσαι. Correxit Casaub. Adjectam autem malim particulam ἂν vel h. l. vel post δυνατός. [y] συμβαίνῃ ex Suida adscivi. Vulgo συμβαίνει. [z] Articulum, qui abest vulgo, ex conject. adjeci cum Reisk. [a] δαψιλῶς Ursin. et sic Vesont. et Aug. ex correct. ab eadem manu.

mali aliquid ea res portenderet, inhibuit agmen. Quo factum, ut, quum insecuta nocte discessum moliretur, explorato ab hostibus consilio, et castra et duces in Syracusiorum potestatem venirent. Atque si vel peritos dumtaxat percontatus esset *Nicias;* poterat non dicam occasionem suis consulendi propterea non prætermittere; sed etiam, propter ignorantiam adversariorum, eo quasi telo uti ad rem bene gerendam. *Maximum* enim *peritis ad ea, quæ parant, perficienda viaticum est imperitia aliena.* Et ex siderum quidem doctrina tantum delibandum, quantum ad ea, quæ diximus, futurum sit satis. *Scalarum* autem *commetiendarum*, ut usui respondeant, ratio est hujusmodi. Scilicet, si eorum, qui intra urbem tibi favent, aliquis mœnium altitudinem tibi dederit, manifesta res est. Qualium enim partium decem est muri altitudo; talium duodecim, large sumtarum, scalas esse oportebit. Spatium autem, quo ipsæ scalæ ab imo muro aberunt, cum numero adscendentium commetiendo, æquale facies dimidiatæ ipsarum longitudinis; ne, vel, si longius abfuerint, præ conscendentium numero facile confringantur, vel, si rectiores applicentur, facili

8 νουσιν. Ἐὰν δὲ μὴ δυνατὸν ᾖ μετρῆσαι, μηδ᾽ ἐγγίσαι A. U. 543.
τῷ τείχει, ληπτέον ἐξ ἀποστάσεως παντὸς ὕψους τὸ
μέγεθος τῶν πρὸς ὀρθὰς ἐφεστώτων τοῖς ὑποκειμένοις
9 ἐπιπέδοις. ὅ τε τρόπος τῆς λήψεως καὶ δυνατὸς καὶ
ῥᾴδιος τοῖς βουλομένοις πολυπραγμονεῖν [b] τὰ παρὰ τῶν
μαθηματικῶν.

XX. Διὸ πάλιν ἐν τούτοις φανερὸν, ὅτι δεήσει τοὺς Geometriam nosse debet Imperator.
βουλομένους εὐστοχεῖν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς καὶ πράξεσι,
γεγεωμετρηκέναι, μὴ τελείως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ᾽
ὅσον ἀναλογίας ἔννοιαν ἔχειν, καὶ τῆς περὶ τὰς ὁμοιότη-
2 τας θεωρίας. Οὐ γὰρ περὶ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ
περὶ τὰς τῶν σχημάτων μεταλήψεις ἐν ταῖς στρατοπε-
δείαις ἀναγκαῖος ἐστὶν ὁ τρόπος, χάριν τοῦ δύνασθαι
ποτὲ μὲν πᾶν σχῆμα μεταλαμβάνοντας τηρεῖν τὴν
αὐτὴν συμμετρίαν τῶν ἐν ταῖς παρεμβολαῖς [c] περιλαμ-
3 βανομένων· ποτὲ δὲ πάλιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν σχημάτων
μένοντας αὔξειν ἢ μειοῦν τὸ περιλαμβανόμενον τῇ στρα-
τοπεδείᾳ χωρίον, κατὰ λόγον ἀεὶ τῶν [d] προσγιγνομένων, ἢ
4 τῶν χωριζομένων ἐκ τῆς παρεμβολῆς. ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἐν Polybii Commentarii Tactici.
τοῖς [e] περὶ τὰς Τάξεις Ὑπομνήμασιν ἀκριβέστερον δεδή-
5 λωται. Οὐ γὰρ οἴομαι τοῦτό γε μετρίως ἡμῖν [f] ἐποίσειν

[b] Articulum τὰ ex ingenio adjecit Casaub. [c] περιλαμβ. ex Reiskii conject. scripsi pro vulgato παραλαμβανόμενον. [d] προσγιγνομένων ex Ursini emend. adscivi, pro mendoso προγινωσκομένων, quod est in libris; pro quo παραγιγνομένων posuit Casaub. [e] Sic corrigendum putavi. Mendose Codices omnes παρὰ τὰς Τάξεις. Sed ora cod. Aug. et inde ora edit. Hervag. περὶ Παρατάξεων, quod in contextum recepit Casaub. [f] ἐποίσειν ex conject. correxi. Vulgo omnes ὑποίσειν.

lapsu, qui adscendunt, ruant præcipites. Sin autem metiri murum nequeas, neque ad eum accedere; sumi poterit cujusvis altitudinis modus earum rerum, quæ propositæ superficiei ad rectos angulos insistunt. Potest enim illa mensura sumi, et quidem facile, si quis ea, quæ a mathematicis docentur, paulisper tractaverit.

xx. Iterum igitur ex his apparet, necesse fore iis, qui in susceptis a se actionibus aberrare a scopo noluerint, *Geometrica* addidicisse; non perfecte quidem, sed quantum satis sit ad proportiones intelligendas, et illa, quæ de figurarum æqualitate docentur. Etenim non ad ista solum requiritur Geometrarum scientia; verum etiam ad commutandas pro loci ingenio figuras in ponendis castris: ut possis, modo figura in quamvis aliam mutata, eumdem servare commensum omnium, quæ castris solent comprehendi; modo, servata eadem figura, vel laxiorem vel angustiorem aream vallo contentam reddere, pro ratione multitudinis quæ vel denuo advenit in castra, vel ab iis discedit. Qua de re in *Tacticis* nostris *Commentariis* accuratius est explanatum. Etenim neminem hoc quidem ullo jure nobis objecturum arbitror, quod muneris imperatorii

Ol. 142. 1. οὐδένα, διότι πολλά τινα προσαρτῶμεν τῇ στρατηγίᾳ,
κελεύοντες ἀστρολογεῖν καὶ γεωμετρεῖν τοὺς ὀρεγομένους
Artes præparatoriæ. αὐτῆς. Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἐκ περιττοῦ παρελκόμενα τοῖς 6
ἐπιτηδεύμασι, χάριν τῆς ἐν ἑκάστοις ἐπιφάσεως καὶ
στωμυλίας, πολύ τι μᾶλλον ἀποδοκιμάζων, παρα-
πλησίως δὲ καὶ τὸ πορρωτέρω τοῦ πρὸς τὴν χρείαν
ἀνήκοντος ἐπιτάττειν, περὶ τἀναγκαῖα [g]φιλοτιμότατός
εἰμι καὶ σπουδάζων. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τοὺς μὲν ὀρχη- 7
στικῆς ἢ τοὺς αὐλητικῆς ἐφιεμένους, ἐπιδέχεσθαι τήν τε
περὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μουσικὰ προκατασκευὴν, ἔτι
δὲ τὰ περὶ τὴν παλαίστραν, διὰ τὸ δοκεῖν προσδεῖσθαι
τὸ τέλος ἑκατέρου τῆς τῶν προειρημένων συνεργίας· τοὺς 8
δὲ στρατηγίας ἀντιποιουμένους ἀσχάλλειν, εἰ δεήσει
τῶν ἐκτὸς ἐπιτηδευμάτων μέχρι τινὸς ἀναλαβεῖν· ὥστε 9
τοὺς περὶ τὰς βαναύσους τέχνας ἀσκοῦντας ἐμμελε-
στέρους εἶναι καὶ [h]φιλοτιμοτέρους τῶν περὶ τὰ κάλ-
λιστα καὶ σεμνότατα [i]προαιρουμένων διαφέρειν· ὧν
οὐδὲν ἂν ὁμολογήσειε νοῦν ἔχων οὐδείς. Καὶ περὶ μὲν 10
τούτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω.

* * *

Sparta duplo major Megalopoli. XXI. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἐξ αὐτῆς τῆς περιμέτρου τεκμαίρονται τὰ μεγέθη τῶν προειρημένων.

[g] Vulgo φιλοτιμώτατος. [h] Vulgo φιλοτιμωτέρους. [i] Vulgo omnes τῶν προαιρουμένων. Delendum censui articulum.

nimis multas faciamus appendices, dum ejus candidatos jubemus et Astrologiæ et Geometriæ operam dare. Imo vero, quæ supervacanea sunt, ac nonnisi ostentationis caussa, et ut sit garriendi materia, ad artium disciplinas forinsecus trahuntur, ea equidem ipse potius magnopere improbo; pariterque eos, qui multo plura, quam quæ ad usum faciunt, imperant: at, quæ sunt necessaria, ea, quanto maximo studio possum, urgeo, ac pro eis contendo. Etenim absurdum est, eos quidem, qui saltandi arti aut tibias inflandi dant operam, rhythmorum et musicæ studiis prius instrui se curare, quin etiam palæstræ motus addiscere, quoniam artes illæ subsidio harum disciplinarum opus habere creduntur; eos autem, qui imperatores exercituum evadere cupiunt, ægre ferre, si alias nonnullas artes, velut extrinsecus adsumendas, oporteat ipsos aliquatenus delibare: adeo ut, qui artes illiberales exercent, plus ad eas curæ ac studii adhibeant, quam hi, qui in rebus pulcerrimis et gravissimis præstare ceteris propositum habent: quæ omnia, nemo vir est cordatus, qui de se fateatur. Verum de hisce hactenus dicta sufficiant.

* * *

XXI. Plerique hominum *ex solo ambitu magnitudines urbium et castrorum*

2 λοιπὸν, ὅταν εἴπῃ τις, τὴν μὲν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν πεντήκοντα σταδίων ἔχειν τὸν περίβολον, τὴν δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα, τῷ δὲ μεγέθει διπλῆν εἶναι τὴν Λακεδαίμονα τῆς Μεγάλης
3 πόλεως, ἄπιστον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον. ἂν δὲ καὶ συναυξῆσαί τις βουλόμενος τὴν ἀπορίαν εἴπῃ, ὅτι δυνατόν ἐστι, τετταράκοντα σταδίων πόλιν ἢ στρατοπεδείαν ἔχουσαν τὴν περιγραφὴν, διπλασίαν γίγνεσθαι τῆς ἑκατὸν σταδίων ἐχούσης τὴν περίμετρον, τελέως ἐκπληκτικὸν αὐτοῖς φαίνεται τὸ λεγόμενον.
4 [k] τούτου δ' ἐστὶν αἴτιον, ὅτι τῶν ἐν τοῖς παιδικοῖς μαθήμασι παραδιδομένων ἡμῖν διὰ τῆς γεωμετρίας οὐ
5 μνημονεύομεν. Περὶ μὲν οὖν τούτων προήχθην εἰπεῖν, διὰ τὸ μὴ μόνον τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτευομένων, καὶ τῶν ἐν ταῖς ἡγεμονείαις ἀναστρεφομένων τινὰς ἐκπλήττεσθαι, θαυμάζοντας, ποτὲ μὲν, εἰ δυνατόν ἐστι, μείζω τὴν τῶν Λακεδαιμονίων πόλιν εἶναι, καὶ πολλῷ μείζω, τῆς τῶν Μεγαλοπολιτῶν, τὸν περίβολον
6 ἔχουσαν ἐλάττω· ποτὲ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν τεκμαίρεσθαι, στοχαζομένους ἐξ αὐτῆς τῆς περιμέτρου τῶν
7 στρατοπεδειῶν. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἕτερον ἀδίκημα συμβαίνει περὶ τὰς τῶν πόλεων ἀποφάσεις. οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τὰς περικεκλασμένας καὶ βουνώδεις πλείους οἰκίας ὑπολαμβάνουσι κατέχεσθαι

A. U. 543.

Ex circuitu urbis non intelligitur magnitudo.

Collibus superstructæ urbes.

[k] τοῦτο δ' Herv. cum MStis nostris.

conjectant. Ac propterea, si quem dicentem audierint, *Lacedæmonem* patere quidem in circuitu stadia tantum octo et quadraginta, duplo vero majorem obtinere magnitudinem ejus, quam habet *Megalopolis*, cujus ambitus est stadiorum quinquaginta; dictis fidem omnem abrogant. Quod si vero augendæ admirationis caussa dicat aliquis, *posse fieri, ut vel oppidum, vel castra, spatio quadraginta stadiorum circumscripta, majora duplo sint eis quæ in circuitu stadia centum habent*, plane obstupescunt. Id autem ex eo sit, quod parum eorum meminimus, quæ inter pueriles disciplinas e Geometria doceri solemus. Equidem, ut aliquid de his dicerem, sum adductus, quod non rude tantum vulgus, sed eorum etiam nonnulli qui rempublicam administrant, quive exercitus ducunt, interdum stupore defixi mirentur, qui possit fieri, ut Sparta, quæ ambitu murorum est minor, Megalopolim magnitudine longe superet; pariterque interdum ex solo circuitu castrorum de numero hominum faciant conjecturam. Similis huic est et ille error, qui in pronunciando de urbibus solet committi. Scilicet plerique hominum arbitrantur, *urbes, tumulis et vallium anfractibus superstructas, plures domos continere iis, quarum superficies plana est.* At id sane secus habet.

Ol. 142. 1. τῶν ἐπιπέδων. τὸ δ' οὐκ ἔστι τοιοῦτον, διὰ τὸ τὰς 8
οἰκίας τῶν οἰκοδομιῶν μὴ τοῖς ἐγκλίμασι τῶν ἐδάφων,
ἀλλὰ τοῖς ὑποκειμένοις ἐπιπέδοις οἰκοδομεῖσθαι πρὸς
ὀρθὰς, ἐφ' ὧν καὶ τοὺς λόφους αὐτοὺς βεβηκέναι συμ-
βαίνει. γνοίη δ' ἂν τις ἐκ τοῦ φαινομένου [1]παιδικῶς 9
ὅπως τὸ λεγόμενον. εἰ γὰρ νοήσαι τις εἰς ὕψος ἀνατε- 10
ταμένας τὰς ἐν τοῖς κλίμασιν οἰκίας οὕτως, ὥστε
πάσας ἰσοϋψεῖς ὑπάρχειν· φανερὸν, ὡς, ἑνὸς ἐπιπέδου
γενομένου τοῦ κατὰ τὰ τέγη τῶν οἰκιῶν, ἴσον καὶ
παράλληλον ἔσται τοῦτο τῶν τοῖς λόφοις ὑποκειμένων
καὶ τοῖς τῶν τειχῶν θεμελίοις ἐπιπέδων. Περὶ μὲν οὖν 11
τῶν ἡγεῖσθαι καὶ πολιτεύεσθαι βουλομένων, ἀγνοούντων
δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ θαυμαζόντων, ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν
εἰρήσθω.

VI.

BELLUM HANNIBALICUM.

Ingenium et mores Hannibalis.

* * *

Ol. 142. 2. A. U. 544. Unus Hannibal ubique omnia gerit.

XXII. ΤΩΝ ἑκατέροις, Ῥωμαίοις φημὶ καὶ Καρχηδο-
νίοις, προσπιπτόντων καὶ συμβαινόντων εἷς ἦν ἀνὴρ
αἴτιος καὶ μία ψυχὴ, λέγω δὲ τὴν Ἀννίβου. τά τε 2
γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὁμολογουμένως οὗτος ἦν ὁ

[1] παιδικῶς ὅμως edd. cum nonnullis codicibus. Cogitaveram παιδικῶς πως.

Nam quæ in ejusmodi locis struuntur ædificia, ea ita eriguntur, non ut inclinationibus soli ad angulos rectos insistant, sed subjectæ superficiei planæ, cui et colles ipsi incumbunt. Atque id quidem, quod dico, ratione quadam, quæ vel pueris manifesta est, intelligi potest. Si quis enim domos, quæ pendentibus clivis sunt superstructæ, animo fingat altius assurgentes, ita ut eamdem omnes habeant altitudinem; palam est, quemadmodum tectorum omnium una plana superficies erit, sic istam superficiem æqualem ac parallelam fore illi plano solo, cui et colles et ædificiorum fundamenta innituntur. Verum de iis quidem, qui, quum hæc talia ignorent atque mirentur, præesse tamen exercitibus et administrare rempublicam cupiunt, hæc impræsentiarum dixisse sufficiat.

VI.

Excerpt. Valesian.

* * *

XXII. OMNIUM, quæ et Romanis ac Carthaginiensibus eo tempore eveniebant, unum caput atque *una mens*, *Hannibalis* scilicet, in causa erat. Namque in Italia quidem, ut inter

χειρίζων, τά τε κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διὰ τοῦ πρεσβυτέρου A. U. 544.
τῶν ἀδελφῶν Ἀσδρούβου, μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τοῦ
3 [m]πρεσβύτου Μάγωνος. οἱ γὰρ τοὺς τῶν Ῥωμαίων
στρατηγοὺς ἀποκτείναντες ἅμα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἦσαν
4 οὗτοι. Καὶ μὴν τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν ἔπραττε, τὰς
μὲν ἀρχὰς, διὰ τοὺς περὶ τὸν Ἱπποκράτην, ὕστερον δὲ
5 διὰ Μυττόνου τοῦ Λίβυος. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν
Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἰλλυρίδα· καὶ τὸν ἀπὸ τούτων τῶν
6 τόπων φόβον ἀνατεινόμενος ἐξέπληττε καὶ περιέσπα Ῥω-
μαίους διὰ τῆς πρὸς Φίλιππον κοινοπραγίας. Οὕτω
μέγα τι χρῆμα καὶ θαυμάσιον, ἀνὴρ καὶ ψυχὴ δεόντως
ἁρμοσθεῖσα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν πρὸς ὅ τι ἂν
7 ὁρμήσῃ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων. Ἐπεὶ δ' ἡ πραγμάτων Dissentiunt auctores de ingenio Hannibalis.
διάθεσις εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς [n]ἦχε περὶ τῆς Ἀννίβου
φύσεως, ἀπαιτεῖν ὁ καιρὸς δοκεῖ μοι, τὰς μάλιστα
8 διαπορουμένας ἰδιότητας ὑπὲρ αὐτοῦ δηλῶσαι. Τινὲς
μὲν γὰρ ὠμὸν αὐτὸν οἴονται γεγονέναι καθ' ὑπερβολὴν,
τινὲς δὲ φιλάργυρον. τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ
[o]καὶ τῶν ἐν πράγμασιν ἀναστρεφομένων, οὐ ῥᾴδιον.
9 ἔνιοι μὲν γὰρ ἐλέγχεσθαί φασι τὰς φύσεις ὑπὸ τῶν
περιστάσεων, καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἐξουσίαις καταφανεῖς
γίγνεσθαι, κἂν ὅλως τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀναστέλλωνται,
10 τοὺς δὲ πάλιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις. Ἐμοὶ δ' ἔμπαλιν

[m] πρεσβευτοῦ suspicatus est Gron. Imo νεωτέρου malim. [n] ἦχε ex conject. scripsi, pro vulgato εἶχε. [o] καὶ καθόλου τῶν ἐν πράγμ. malim cum Reisk.

omnes constat, ipse omnia gerebat; Hispaniam vero per seniorem e fratribus *Hasdrubalem*, ac deinde per *Magonem* [majorem] administrabat: ab his enim ambo prætores Romani in Hispania cæsi fuere. Præterea in Sicilia res regebat, prius quidem *Hippocratis*, deinde *Myttoni* Afri ministerio; pariterque in Græcia ac per Illyricum, quibus ex locis formidinem intentans ob societatem cum Philippo initam, terrebat ac distinebat Romanos. Tantum in omnibus rebus, quas aggredi placuerit, valet unius hominis mens, ad consilium semel captum probe adplicata atque intenta. Sed quoniam ipse rerum status ad notandum *Hannibalis ingenium* nos perpulit; haudquaquam alienum fuerit, meo quidem judicio, singularia quædam in illo homine, de quibus maxime alii aliter sentiunt, declarare. Sunt enim, qui existimant, *crudelissimum eum fuisse;* sunt, qui *avaritiæ deditum.* Ceterum cum in ipso, tum in omnibus, qui in rebus gerendis versantur, veritatem plane assequi difficile est. Etenim nonnulli animum uniuscujusque ex fortuna ac temporibus maxime deprehendi aiunt, atque hos quidem in imperio ac potestate, illos in calamitatibus ingenium suum prodere, quantumvis antea texerint. Mihi vero non usquequaque verum esse hoc, quod

Ol. 142. 2. Multa contra institutum suum faciunt homines.

οὐχ ὑγιὲς εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον. οὐ γὰρ ὀλίγα μοι
φαίνονται, τὰ δὲ πλεῖστα, ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν φίλων
παραθέσεις, ποτὲ δὲ διὰ τὰς τῶν πραγμάτων ποικιλίας,
ἄνθρωποι παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν ἀναγκάζεσθαι
καὶ λέγειν καὶ πράττειν.

Agathocles.

XXIII. Γνοίη δ' ἂν τις ἐπὶ πολλῶν τῶν ἤδη γεγονό-
των, ἐπιστήσας. Τίς γὰρ Ἀγαθοκλέα τὸν Σικελίας 2
τύραννον οὐχ ἱστόρηκε, διότι, δόξας ὠμότατος εἶναι
κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς
δυναστείας, μετὰ ταῦτα, νομίσας βεβαίως ἐνδεδέσθαι
τὴν Σικελιωτῶν ἀρχὴν, πάντων ἡμερώτατος δοκεῖ γεγο-
Cleomenes. νέναι καὶ πρᾳότατος. Ἔτι δὲ Κλεομένης, ὁ Σπαρ- 3
τιάτης, οὐ χρηστότατος μὲν βασιλεὺς, πικρότατος δὲ
τύραννος, εὐτραπελώτατος δὲ πάλιν ἰδιώτης καὶ φιλαν-
θρωπότατος; Καί τοι γοῦν οὐκ εἰκὸς ἦν, περὶ τὰς 4
αὐτὰς φύσεις τὰς ἐναντιωτάτας διαθέσεις ὑπάρχειν·
ἀλλ' ἀναγκαζόμενοι ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς
συμμετατίθεσθαι, τὴν ἐναντίαν τῇ φύσει πολλάκις
ἐμφαίνουσι διάθεσιν ἔνιοι τῶν δυνατῶν πρὸς τοὺς ἐκτός·
ὥστε μὴ οἷον ἐλέγχεσθαι τὰς φύσεις διὰ τούτων, τὸ δ'
ἐναντίον ἐπισκοτεῖσθαι μᾶλλον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ διὰ 5
τὰς τῶν φίλων παραθέσεις εἴωθε συμβαίνειν οὐ μόνον
ἡγεμόσι καὶ δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ
Athenienses. πόλεσιν. Ἀθηναίων γοῦν εὕροι τις ἂν ὀλίγα μὲν τὰ 6
πικρὰ, πλεῖστα δὲ τὰ χρηστὰ καὶ σεμνὰ, τῆς πολι-

dicunt, videtur. Qui enim magnas res tractant, nunc amicorum hortatu, nunc ob varietates temporum ac casuum, plurima contra suum institutum et dicere et facere coguntur.

XXIII. Atque id quidem ita esse, in multis ex superiori memoria, si quis animum adjecerit, facile deprehendet. Quis est enim, qui nesciat, *Agathoclem* Siciliæ tyrannum, cum inter initia constituendæ dominationis sævissimus esset habitus, posteaquam satis confirmatam eam esse existimavit, omnium clementissimum et mitissimum esse visum? Quid Spartanus *Cleomenes?* Nonne idem rex optimus, tyrannus autem acerbissimus, rursus idem, cum privatus esset, jucundissimus ac beneficentissimus? Et tamen haud credibile est, in eadem natura adeo inter se contrarias inesse constitutiones. Sed revera plerique principes, pro inclinationibus ac mutationibus temporum flectere se ac convertere coacti, sæpe numero longe diversum ab ingenio suo institutum foris ostendunt: quare tantum abest, ut hujusmodi factis eorum animus prodatur, quin potius absconditur. Idem vero etiam per amicorum suggestiones accidere solet non solum imperatoribus ac principibus et regibus, verum etiam urbibus. Ab *Atheniensibus* certe pauca admodum reperias acerbe facta, plurima vero be-

τείας Ἀριστείδου καὶ Περικλέους προεστώτων· Κλέωνος A. U. 544.
7 δὲ καὶ Χάρητος, τἀναντία. Λακεδαιμονίων ἡγουμένων Lacedæmonii.
τῆς Ἑλλάδος, ὅσα μὲν διὰ Κλεομβρότου τοῦ βασιλέως
8 πράττοιτο, πάντα συμμαχικὴν εἶχε τὴν αἵρεσιν· ὅσα
δὲ δι' Ἀγησιλάου, τοὐναντίον. ὥστε καὶ τὰ τῶν πόλεων
ἔθη ταῖς τῶν προεστώτων διαφοραῖς συμμεταπίπτειν.
9 Φίλιππος δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτε μὲν Ταυρίων ἢ Δημήτριος Philippus.
αὐτῷ συμπράττοιεν, ἦν ἀσεβέστατος· ὅτε δὲ πάλιν
Ἄρατος ἢ Χρυσόγονος, ἡμερώτατος.

XXIV. Παραπλήσια δέ μοι δοκεῖ τούτοις καὶ τὰ Annibal varius, pro varietate temporum
2 κατ' Ἀννίβαν γεγονέναι. καὶ γὰρ περιστάσεσι παρα-
δόξοις καὶ ποικίλαις ἐχρήσατο, καὶ φίλοις τοῖς ἔγγιστα
μεγάλας ἐσχηκόσι διαφορὰς, ὥστε καὶ λίαν ἐκ τῶν
κατ' Ἰταλίαν πράξεων δυσθεώρητον εἶναι τὴν τοῦ προ-
3 ειρημένου φύσιν. Τὰς μὲν οὖν τῶν περιστάσεων [p] ὑπο-
βολὰς εὐχερὲς καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων
καταμαθεῖν· τὰς δὲ τῶν φίλων οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν, et amicorum.
ἄλλως τε, καὶ διὰ μιᾶς γνώμης ἱκανὴν τοῦ πράγματος
4 ἔμφασιν [q] λαβόντος. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν Ἀννίβας ἐξ
Ἰβηρίας τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν ἐπενόει στέλλεσθαι
μετὰ τῶν δυνάμεων, μεγίστης προφαινομένης δυσχρη-
στίας περὶ τὰς τροφὰς καὶ τὴν ἑτοιμότητα τῶν ἐπι-
τηδείων τοῖς στρατοπέδοις, ἅτε καὶ κατὰ τὸ μῆκος

[p] ὑποβολὰς ex conject. posui, pro vulgato ὑπερβολὰς. [q] Et hoc ex nostra est conjectura. Vulgo λαβεῖν, hiante oratione; unde Valesius, asterisco post μιᾶς γνώμης posito, verbum ἐξὸν ibi deesse monuerat.

nigne ac graviter, quamdiu *Aristides* et *Pericles* reipublicæ præfuerunt: at alia omnia, dum *Cleo* et *Chares* civitatis principes fuere. *Lacedæmoniis* Græcia principatum tenentibus, quæcunque rex *Cleombrotus* gessit, cuncta ex sociali consilio sunt profecta: quæ vero sunt ab *Agesilao* gesta, contrariam rationem habent. Adeo civitatum etiam ingenia pro varietate ducum immutantur. Rex item *Philippus*, quoties *Taurione* ac *Demetrio* ministris utebatur, pessimus erat: quoties vero ex *Arati* aut *Chrysogoni* consilio agebat, clementissimus.

XXIV. Atque idem fere *Hannibali* contigisse existimo. Nam et varios atque inopinos casus est expertus, et amicorum contraria prorsus indole præditorum consuetudine usus est: adeo ut ex his, quæ in Italia gessit, difficillimum sit viri illius ingenium perspicere. Ac temporum quidem difficultates quid suaserint Hannibali, facile etiam ex his, quæ deinde dicentur, intelligere licebit: amicorum autem consilia non sunt prætereunda, præsertim quum vel ex uno verbo, quod pro sententia aliquando dictum est, satis id, quod volo, apparere possit. Etenim quo tempore *Hannibal* cum copiis in Italiam trajicere cogitabat, cum maxima difficultas sese objiceret in annona et commeatibus ad alendum mi-

Ol. 142. 2.

Hannibal cogr. Monomachus,

sævorum consiliorum auctor.

ἀνήνυτον ἔχειν τι δοκούσης τῆς ὁδοῦ, καὶ κατὰ τὸ
πλῆθος καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν μεταξὺ κατοικούντων
βαρβάρων· τότε δοκεῖ, καὶ πλεονάκις ἐν τῷ συνεδρίῳ 5
περὶ τούτου τοῦ μέρους ἐμπιπτούσης ἀπορίας, εἷς τῶν
φίλων, Ἀννίβας ὁ Μονομάχος ἐπικαλούμενος, ἀποφήνα-
σθαι γνώμην, διότι μία τις ὁδὸς αὐτῷ προφαίνεται, δι'
ἧς ἐστιν εἰς Ἰταλίαν ἐλθεῖν ἐφικτόν. τοῦ δ' Ἀννίβου 6
λέγειν κελεύσαντος, διδάξαι δεῖν, ἔφη, τὰς δυνάμεις ἀν-
θρωποφαγεῖν, καὶ τούτῳ ποιῆσαι [r] συνήθεις. * Ἀννίβας 7
δὲ πρὸς μὲν τὸ τόλμημα καὶ τὸ πρακτικὸν τῆς ἐπινοίας
οὐδὲν ἀντειπεῖν ἐδυνήθη· τοῦ δὲ πράγματος λαβεῖν
ἔννοιαν, οὔθ' αὐτὸν, οὔτε τοὺς φίλους ἐδύνατο πεῖσαι.
Τούτου δὲ τἀνδρὸς εἶναί φασιν ἔργα καὶ τὰ κατὰ τὴν 8
Ἰταλίαν εἰς Ἀννίβαν ἀναφερόμενα περὶ τῆς ὠμότητος·
οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστάσεων.

Avaritiæ accusatur Hannibal.

XXV. Φιλάργυρός γε μὴν δοκεῖ γεγονέναι διαφερόν-
τως, καὶ φίλῳ χρῆσθαι φιλαργύρῳ, Μάγωνι, [s] τῷ τὰ
κατὰ τὴν Βρεττίαν χειρίζοντι. [t] Ταύτην δὲ τὴν ἱστο- 2
ρίαν ἐγὼ παρέλαβον μὲν καὶ παρ' αὐτῶν Καρχηδονίων,
(Ἐπιχώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις, 3
κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχωρίων
ἀνθρώπων ἤθη κάλλιστα γινώσκουσιν.) ἔτι δὲ Μασσα- 4

[r] Post *συνήθεις*, ubi *asteriscum* interposui, vulgo ex Cod. Peiresc. inserta leguntur hæc verba: Ζήτει τὰ λοιπὰ ἐν τῷ περὶ Στρατηγημάτων. Nihil tamen in Contextu videtur desiderari. [s] Abest vulgo articulus *τά*. [t] Ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν. Ante hæc verba intercidisse narrationem aliquam, suspicatus est Reiskius.

litem comparandis; (quippe et ipsa itineris magnitudo, atque occurrentium barbarorum numerus ac ferocitas, prope inexplicabilem difficultatem afferebat:) re sæpius in medium proposita, cunctisque e concilio varie ambigentibus, unus ex Hannibalis amicis, *Hannibal* cognomento *Monomachus*, hanc sententiam dixisse fertur; *unicam sibi viam videri, qua in Italiam perveniri possit.* Rogante vero Hannibale, eam ut aperiret; *ad esum,* inquit, *humanæ carnis militem condocefaciendum esse.* At Hannibal tum quidem ad hujus consilii audaciam et efficaciam nihil habuit, quod opponeret: sed, ut rei ipsius periculum faceret, neque ipse, neque amicorum quisquam in animum inducere potuit. Hujus autem *Monomachi* cuncta illa facinora esse dicuntur, quæ sunt in Italia *crudeliter gesta,* et quæ Hannibali vulgo tribuuntur: sed eorumdem facinorum non minima pars casibus etiam ac temporibus accepta referri debet.

XXV. Porro vero *avarus Hannibal* supra modum fuisse videtur, atque amico avaro *Magone* usus esse, qui res in Bruttiis administravit. Atque hanc ego rem cum ab ipsis Carthaginiensibus accepi: (*indigenæ* enim non modo *ventorum stationes,* ut proverbio dicitur, sed et popularium hominum mo-

νάσσου ἀκριβέστερον. διήκουσα, φέροντος ἀπολογισμοὺς, καθόλου μὲν περὶ πάντων Καρχηδονίων, μάλιστα δὲ περὶ τῆς Ἀννίβου καὶ Μάγωνος, τοῦ Σαυνίτου A. U. 544. Mago Samnis, avarus.
5 προσαγορευομένου, φιλαργυρίας. [u]πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἔφη γενναιότατα κεκοινωνηκότας ἑαυτοῖς πραγμάτων τοὺς προειρημένους ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, καὶ πολλὰς μὲν πόλεις κατ' Ἰβηρίαν, πολλὰς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰληφότας ἑκατέρους, τὰς μὲν κατὰ κράτος, τὰς δὲ ἐκ παραδόσεως, οὐδέποτε μετεσχηκέναι τῆς
6 αὐτῆς [x]πράξεως ἀλλήλοις· ἀλλὰ ἀεὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἢ τοὺς πολεμίους [y]στρατηγεῖν, χάριν τοῦ μὴ συμπαρεῖναι θάτερον θατέρῳ πόλεως καταλαμβανομένης, ἵνα μήτε διαφέρωνται πρὸς σφᾶς ἐκ τῶν τοιούτων, μήτε μερίζωνται τὸ λυσιτελὲς, ἐφαμίλλου τῆς ὑπεροχῆς αὐτῶν ὑπαρχούσης.

XXVI. Πλὴν ὅτι γε καὶ τὴν Ἀννίβου φύσιν οὐ μόνον ἡ τῶν φίλων παράθεσις, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ τῶν πραγμάτων περίστασις ἐβιάζετο καὶ μετετίθετο πολλάκις, ἔκ τε τῶν προειρημένων καὶ τῶν λέγεσθαι μελλόντων Receptâ a Romanis Capuâ.
2 ἔστι φανερόν. Ἅμα γὰρ τῷ γενέσθαι τὴν Καπύην τοῖς Ῥωμαίοις ὑποχείριον, εὐθέως ἦσαν, ὅπερ εἰκὸς, αἱ πόλεις μετέωροι, καὶ περιέβλεπον ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τῆς
3 πρὸς Ῥωμαίους μεταβολῆς. ὅτε δὴ καὶ δοκεῖ μάλιστα

[u] πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, *inter cetera enim:* sic Valesius. Immo vero πρὸς γὰρ τοὺς ἄλλους, *adversus alios.* [x] Correxi vulgatum ἀλλήλους. [y] καταστρατηγεῖν suspicatus est Valesius. Si quid mutandum, παραστηγεῖν malim.

res *optime norunt*) tum a *Masinissa* distinctius didici. Is in genere de omnium Pœnorum, sed maxime *de Hannibalis ac Magonis,* cognomento *Samnitis, avaritia* argumenta afferebat. *Prædictos enim viros,* aiebat, *quum ab ineunte ætate, adversus alios quidem, junctis studiosissime consiliis gesserint res, ac multas urbes cum in Hispania, tum in Italia, partim vi, partim deditione, ceperint, numquam tamen in ejusdem facti societatem ambos simul venisse; sed sibi invicem magis semper, quam hostibus, insidiatos esse, ne umquam in expugnatione alicujus oppidi alter una cum altero adesset, ne qua inter ipsos dissensio ex hujusmodi rebus oriretur, neve prædam ac lucrum partiri opus esset, cum amborum æqualis foret dignitas.*

XXVI. At vero, non solum amicorum suggestionibus, sed magis etiam *rerum atque temporum ratione* sæpe coactum et *mutatum* fuisse *Hannibalis ingenium,* cum ex supra dictis, tum ex his, quæ deinceps prosequemur, clarissimum fit. Postquam enim *Capua* a Romanis in ditionem redacta est; statim cunctæ civitates, animis, ut solet, suspensæ, occasiones caussasque ad Romanos deficiendi circumspiciebant. Quo tempore *Hannibal* de præ-

Ol. 142. 2. [z]δυσχρηστηθεὶς Ἀννίβας εἰς ἀπορίαν ἐμπεσεῖν ὑπὲρ τῶν
ἐνεστώτων. οὔτε γὰρ τηρεῖν τὰς πόλεις πάσας πολὺ 4
διεστώσας ἀλλήλων δυνατὸς ἦν, καθίσας εἰς ἕνα τόπον,
τῶν πολεμίων καὶ πλείοσι στρατοπέδοις ἀντιπαρατατ-
τόντων· οὔτε διαιρεῖν εἰς πολλὰ μέρη τὴν αὑτοῦ δύναμιν
οἷός τ' ἦν. εὐχείρωτος γὰρ ἔμελλε τοῖς ἐχθροῖς ὑπάρ- 5
ξειν, καὶ διὰ τὸ λείπεσθαι τῷ πλήθει, καὶ διὰ τὸ μὴ
δύνασθαι [a]πᾶσιν αὐτὸς συμπαρεῖναι. Διόπερ ἠναγκά- 6
ζετο, τὰς μὲν προδήλως ἐγκαταλείπειν τῶν πόλεων, ἐξ
ὧν δὲ τὰς φρουρὰς ἐξάγειν· ἀγωνιῶν, μὴ κατὰ τὰς
μεταβολὰς τῶν πραγμάτων [b]συγκαταφθείρῃ τοὺς ἰδίους
στρατιώτας. [c]ἐνίας δὲ καὶ παρασπονδῆσαι ὑπέμεινε, 7
μετανιστὰς εἰς ἄλλας πόλεις, καὶ ποιῶν ἀναρπάστους
αὐτῶν τοὺς βίους. Ἐξ ὧν προσκόπτοντες, οἱ μὲν 8
ἀσέβειαν, οἱ δ' ὠμότητα κατεγίνωσκον. καὶ γὰρ ἁρ- 9
παγὴ χρημάτων ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ φόνοι, καὶ
βίαιοι προφάσεις ἐγίγνοντο, διά τε τῶν ἐξιόντων καὶ διὰ
τῶν εἰσιόντων στρατιωτῶν εἰς τὰς πόλεις· ἑκάστων
ὑπειληφότων, ὅσον οὐκ ἤδη τοὺς ὑπολειπομένους μετα-
βαλεῖσθαι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους. Ἐξ ὧν καὶ λίαν 10
δυσχερὲς, ἀποφήνασθαι περὶ τῆς Ἀννίβου φύσεως, διά
τε τὴν τῶν φίλων παράθεσιν, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων
περίστασιν. κρατεῖ γε μὴν ἡ φήμη παρὰ μὲν Καρ- 11

cogitur Hannibal, multa durius facere.

[z] δυσχρηστηθεὶς monente Valesio posui pro vulgato δυσχρησθεὶς. [a] πᾶσιν αὐτὸς Reiskio debeo. Vulgo male αὐτοῖς. [b] συγκαταφθείρῃ cum eodem Reisk. scripsi, pro vulgato συγκαταφθερῇ. [c] δὲ ex conject. scripsi. γὰρ edidit Vales. et γοῦν prætulit in Notis. δὰς ait fuisse in MSto.

senti rerum statu ambigens, maximis difficultatibus conflictatus fuisse videtur. Nam neque universas civitates procul inter se dissitas continere poterat, ipse uno in loco sedens, hoste pluribus exercitibus contra ipsum utente: neque in plures partes distribuere et carpere copias suas poterat; ne hosti facilem victoriam præberet, cum et numero inferior esset, neque ibi ubique adesse posset. Quare cogebatur, alias quidem civitates aperte derelinquere, ex aliis vero præsidium educere, veritus, ne, si novas res molirentur cives, milites simul suos perderet. Quin etiam nonnullas contra fœdera violare sustinuit, transductis in alias urbes civibus, atque eorum opibus in prædam concessis. Ex quibus cum in offensionem plurium venisset, alii impietatem, alii crudelitatem ei objiciebant. Nam præter illa, quæ modo memoravi, direptiones bonorum, et cædes, et violentæ calumniæ ab egredientibus et ingredientibus in urbes militibus exercebantur; cum singuli existimarent, relictos propediem ad Romanorum partes defecturos esse. Quamobrem difficile admodum est, de *Hannibalis* ingenio aliquid affirmare, cum ob amicorum suggestiones, tum ob temporum et casuum varietatem.

χηδονίοις, ὡς φιλαργύρου· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, ὡς ὠμοῦ A. U. 544.
γενομένου αὐτοῦ.

VII.

RES SICULÆ.

Agrigentum Romanis traditum.

* * *

XXVII. Ἡ δὲ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις οὐ μόνον κατὰ τὰ προειρημένα διαφέρει τῶν πλείστων πόλεων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ὀχυρότητα, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ
2 κάλλος καὶ τὴν κατασκευήν. Ἔκτισται μὲν γὰρ ἀπὸ θαλάττης ἐν ὀκτωκαίδεκα σταδίοις, ὥστε μηδενὸς ἀμοίρους εἶναι τῶν ἐκ ταύτης χρησίμων. Ὁ δὲ περίβολος
3 αὐτῆς καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ διαφερόντως ἠσφάλι-
4 σται. κεῖται γὰρ τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου, καὶ περιῤῥῶγος, ᾗ μὲν [d]αὐτοφυῶς, ᾗ δὲ χειροποιήτου·
5 περιέχεται δὲ ποταμοῖς. ῥεῖ γὰρ αὐτῆς παρὰ μὲν τὴν νότιον πλευρὰν ὁ συνώνυμος τῇ πόλει, παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ τὸν λίβα τετραμμένην ὁ προσαγορευόμε-
6 νος Ὕψας. ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ἀνατολάς· κατὰ μὲν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπροσίτῳ φάραγγι περιεχομένη, κατὰ δὲ
7 τὴν ἐντὸς μίαν ἔχουσα πρόσοδον ἐκ τῆς πόλεως. ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔκτισται, καὶ Διὸς

Situs et præstantia Agrigenti.

Agrigentus fluv.

Hypsas fl.

Templum Jovis Atabyrii.

[d] αὐτοφυῶς ex Urb. edidit Casaub. cum quo faciunt Aug. et Regii. αὐτοφυοῦς ex Herv. restituit Gronov. pro quo est Med.

Fama tamen obtinuit apud Carthaginienses, *avarum;* apud Romanos vero, *crudelem eum fuisse.*

VII.

Excerpt. antiq. ex Lib. IX. *cap.* 21.

* * *

XXVII. AGRIGENTUM non ob ea dumtaxat, quæ ante diximus, sed etiam propter munitionum firmitatem, et propter pulcritudinem ac magnificentiam plerisque præstat urbibus. Nam quum sit conditum stadia decem et octo a mari, omnia ei abunde suppetunt commoda, quæ mare solet afferre. Ambitus vero ejus, cum natura, tum arte, egregie est munitus. Superstructus enim est murus petræ durissimæ, ac partim natura partim industria hominum undique præruptæ: cingitur autem fluviis. Australe namque latus amnis præterfluit ejusdem cum urbe nominis: occidenti soli et Africo oppositam partem alluit qui nominatur *Hypsas.* Qua vero ortum solis æstivum urbs respicit, imminet arx; quæ ab exteriori parte voragine alta atque inaccessa circumdatur, ab altera vero parte venientes ex urbe uno tantum aditu admittit. In summo vertice Minervæ ædes visitur, et

Ol. 142. 2. Agrig. colonia Rhodiorum.

Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. τοῦ γὰρ 8
Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς
οὗτος τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς
Ῥοδίοις. κεκόσμηται δὲ καὶ τἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἡ 9
πόλις, ναοῖς καὶ στοαῖς. καὶ ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου
νεὼς [e]συντέλειαν μὲν οὐκ εἴληφε· κατὰ δὲ τὴν ἐπιβολὴν
καὶ τὸ μέγεθος οὐδ' [f]ὁποίου τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα
δοκεῖ λείπεσθαι.

* * *

Agathyrnenses

[g]Ἀγάθυρνα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. 10

*

in Italiam translocantur.

Ὁ δὲ Μάρκος, δοὺς πίστεις ὑπὲρ ἀσφαλείας, 11
ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκχωρεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐφ' ᾧ, λαμ-
βάνοντας μέτρημα παρὰ τῶν Ῥηγίνων, πορθεῖν τὴν
Βρεττιανὴν, κυρίους ὄντας ὧν ἂν ἐκ τῆς πολεμίας
ὠφεληθῶσι.

[e] Vulgo πολυτέλειαν. [f] ὁποίου οὖν Casaub. [g] Sic Valesius cum aliis correxit: sed Ἀγάθυρσα ex MStis editur apud Steph. Byz.

Jovis Atabyrii, sicut apud Rhodios. Nam quum *Rhodiorum colonia* sit *Agrigentum*, jure merito hic deus eodem nomine colitur, atque apud Rhodios. Ceterum et aliis templis atque porticibus magnifice decorata urbs est: et Olympii Jovis templum absolutum quidem non est; sed magnitudine tamen incepti et amplitudine nulli ex omnibus Græciæ operibus secundum esse videtur.

* * *

Agathyrna, oppidum Siciliæ; ut Polybius Libro IX. (*Stephanus Byz.*)

*

Marcus (*Valerius Lævinus*,) fide salutis data, eis persuasit, ut in Italiam trajicerent, ea conditione, ut, stipendio a *Rheginis* accepto, popularentur *Bruttium* agrum, et quamcumque ex hostili agro prædam facerent, eam jure dominii possiderent. (*Suidas in* ἐφ' ᾧ.)

VIII.

A. U. 544.

RES GRÆCORUM.

(I.) *Legatio Ætolorum ad Lacedæmonios contra Philippum, et Acarnanum ad eosdem pro Philippo.*

* * *

XXVIII. "ΟΤΙ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τὴν [h] Μακεδόνων δυναστείαν ἀρχὴν συνέβη γεγονέναι τοῖς Ἕλλησι δουλείας, οὐδ' ἄλλως εἰπεῖν οὐδένα πέ- Chlæneæ Ætoli Oratio de Lacedæmonios.
2 πεισμαι τολμῆσαι· σκοπεῖν δ' οὕτως ἔξεστιν. Ἦν τι σύστημα τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἑλλήνων, οὓς ἀπῴκισαν Ἀθηναῖοι καὶ Χαλκιδεῖς, ὧν μέγιστον εἶχε πρόσχημα
3 καὶ δύναμιν ἡ τῶν Ὀλυνθίων πόλις. Ταύτην ἐξανδραποδισάμενος Φίλιππος, καὶ παράδειγμα ποιήσας, οὐ μόνον τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων ἐγένετο κύριος, ἀλλὰ καὶ Θετταλοὺς ὑφ' αὑτὸν ἐποιήσατο διὰ τὸν φόβον.
4 Μετ' οὐ πολὺ δὲ μάχῃ νικήσας τοὺς Ἀθηναίους, ἐχρήσατο μεγαλοψύχως τοῖς εὐτυχήμασιν, οὐχ ὅπως Ἀθηναίους εὖ ποιήσῃ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς πρὸς ἐκείνους εὐεργεσίας προκαλέσηται τοὺς ἄλλους
5 εἰς τὸ ποιεῖν ἐθελοντὴν αὐτῷ τὸ προσταττόμενον. Ἦν ἔτι τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως ἀξίωμα, δοκοῦν ἂν σὺν
6 καιρῷ προστήσεσθαι τῶν Ἑλλήνων. τοιγαροῦν πᾶσαν

[h] Μακεδόνων cum Ursino correxit Casaub. cum mendose Λακεδαιμόνων esset apud Herv. et in codd. omnibus.

VIII.

(I.) *Excerpt. antiq. ex Lib.* IX. *cap.* 22—33.

* * *

XXVIII. *EQUIDEM persuasus sum, viri Lacedæmonii, fore neminem, qui negare ausit, Macedonum imperium Græcis civitatibus caussam et principium exstitisse servitutis. Id vero ita potest intelligi. Erat olim inter Græcos, qui Thraciam colebant, corpus veluti quoddam coloniarum, ab Atheniensibus et Chalcidensibus eo deductarum; inter quas et splendoris et potentiæ plurimum urbs* Olynthiorum *obtinuit. Hanc* Philippus *quum in servitutem redegisset, et in exemplum timendi ceteris statuisset; non solum* Thracensium Græcorum *oppidis est potitus, sed etiam* Thessalos *metu consternatos potestati suæ subjecit. Non multo post, superatis in acie* Atheniensibus, *victoria ille quidem magno animo et moderate est usus; non sane, quod victis ex animo bene vellet, nam ab ea quidem mente plurimum aberat; verum, ut beneficiis, quæ in Athenienses conferret, alios alliceret, ut imperium suum ultro acciperent. Manebat adhuc* civitati vestræ *sua auctoritas, quæ, si offerretur occasio, populorum Græciæ patrocinium videbatur susceptura. Idcirco* Philippus,

Ol. 142. 2. Oratio de Lacedæmon. pro Ætolis,

ἱκανὴν ποιησάμενος πρόφασιν, ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων,
καὶ κατέφθειρε μὲν τέμνων τὴν γῆν, [i]κατέφθειρε δ'
αὐτῶν τὰς οἰκίας. τὸ δὲ τελευταῖον, ἀποτεμόμενος καὶ 7
τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ὑμῶν, προσένειμε τὴν μὲν
Ἀργείοις, τὴν δὲ Τεγεάταις καὶ Μεγαλοπολίταις, τὴν
δὲ [k]Μεσσηνίοις· ἅπαντας βουλόμενος καὶ παρὰ τὸ
προσῆκον εὐεργετεῖν, ἐφ' ᾧ μόνον ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν.
Διεδέξατο παρ' αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος. οὗτος 8
πάλιν, ὑπολαβὼν βραχύ τι τῆς Ἑλλάδος ἔναυσμα
καταλιπέσθαι περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν, τίνα τρόπον
αὐτὴν διέφθειρε, πάντας ὑμᾶς οἴομαι κατανοεῖν.

XXIX. "Καὶ μὴν περὶ τῶν διαδεξαμένων τούτου τὰ
πράγματα, πῶς κέχρηνται τοῖς Ἕλλησι, τί με δεῖ
κατὰ μέρος λέγειν; οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν ὄντων [l]οὕτως 2
ἀπράγμων, ὃς οὐχὶ πέπυσται, πῶς Ἀντίπατρος μὲν, ἐν
τῇ περὶ Λαμίαν μάχῃ νικήσας τοὺς Ἕλληνας, κάκιστα
μὲν ἐχρήσατο τοῖς ταλαιπώροις Ἀθηναίοις, [m]ὁμοίως δὲ
καὶ τοῖς ἄλλοις· εἰς τοῦτο δ' ὕβρεως ἦλθε καὶ παρανο- 3
μίας, ὡς φυγαδοθήρας καταστήσας, ἐξέπεμψε πρὸς τὰς
πόλεις ἐπὶ τοὺς [n]ἀντειρηκότας, ἢ καθόλου λελυπηκότας
τι τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. ὧν οἱ μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν 4
ἀγόμενοι μετὰ βίας, οἱ δ' ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπώ-

[i] *κατέφθειρε δ' αὖ καὶ τὰς οἰκίας* edidit Casaub. invitis MStis. [k] *Μεσηνίοις* Hervag. cum Aug. Regiis, Vesont. [l] Particulam *οὕτως*, quam ignorant MSti, ex Ursini conject. inseruit Casaub. Forsan ipsa verba *τῶν ὄντων* delenda erant, ut ex *οὕτως* depravata. [m] *ὅμοια* Hervag. cum Med. [n] *ἀντηρκότας* suspicatus est Reisk.

quamlibet levem occasionem satis justam belli caussam esse ratus, cum copiis in fines vestros venit, agros devastat, domos vestras evertit: postremo, quum oppida etiam cum agris vobis ademisset, alia Argivis attribuit, alia Tegeatis et Megalopolitanis, nonnulla item Messeniis; omnibus vel contra jus et fas benefacere cupiens, ea dumtaxat mercede, ut vobis malefaceret. Successit huic in regno Alexander. *Hic quoque, arbitratus, exiguum saltem aliquem Græciæ fomitem superesse, dum* urbs Thebanorum *staret, quomodo in eam sævierit, vestrum puto esse neminem, quin sciat.*

XXIX. *Jam illi, qui* post Alexandrum *in Macedonia rerum sunt potiti, quales se erga Græcos præbuerint, quid sigillatim me dicere est opus? Nemo homo vivit, adeo rerum gestarum incuriosus, qui narrante fama non didicerit, quomodo* Antipater, prælio *victis* ad Lamiam *Græcis, infelices* Athenienses *pessime acceperit, pessime item alios: qui quidem eo insolentiæ atque immanitatis venit, ut inquisitores exulum, ob id ipsum institutos, per urbes dimitteret, adversus eos, qui ipsi contradixissent, aut omnino regiam Macedonum familiam ullo pacto offendissent. Atque horum alii ab ædibus sacris vi abducti, alii ab*

μενοι, μετὰ τιμωρίας ἀπέθνησκον, οἱ δὲ διαφυγόντες ἐκ A. U. 544.
πάσης ἐξενηλατοῦντο τῆς Ἑλλάδος· φύξιμον γὰρ οὐδὲν adv. Macedones.
5 ἦν πλὴν ἑνὸς αὐτοῖς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους. Τά γε
μὴν Κασσάνδρῳ καὶ Δημητρίῳ πεπραγμένα, σὺν δὲ
τούτοις Ἀντιγόνῳ τῷ Γονατᾷ, τίς οὐκ οἶδε; διὰ γὰρ
τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι, τελέως ἐναργῆ συμβαίνει
6 τὴν γνῶσιν αὐτῶν ὑπάρχειν. ὧν οἱ μὲν φρουρὰς εἰσά-
γοντες εἰς τὰς πόλεις, οἱ δὲ τυράννους ἐμφυτεύοντες,
οὐδεμίαν πόλιν ἄμοιρον ἐποίησαν τοῦ τῆς δουλείας
7 ὀνόματος. Ἀφέμενος δὲ τούτων, ἐπάνειμι νῦν ἐπὶ [o] τὸν
τελευταῖον Ἀντίγονον· ἵνα μὴ [p] τὴν ἐκ τούτου πρᾶξιν
ἀκάκως τινὲς ὑμῶν θεωροῦντες, ὑπόχρεοι χάριτι νομί-
8 ζωσιν εἶναι Μακεδόσιν. Οὔτε γὰρ Ἀχαιοὺς σώζειν
προαιρούμενος Ἀντίγονος ἐπανείλετο τὸν πρὸς ὑμᾶς
πόλεμον, οὔτε τῇ Κλεομένους τυραννίδι δυσαρεστού-
9 μενος, ἵνα Λακεδαιμονίους ἐλευθερώσῃ. καὶ λίαν γὰρ
ὅ γε τοιοῦτός ἐστι τρόπος εὐήθης, εἴ τις ἄρα ταύτην
10 ὑμῶν ἔχει τὴν διάληψιν. ἀλλ', ὁρῶν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ
τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν ἐσομένην, ἐὰν ὑμεῖς τὴν Πελο-
ποννησίων ἀρχὴν καταστήσησθε· πρὸς δὲ [q] τοῦτο βλέπων
εὖ πεφυκότα τὸν Κλεομένην, καὶ τὴν τύχην ὑμῖν λαμ-

[o] τὸν τελευταῖον Ἀντίγονον edidi ex Gronovii conject. Vulgo τὸ τελευταῖον Ἀντιγόνου. [p] Sic ora Aug. et sic monente Ursino edidit Casaub. τὴν ἐμὴν ἐκ τούτου dant codd. omnes, unde Reiskius τὴν ἑλληνικὴν τούτου πρᾶξιν suspicatus est. [q] Sic scripsimus monente Reiskio. Vulgo τούτῳ.

ipsis deorum aris abstracti, cum cruciatu necati sunt: qui autem evaserant, ii universa Græcia extorres pellebantur; neque ullum usquam miseris, nisi apud unam Ætolorum *gentem, perfugium patebat.* Cassandri *porro facta, et* Demetrii, *nec non* Antigoni Gonatæ, *quis ignorat? Nam quia non ita dudum illa acciderunt, viget adhuc in hominum animis recens eorum memoria, et exacta omnium notitia. Namque horum alii præsidiis in urbes inductis, alii tyrannis impositis, nullam siverunt esse urbem, quæ durum illud servitutis nomen non experiretur. Verum hæc mitto, et ad* novissimi Antigoni *facta redeo: ne, si quis fortasse vestrûm, quæ ille tum gessit, simpliciore animo consideravit, aliquid eo nomine se debere Macedonibus in animum inducat. Enimvero* Antigonus *bellum adversus vos suscepit, non eo sane consilio, ut Achæos servaret, aut quod, tyrannide Cleomenis offensus, in libertatem vindicare vos vellet. Quam opinionem de illo si quis vestrûm habet, hunc profecto oportet esse nimis facili ad quidvis credendum ingenio. Sed intelligebat nimirum* Antigonus, *si vos imperium in Peloponnesios vobis erigeretis, suam sibi parum tutam dominationem futuram: ad hoc autem efficiendum videbat accommodatissimum a natura factum Cleomenem, vosque for-*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Ætolis,

πρῶς συνεργοῦσαν· ἅμα φοβηθεὶς καὶ φθονήσας παρῆν, 11
οὐ Πελοποννησίοις βοηθήσων, ἀλλὰ τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας ἀφελούμενος, καὶ τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσων. Διόπερ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγαπᾷν ὀφείλετε 12
Μακεδόνας, ὅτι, κυριεύσαντες τῆς πόλεως, οὐ διήρπασαν, ἐφ' ὅσον ἐχθροὺς νομίζειν καὶ μισεῖν, [p]ὅτι δυναμένους ὑμᾶς ἡγεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος πλεονάκις ἤδη κεκωλύκασι.

XXX. "Περί γε μὴν τῆς Φιλίππου παρανομίας, τίς χρεία πλείω λέγειν; Τῆς μὲν γὰρ εἰς τὸ θεῖον ἀσε- 2
βείας ἱκανὸν ὑπόδειγμα αἱ περὶ τοὺς ἐν Θέρμῳ ναοὺς ὕβρεις· τῆς δ' εἰς τοὺς ἀνθρώπους ὠμότητος, ἡ περὶ τοὺς Μεσσηνίους ἀθεσία καὶ παρασπόνδησις. * [q]Αἰτωλοὶ 3
γὰρ μόνοι μὲν τῶν Ἑλλήνων ἀντωφθάλμησαν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας· μόνοι δὲ πρὸς τὴν Βρέννου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ βαρβάρων ἔφοδον ἀντέστησαν· μόνοι δὲ καλούμενοι 4
συνηγωνίζοντο, βουλόμενοι τὴν πάτριον ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν συγκατασκευάζειν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Περὶ δὲ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος 5
διαβουλίου, γράφειν μὲν καὶ χειροτονεῖν ἀναγκαῖόν πως ἐστὶν, ὡς περὶ πολέμου βουλευομένοις, τῇ μέντοι γε ἀληθείᾳ μὴ νομίζειν, τοῦτον εἶναι πόλεμον. Ἀχαιοὺς 6

[p] ὅτι ignorant MSti. Ex conject. inseruit Casaub. [q] Aut excidisse aliquid ante hæc verba, aut δὲ pro γὰρ legendum monuit Reisk.

tuna cum primis secunda uti: hæc cum ejus animum timore et invidia stimulassent, venit, non ut Peloponnesiis ferret opem, sed ut spes vestras vobis præcideret, et potentiam vestram attereret. Quapropter non tantam, cur Macedones *diligatis, caussam habetis, quod urbe vestra potiti eam non diripuerunt, quantam, cur hostes vestros eos ducatis, et odio prosequamini, quod, principatum Græciæ quum possetis consequi, eum ne adipisceremini, persæpe impedimento vobis fuerunt.*

xxx. *At* de Philippi iniquitate *quid attinet verba facere? In deos qua sit impietate, luculento testimonio sunt contumeliæ, delubris Thermi illatæ: qua in homines crudelitate, violata per scelus, quæ data fuerat Messeniis fides.* * *Soli enim* Ætoli *pro securitate eorum, qui nefarie opprimebantur, contra Antipatrum oculos sustinuerunt attollere; soli, irruenti in Græciam Brenno et ceteris barbarorum copiis, restiterunt; soli ex omnibus, quorum auxilium implorastis, adfuerunt, ut in recuperando Græciæ principatu, quem majores vestri tenuerunt, vos adjuvarent. Verum de his quidem hactenus. Ad* præsentem *vero* deliberationem *quod attinet, licet ita oporteat perscribere, ita sententias dicere, quasi* de bello *proposita esset consultatio: re tamen vera bellum istud existimandum*

μὲν γὰρ οὐχ οἷον [r]δεῖν ἡσσωμένους βλάπτειν ὑμῶν τὴν A. U. 544.
χώραν, μεγάλην δὲ χάριν ἕξειν αὐτοὺς ὑπολαμβάνω adv. Macedones.
τοῖς θεοῖς, ἐὰν δύνωνται τὴν ἰδίαν τηρεῖν, ἐπειδὰν αὐτοῖς
ὁ πόλεμος ὑπ' Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων διὰ τὴν πρὸς
ἡμᾶς συμμαχίαν, ἅμα δὲ τούτοις ὑφ' ἡμῶν περισταθῇ.
7 Φίλιππον [s]δὲ πάντως πέπεισμαι λήξειν τῆς ὁρμῆς, κατὰ
μὲν γῆν ὑπ' Αἰτωλῶν πολεμούμενον, κατὰ δὲ θάλατταν
8 ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου. λίαν δ'
[t]εὐμαρῶς ἐστι συλλογίσασθαι τὸ μέλλον ἐκ τῶν ἤδη
9 γεγονότων. εἰ γὰρ πρὸς μόνους Αἰτωλοὺς πολεμῶν
μηδέποτε δυνατὸς ἦν χειρώσασθαι τούτους, ἦ που
[u]συμβεβηκότων, ἀξιόχρεως ἂν εἴη πρὸς τὸν ἐνεστῶτα
πόλεμον.

XXXI. "Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι κατὰ τὴν ἐξ
ἀρχῆς πρόθεσιν, χάριν τοῦ γνῶναι πάντας ὑμᾶς, διότι
καὶ μὴ προεισδεδεμένους, ἀλλ' ἐξ ἀκεραίου βουλευο-
μένους, μᾶλλον Αἰτωλοῖς ὑμᾶς ἢ Μακεδόσιν ἐχρῆν
2 συμμαχεῖν. Ἂν δὲ καὶ προκατέχεσθε, καὶ προδιει-
3 λήφατε περὶ τούτων, τίς ἔτι καταλείπεται λόγος; Εἰ
γὰρ συνέθεσθε τὴν νῦν ὑπάρχουσαν ὑμῖν πρὸς ἡμᾶς
συμμαχίαν πρότερον τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου γεγονότων εἰς

[r] Revocavi lectionem codicum, nisi quod ἡσσομένους in ἡσσωμ. mutavi. Casaubonus ex conject. edidit οὐχ οἷον οὐδὲν ἡττημένους βλάψειν. [s] δὲ πάντως πέπεισμαι correxi cum Reisk. δὲ ταῦθ' ὡς πέπεισμαι Herv. cum codd. nostris omnibus, excepto altero Med. in quo est δ' ἐνταῦθ' ὡς. Hinc Ursinus δ' ἐνταῦθα πέπεισμ. Sed Casaubonus δὲ κατὰ ταῦτ' ἐγὼ πέπεισμαι. [t] εὐμαρές ἐστι ex Ursini conject. adscivit Casaub. [u] Desiderari utique videtur πάντων, πολλῶν, τοσούτων, aut aliquid simile.

non est. Etenim victi Achæi, *tantum abest, arbitror, ut agrum vestrum sint, populaturi, ut magnas diis potius gratias habituri sint, si ditionem ipsi suam potuerint defendere, cum et ab Eleis et a Messeniis, societate nobis junctis, et simul a nobis peti se undique bello senserint.* Philippum *vero utique a ferocia destiturum mihi persuadeo, ubi terra quidem Ætoli bellare in eum cæperint, mari vero populus Romanus et rex Attalus. Certe, quid futurum sit, ex iis quæ jam ante acciderunt facili conjectura potest divinari. Nam si cum sola* Ætolorum *gente armis decertans, suæ illos potestati subjicere numquam potuit, erit videlicet metuendum, ne, ubi dicti populi in unum convenerint, bello ab iis inferendo par sit futurus.*

XXXI. *Hæc pro instituto dicenda censui, ut intelligeretis omnes, vos, nedum jam ante illigatos, sed vel si re integra proponeretur hujusmodi deliberatio, nobis potius* Ætolis *societate jungi debere, quam Macedonibus. Quod si etiam præoccupati tenemini, jamque ante de ea re statuistis, quid verbis amplius est opus? Sane enim, si fœdus hoc, quod vobis est nobiscum, ante esset ictum, quam illa ab Antigono beneficia accepissetis, dubitari fortasse*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Ætolis,

ὑμᾶς εὐεργετημάτων· ἴσως ἦν εἰκὸς διαπορεῖν, εἰ δέον
ἐστὶ, τοῖς ἐπιγεγονόσιν εἴκοντας, παριδεῖν τι τῶν πρό-
τερον ὑπαρχόντων. Ἐπεὶ δὲ συντετελεσμένης ὑπ' Ἀν- 4
τιγόνου τῆς πολυθρυλλήτου ταύτης ἐλευθερίας καὶ σω-
τηρίας, [x]ἣν οὗτοι παρ' ἕκαστον [y]ὑμῖν ὀνειδίζουσι, μετὰ
δὲ ταῦτα βουλευόμενοι, καὶ πολλάκις ἑαυτοῖς δόντες
λόγον, ποτέροις ὑμᾶς δεῖ κοινωνεῖν πραγμάτων, Αἰτω-
λοῖς ἢ Μακεδόσιν, εἵλεσθε [z]μετέχειν Αἰτωλοῖς, οἷς
ἐδώκατε περὶ τούτων πίστεις, καὶ ἐλάβετε παρ' ἡμῶν,
καὶ συμπεπολεμήκατε τὸν πρώην συστάντα πόλεμον
ἡμῖν πρὸς Μακεδόνας· τίς ἔτι δύναται περὶ τούτων
εἰκότως ἐπαπορεῖν; Τὰ μὲν γὰρ πρὸς Ἀντίγονον καὶ 5
Φίλιππον ὑμῖν ὑπάρχοντα φιλάνθρωπα παρεγράφη τότε.
[a]λοιπὸν, ἢ δι' Αἰτωλῶν ἀδίκημά τι δεῖ μετὰ ταῦτα 6
γεγονὸς εἰς ὑμᾶς δεικνύειν, ἢ διὰ Μακεδόνων εὐεργε-
σίαν, ἢ, μηδετέρου τούτων ἐπιγεγονότος, πῶς, οἷς πρό-
τερον ἐξ ἀκεραίου βουλευόμενοι δικαίως οὐ [b]προσέσχετε
τὸν νοῦν, τούτων νῦν ἐντραπέντες, ἀνασκευάζειν μέλλετε
συνθήκας, ὅρκους, τὰς μεγίστας πίστεις παρ' ἀνθρώ-
ποις;" Ὁ μὲν οὖν Χλαινέας, τοιαῦτα διαλεχθεὶς, 7
καὶ δόξας δυσαντιῤῥήτως εἰρηκέναι, κατέπαυσε τὸν λόγον.

[x] Sic ex ingenio emendavit Casaub. εἰσὶν οἱ τούτων ἕκαστον Hervag. cum Med. ἦν εἰ τούτων ἕκαστον Aug. Urb. Regii, Vesont. Tubing. [y] ὑμῖν ex mente Casauboni correxi. Vulgo omnes ἡμῖν. [z] μετέχειν Αἰτωλοῖς ex Casaub. et Reiskii conject. posui, pro μετέχειν ἐν πολλοῖς. [a] λοιπὸν ἤδη Αἰτ. suspicatus est Reisk. et mox ἢ νὴ δία Μακ. pro ἢ διὰ Μακεδ. [b] Verba τὸν νοῦν absunt a plerisque codd. nec admodum desiderantur.

posset, num antiquius aliquod fœdus negligere deberetis, dum recentioribus bene meritis provocati novæ gratiæ locum daretis. Nunc, quoniam post libertatem istam et salutem vobis per Antigonum partam, quæ tantopere jactatur, et ab istis subinde vobis exprobratur, deliberatione posthac instituta, cum utris societatem fortunarum inire deberetis, *rerum omnium momentis probe expensis, præoptastis* Ætolis *potius quam* Macedonibus *vos adjungere; cujus rei fidem et dedistis ipsi nobis, et vicissim a nobis accepistis; qui etiam nuperum adversus Macedones bellum una nobiscum gessistis: post ista, inquam, omnia, quis poterit amplius de eadem re dubitandi esse locus? Quæcumque enim amicitiæ jura cum Antigono et Philippo vobis intercedebant, ea tunc temporis sunt expuncta. Restat igitur, ut vel posteriore aliqua ab* Ætolis *injuria vos probetis lacessitos, vel recentiore beneficio a* Macedonibus *affectos. Quorum si neutrum postea contigit, cedo, quam ob caussam, quos antea, ubi integris rebus deliberabatis, merito non curastis, eorum nunc rationem habentes, fœdera, jusjurandum, et quæ maxima censentur inter homines fidei vincula, evertetis, atque antiquabitis?* Hæc locutus CHLÆNEAS, quum jam videretur ejus oratio perquam difficulter posse confutari, finem dicendi fecit.

A. U. 544. Lycisci Acarnanis Oratio ad Lacedæmonios pro Macedonibus.

XXXII. Μετὰ δὲ ταῦτα Λυκίσκος, ὁ τῶν Ἀκαρ-
νάνων πρεσβευτὴς, εἰσελθὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσχε,
θεωρῶν τοὺς πολλοὺς ἐν αὐτοῖς διαλαλοῦντας ὑπὲρ τῶν
2 προειρημένων. Ἐπεὶ δέ ποτε καθησύχασαν, οὕτω πως
3 ἤρξατο τοῦ λέγειν. " Ἡμεῖς, ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι,
παραγενόμεθα μὲν, ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων
ἀπεσταλμένοι πρὸς ὑμᾶς, μετέχοντες δὲ σχεδὸν ἀεί
ποτε Μακεδόσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, καὶ τὴν πρεσβείαν
ταύτην κοινὴν ὑπολαμβάνομεν ἡμῖν ὑπάρχειν καὶ Μα-
4 κεδόσιν. Ὥσπερ δὲ καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους, διὰ τὴν
ὑπεροχὴν καὶ τὸ μέγεθος τῆς Μακεδόνων δυνάμεως,
ἐμπεριέχεσθαι συμβαίνει καὶ τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειαν
ἐν ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς· οὕτω καὶ κατὰ τοὺς πρεσβευ-
τικοὺς ἀγῶνας [c] ἐμπεριέχεται τὸ τῶν Ἀκαρνάνων συμ-
5 φέρον ἐν τοῖς Μακεδόνων δικαίοις. διόπερ οὐ δεῖ θαυμά-
ζειν ὑμᾶς, ἐὰν τὸν πλείω λόγον ὑπὲρ Φιλίππου ποιώμεθα
6 καὶ Μακεδόνων. Χλαινέας τοιγαροῦν, καταστρέφων τὴν
δημηγορίαν, ἀπότομόν τινα συγκεφαλαίωσιν ἐποιήσατο
7 τῶν ὑπαρχόντων πρὸς ὑμᾶς δικαίων. ἔφη γὰρ, εἰ μὲν
ἐπιγέγονέ τι μετὰ τὸ θέσθαι τὴν συμμαχίαν ὑμᾶς τὴν
πρὸς τούτους, ἤτοι βλαβερὸν καὶ δυσχερὲς ὑπ' Αἰτωλῶν,
ἢ καὶ νὴ δία φιλάνθρωπον ὑπὸ Μακεδόνων, εἰκότως ἂν
καὶ τὸ νῦν διαβούλιον ἐξ ἀκεραίου σκέψεως τυγχάνειν·

[c] ἐμπεριέχεται dedit Aug. et Urb. Ceteri vulgo ἐμπεριέχεσθαι, ut paulo superius.

XXXII. Secundum hæc prodit in medium LYCISCUS, Acarnanum orator: qui primo, quia videbat omnes inter se de iis, quæ dicta fuerant, colloquentes, vocem continuit; ubi vero tandem audientia est facta, in hunc fere modum orationem est exorsus. *Nos quidem, viri Lacedæmonii! a communi* Acarnanum *oratores ad vos missi huc venimus: sed qui ejusdem semper spei ac fortunæ cum* Macedonibus *fuimus participes, hanc quoque legationem nobis cum illis esse communem arbitramur. Quemadmodum autem in bellorum discriminibus usu venit, ut, propter præpotentes et magnas Macedonum vires, nostra quoque securitas ipsorum virtute, ceu eidem caussæ implicita, contineatur: ita etiam in legationum disceptationibus salutem Acarnanum Macedonum jura in se continent. Quare mirari nemo vestrûm debet, si pars major orationis nostræ* de Philippo et Macedonibus *sit futura. Enimvero Chlæneas, in extrema sua concione, jura, quæ sunt Ætolis vobiscum, præcisa quadam collectione est complexus. Dixit enim:* si post initam a vobis cum sua gente societatem, aut damno aut molestia aliqua Ætoli, aut contra beneficio aliquo Macedones vos affecerint; idoneam esse caussam, cur hæc deliberatio velut rebus integris instituatur: sin, horum quum nihil

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus,

εἰ δὲ, μηδενὸς ἐπιγεγονότος τοιούτου, τὰ κατ' Ἀντίγονον 8
προφερόμενοι, τὰ πρότερον ὑφ' ὑμῶν δεδοκιμασμένα,
πεπείσμεθα νῦν ἡμεῖς [d]ἀνασκευάσειν ὅρκους καὶ συν-
θήκας, εὐηθεστάτους πάντων ἡμᾶς ὑπάρχειν. Ἐγὼ δ', 9
εἰ μὲν μηδὲν ἐπιγέγονε κατὰ τὸν τούτου λόγον, μένει δὲ
τὰ πράγματα τοιαῦτα τοῖς Ἕλλησιν, οἷα πρότερον ἦν,
ὅτε πρὸς αὐτοὺς Αἰτωλοὺς ἐποιεῖσθε τὴν συμμαχίαν,
ὁμολογῶ πάντων εὐηθέστατος ὑπάρχειν, καὶ ματαίους
μέλλειν διατίθεσθαι λόγους· εἰ δὲ τὴν ἐναντίαν ἔσχηκε 10
διάθεσιν, ὡς ἐγὼ σαφῶς δείξω προϊόντος τοῦ λόγου, καὶ
λίαν ἐμὲ μὲν οἴομαι φανήσεσθαί τι λέγειν ὑμῖν τῶν
συμφερόντων, Χλαινέαν δ' ἀγνοεῖν. Παραγιγνόμεθα 11
μὲν οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου, πεπεισμένοι δεῖν ἡμᾶς
ποιεῖσθαι τοὺς λόγους ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι, [e]διότι καὶ
πρέπον ὑμῖν ἐστι καὶ συμφέρον, εἰ μὲν δυνατὸν, ἀκού-
σαντας τῆς ἐπιφερομένης τοῖς Ἕλλησι περιστάσεως,
καλόν τι βουλεύσασθαι καὶ πρέπον ἑαυτοῖς, μετασχόν-
τας ἡμῖν τῶν ἐλπίδων· εἰ δὲ μὴ, τούτων τὴν ἡσυχίαν 12
ἔχειν κατὰ τὸ παρόν.

XXXIII. " Ἐπεὶ δ' ἀνέκαθεν οὗτοι κατηγορεῖν ἐτόλμησαν τῆς Μακεδόνων οἰκίας· ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ, πρότερον ὑπὲρ τούτων βραχέα [f]διαλεχθέντας,

[d] ἀνασκευάσειν ex Aug. adscivi. Vulgo ἀνασκευάζειν. [e] διότι καὶ ex conject. scripsi, pro διὸ καὶ, quod habent vulgo omnes. [f] Sic ante Casaub. correxerat Scaliger. διαλεχθέντες Herv. cum MStis. διαλεχθέντα maluit Reiskius quod verum videtur.

acciderit, nos interim, allatis in medium rebus gestis Antigoni, et eis, quæ prius a vobis decreta sunt, confidamus jusjurandum et fœdera evertere posse; omnium mortalium nos fore fatuissimos. *Ego vero, si modo, ut hic ait, nihil postea contigit, et res Græcorum in statu sunt eodem, quo prius erant, quando cum solis Ætolis societatem contraxistis; non abnuo, quin mortalium omnium sim stultissimus, et omnis hæc, quam affero, oratio inanis ac vana sit. Sin ita est, quemadmodum deinceps sumus perspicue probaturi, ut status rerum in contrarium verterit; plane equidem confido, visum iri me vobis utique utilia dixisse, Chlaneam vero in errore versari. Et hoc nimirum illud ipsum est, cujus gratia venimus, quum officii nostri duceremus, ejusmodi orationem apud vos habere, quæ liquido probaret, et honestum et utile vobis futurum, ut, si fieri queat, postquam de impendentibus universæ Græciæ malis fueritis edocti, præclarum aliquod ac vobis dignum consilium suspiciatis, salutis ac periculi societatem nobiscum ineuntes: sin hoc fieri nequeat, saltem ut hoc tempore quieti maneatis.*

XXXIII. *Sed quoniam isti ab ultima rerum memoria exorsi, regiam* Macedonum *domum criminari sunt ausi; pauca mihi prius de iisdem rebus necessario dicenda videntur, ut iis, qui*

ἀφελέσθαι τὴν ἄγνοιαν τῶν πεπιστευκότων τοῖς εἰρημέ- A. U. 544. adversus Ætolos et Romanos.
2 νοις. Ἔφη τοιγαροῦν Χλαινέας, Φίλιππον τὸν Ἀμύν-
του διὰ τῆς Ὀλυνθίων ἀτυχίας κύριον γενέσθαι Θεττα-
3 λίας. Ἐγὼ δὲ [h]διὰ Φιλίππου οὐ μόνον Θετταλοὺς,
ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας ὑπολαμβάνω σεσῶ-
4 σθαι. καθ' οὓς γὰρ καιροὺς Ὀνόμαρχος καὶ [i]Φιλόμη-
λος, καταλαβόμενοι Δελφοὺς, ἀσεβῶς καὶ παρανόμως ἐγένοντο κύριοι τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων, τότε τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε, διότι τηλικαύτην συνεστήσαντο δύναμιν, πρὸς ἣν οὐδεὶς ἔτι τῶν Ἑλλήνων ἀντοφθαλμεῖν δυνατὸς ἦν;
5 ἀλλ' ἐκινδύνευον, ἅμα ταῖς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείαις, καὶ
6 τῆς Ἑλλάδος γενέσθαι κύριοι πάσης. ἐν οἷς καιροῖς
Φίλιππος ἐθελοντὴν αὑτὸν ἐπιδοὺς, [k]ἐπανείλετο μὲν τοὺς τυράννους, ἠσφαλίσατο δὲ τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν, αἴτιος δ' ἐγένετο τοῖς Ἕλλησι τῆς ἐλευθερίας, ὡς αὐτὰ τὰ
7 πράγματα μεμαρτύρηκε καὶ τοῖς ἐπιγενομένοις. οὐ
γὰρ ὡς ἠδικηκότα Φίλιππον Θετταλοὺς, καθάπερ οὗτος ἐτόλμα λέγειν, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην, ὄντα τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατὰ γῆν αὐτὸν ἡγεμόνα καὶ κατὰ θάλατταν εἵλοντο πάντες· οὗ πρότερον ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔτυχε.
8 Νὴ Δί', ἀλλὰ παρεγένετο μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν
9 Λακωνικήν. Οὐ κατά γε τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ὡς
ὑμεῖς ἴστε. καλούμενος δὲ, καὶ πολλάκις ὀνομαζόμενος

[h] διὰ Φίλιππον Aug. Regii, Vesont. [i] Φιλόμαλος Hervag. Regii, Vesont. Tubing. [k] ἐπανείλετο correxi cum Reisk. Vulgo ἐπανεῖλε.

fidem dictis habuerint, suum errorem eripiam. Dixit igitur Chlæneas, Philippum Amyntæ F. per exitium Olynthiis illatum Thessalia esse potitum. *Censeo vero ego, per* Philippum *non solum Thessalos, sed ceteros quoque Græcos omnes fuisse tum servatos. Quo enim tempore* Onomarchus et Philomelus, *urbe* Delphorum *occupata, impie ac nefarie sacra Deo pecunia sunt potiti; quis ignorat e vobis, tantum istos potentiæ tunc sibi comparasse, ut eis palam resistere Græcorum nemo auderet? Quin eo videbatur res rediisse, ut isti, sacrilegio admisso non contenti, universæ hoc amplius Græciæ dominarentur. Atque hoc est tempus, quando* Philippus, *periculo ultro se objiciens, tyrannos sustulit, templum Delphicum in tuto collocavit, et Græciæ populis auctor libertatis exstitit: quod posteris quoque testatum ut esset, res insecutæ effecerunt. Philippum enim Græci, non sane ut auctorem injuriarum in Thessalos, quod istum dicere non puduit, sed ut de Græcia tota bene meritum, terra marique ducem suum omnes elegerunt: qui honos nemini cuiquam mortalium ante ipsum contigerat. At enim* Laconicæ fines cum exercitu Philippus est ingressus! *Non ultro ille quidem, nec proprio consilio; quod ipsi quoque scitis: sed ab amicis et sociis, quos in Peloponneso*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus.

ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου φίλων καὶ συμμάχων, μόλις
αὐτὸν ἐπέδωκε. Καὶ παραγενόμενος, πῶς τοῖς πρά- 10
γμασιν ἐχρήσατο, ὦ Χλαινέα, σκόπει. δυνάμενος γὰρ
συγχρήσασθαι ταῖς τῶν ἀστυγειτόνων ὁρμαῖς πρός τε
τὴν τῆς χώρας τῆς τούτων καταφθορὰν, καὶ τὴν τῆς πό-
λεως ταπείνωσιν, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μετὰ τῆς μεγίστης
χάριτος· ἐπὶ μὲν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν οὐδαμῶς αὐτὸν 11
ἐνέδωκε· καταπληξάμενος δὲ κἀκείνους [1]καὶ τούτους,
ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι διὰ λόγου τὴν ἐξαγωγὴν
ἀμφοτέρους ἠνάγκασε ποιήσασθαι περὶ τῶν ἀμφισ-
βητουμένων· οὐκ αὐτὸν ἀποδείξας κριτὴν ὑπὲρ τῶν 12
ἀντιλεγομένων, ἀλλὰ κοινὸν ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων
καθίσας κριτήριον. ἄξιόν γε τὸ γεγονὸς ὀνείδους καὶ 13
προφορᾶς.

XXXIV. "Πάλιν Ἀλεξάνδρῳ, διότι μὲν, ἀδικεῖσθαι
δόξας, τὴν Θηβαίων πόλιν ἐκόλασε, τοῦτο πικρῶς ὠνείδι-
σας. ὅτι δὲ τιμωρίαν ἔλαβε παρὰ τῶν Περσῶν ὑπὲρ 2
τῆς εἰς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας ὕβρεως, οὐκ ἐποιήσω
μνήμην· οὐδὲ διότι μεγάλων κακῶν κοινῇ [m]πάντας 3
ὑμᾶς ἔλυσε, καταδουλωσάμενος τοὺς βαρβάρους, καὶ
παρελόμενος αὐτῶν τὰς χορηγίας, αἷς ἐκεῖνοι χρώμενοι
κατέφθειραν τοὺς Ἕλληνας, ποτὲ μὲν Ἀθηναίους καὶ
τοὺς τούτων προγόνους ἀγωνοθετοῦντες καὶ συμβάλλον-

[1] *καὶ τούτους* Casaubono debetur. *καὶ τοὺς* Herv. cum MStis. Verba autem *ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφ.* cum praecedd. junxerat Casaub. quæ mihi ad seqq. referenda visa sunt. [m] *πάντας ἡμᾶς* expressit Casaub. in vers. *omnes nos.*

habebat, accitus ac sæpius invocatus, ægre tandem hisce rebus animum applicuit. Et postquam in Peloponnesum venit, vide mihi, Chlænea, qualem se exhibuerit. Quum enim posset finitimorum abuti cupiditatibus ad Lacedæmoniorum agros devastandos, et civitatis opes ac potentiam imminuendam, eoque facto maximam a multis gratiam inire; ad ejusmodi consilia animum inclinare numquam voluit; sed, pariter et illis et his terrore injecto, utrosque ad communem utilitatem verbis componere controversias coëgit. Neque ipse judicem se eorum, quæ utrimque afferebantur, constituit; sed ex omnibus Græcis commune judicium instituit. En facinus, dignum me hercules, quod vituperetur atque exprobretur.

XXXIV. *Jam et* Alexandro *illud quidem cum amarulentia objecisti, quod Thebanorum urbem, a qua injuriam sibi rebatur factam, supplicio affecit: illud non commemorasti, ipsum a Persis earum contumeliarum, quas Græcis omnibus imposuerant, pœnas exegisse: neque item illud, malis ingentibus vos omnes ab eo fuisse liberatos, quando barbaros subegit, et eas ipsis opes ademit, quarum largitione Græcos corrumpebant, modo Athenienses, modo Thebanos, cum horum (Lacedæmoniorum) majoribus committendo et ad bella*

τες, ποτὲ δὲ Θηβαίους· καὶ τέλος ὑπήκοον ἐποίησε τὴν A. U. 544. adversus Ætolos et Romanos.
4 Ἀσίαν τοῖς Ἕλλησι. Περὶ δὲ τῶν διαδεξαμένων πῶς
καὶ τολμᾶτε μνημονεύειν; Ἐκεῖνοι γὰρ κατὰ τὰς τῶν
καιρῶν περιστάσεις, οἷς μὲν ἀγαθῶν, οἷς δὲ κακῶν
5 ἐγίγνοντο παραίτιοι πολλάκις· περὶ ὧν τοῖς μὲν ἄλλοις
ἴσως [n] ἂν ἐξείη μνησικακεῖν, ὑμῖν δ' οὐδαμῶς καθήκει
τοῦτο ποιεῖν, τοῖς ἀγαθοῦ μὲν μηδενὶ μηδενὸς παραι-
τίοις γεγονόσι, κακῶν δὲ [o] πολλοῖς καὶ πολλάκις.
6 Ἐπεὶ τίνες οἱ τὸν Ἀντίγονον εἰσὶ τὸν Δημητρίου πα-
ρακαλέσαντες ἐπὶ διαιρέσει τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους;
7 Τίνες δ' οἱ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ὅρκους
ποιησάμενοι καὶ συνθήκας ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ
8 μερισμῷ τῆς Ἀκαρνανίας; οὐχ ὑμεῖς; Τίνες δὲ κατὰ
κοινὸν τοιούτους ἡγεμόνας ἐξέπεμψαν, οἵους ὑμεῖς; οἵ
γε καὶ τοῖς ἀσύλοις ἱεροῖς ἐτόλμησαν προσάγειν τὰς
9 χεῖρας. ὧν Τίμαιος μὲν τό τε ἐπὶ Ταινάρῳ τοῦ
Ποσειδῶνος, καὶ τὸ τῆς ἐν Λούσοις ἱερὸν Ἀρτέμιδος
10 ἐσύλησε· Φάρυκος δὲ καὶ Πολύκριτος, ὁ μὲν τὸ τῆς
Ἥρας ἐν Ἄργει τέμενος, ὁ δὲ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἐν
11 Μαντινείᾳ διήρπασε. Τί δὲ Λάτταβος καὶ Νικό-
στρατος; οὐ τὴν τῶν Παμβοιωτίων πανήγυριν, εἰρήνης

[n] Sic correxi. ἀνέξει Herv. et alter Med. ἂν ἕξειν alter Med. ἂν ἕξει ceteri codd. Sed ἴσως ἔξεστι Casaub. sua auctoritate, omisso ἄν. [o] πολλοῖς ex conject. scripsi. Vulgo omnes πολλῶν καὶ πολλάκις. Forsan πολλῶν πολλοῖς καὶ πολλάκις.

mutua concitando; ipsi interim, ceu quidam ludorum præsides, otiosi hoc spectaculo fruentes. Alexander *vero non prius quievit, quam Græcorum imperio Asiam subjecit. De* hujus *autem* successoribus *quo tandem modo vel verba facere audetis? Etenim illi quidem pro varia temporum conditione aliis bonorum, aliis malorum auctores sæpe fuerunt. Ac malorum quidem, si qua sunt ab eis illata, liceat fortasse aliis meminisse; vobis certe ejusmodi querimonia nullo modo convenit, qui nemini ullum umquam bonum, mala autem multa sæpe multis conciliastis. Obsecro enim, quinam illi fuerunt, qui* Antigonum Demetrii F. *incitarunt, ut gentis Achæorum commune concilium dissolveret? Quinam illi, qui cum* Epirota Alexandro *fœdus jurejurando firmatum icerunt, ad subjugandam et dividendam* Acarnaniam? *nonne vos ii estis? Quinam vero tales publice duces exercituum emiserunt, quales vos? qui quidem etiam intactis religione delubris manus admovere sunt ausi. Testis erit* Timæus, *qui Neptuni fanum in Tænaro, et Dianæ ædem Lusis spoliavit. Testes* Pharycus *et* Polycritus, *quorum ille Junonis templum Argis, hic Neptuni Mantineæ diripuerunt. Quid* Lattabus *et* Nicostratus? *nonne hi conventum universæ gentis Bœotorum, pacis tempore, spreta fœderis religione, violarunt, et Scytharum et Galatarum facinora inibi patrarunt!*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus,

οὔσης, παρεσπόνδησαν, Σκυθῶν ἔργα καὶ Γαλατῶν ἐπιτελοῦντες; ὧν οὐδὲν πέπρακται τοῖς διαδεξαμένοις.

XXXV. "Καὶ πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπολογηθῆναι δυνάμενοι, σεμνύνεσθε, διότι τὴν ἐπὶ Δελφοὺς ἔφοδον τῶν βαρβάρων ὑπέστητε· καὶ φατὲ, δεῖν διὰ ταῦτα χάριν
ἔχειν ὑμῖν τοὺς Ἕλληνας. Ἀλλ' εἰ διὰ μίαν ταύτην 2
χρείαν Αἰτωλοῖς χάρις ὀφείλεται, τίνος καὶ πηλίκης δεῖ τιμῆς ἀξιοῦσθαι Μακεδόνας, οἳ τὸν πλείω τοῦ βίου χρόνον οὐ παύονται διαγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς βαρβάρους
ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀσφαλείας; ὅτι γὰρ ἀεί ποτ' 3
ἂν ἐν μεγάλοις ἦν κινδύνοις τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, εἰ μὴ Μακεδόνας εἴχομεν πρόφραγμα καὶ [p] τὰς τῶν παρὰ
τούτοις βασιλέων φιλοτιμίας, τίς οὐ γινώσκει; Μέ- 4
γιστον δὲ τούτου σημεῖον· ἅμα γὰρ τῷ Γαλάτας καταφρονῆσαι Μακεδόνων, νικήσαντας Πτολεμαῖον, τὸν Κεραυνὸν ἐπικαλούμενον, εὐθέως καταγνόντες τῶν ἄλλων ἧκον οἱ περὶ Βρέννον εἰς μέσην τὴν Ἑλλάδα μετὰ τῆς δυνάμεως. ὃ πολλάκις ἂν συνέβαινε γίγνεσθαι, μὴ
προκαθημένων Μακεδόνων. Οὐ μὴν, ἀλλὰ περὶ μὲν 5
τῶν γεγονότων ἔχων πολλὰ λέγειν, ἀρκεῖν ἡγοῦμαι.
Τῶν δὲ Φιλίππῳ πεπραγμένων, εἰς ἀσέβειαν ὠνείδισαν 6
τὴν τοῦ ναοῦ καταφθοράν· οὐ προσθέντες τὴν αὑτῶν ὕβριν καὶ παρανομίαν, ἣν ἐπετελέσαντο περὶ τοὺς ἐν

[p] Articulum τῶν, quem ignorant vulgo omnes, adjeci ex Reiskii conject.

quorum simile nihil umquam Alexandri successores ediderunt.

XXXV. *Horum vos tot criminum quum ne unum quidem valeatis excusare, gloriamini tamen, quod barbarorum in urbem Delphos impressionem sustinuistis: et, ut eo nomine gratiam vobis habeant Græci, postulatis. Atqui si propter illam operam, Græcis præstitam, gratia* Ætolis *debetur: quo et quanto* Macedones *sunt honore digni, qui pro Græcorum securitate cum barbaris dimicando omne pæne ævum continuo transigunt? Nam, res alioquin Græcorum magnis perpetuo periculis fore expositas, nisi* Macedonas *et eorum reges, honestæ laudis cupidine inflammatos,* pro munimento barbaris objectos *haberemus, quis non agnoscit? Atque, id ita esse, argumentum hoc evincit maximum. Simul enim* Galli *Macedonas contemnere cœpissent, post partam de Ptolemæo cognomine Cerauno victoriam; statim, pro nihilo habitis ceteris, mediam in Græciam cum exercitu,* Brenno *duce, penetrarunt: quod sæpius etiam accidisset, nisi terræ Græciæ finibus præsiderent Macedones. Verum de rebus olim gestis quum possem plurima commemorare, hæc satis erit dixisse. At iidem, ut* Philippum *ex rebus, quas gessit, impietatis arguant, templi vastationem ei objiciunt. Nempe vero tacent contumeliam et immanitatem, quam ipsi in urbibus* Dio *et* Dodona *circa deûm ædes ac lucos*

Δίῳ καὶ Δωδώνῃ ναοὺς καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν. A. U. 544.
7 ἐχρῆν δὲ λέγειν τοῦτο πρῶτον. ὑμεῖς δ', ἃ μὲν ἐπάθετε, adversus
τούτοις ἐξηγήσασθε, μείζω ποιοῦντες τῶν γεγονότων· Ætolos et
ἃ δ' ἐποιήσατε πρότεροι, πολλαπλάσια γεγονότα, Romanos.
8 παρεσιωπήσατε· σαφῶς εἰδότες, ὅτι τὰς ἀδικίας καὶ
ζημίας ἅπαντες [q] τοῖς ἄρχουσι χειρῶν ἀδίκων ἐπιφέρουσι.

XXXVI. "Περὶ δὲ τῶν κατ' Ἀντίγονον ἕως τούτου
βούλομαι ποιήσασθαι τὴν μνήμην, ἕως τοῦ μὴ δόξαι
καταφρονεῖν τῶν γεγονότων, μηδ' ἐν παρέργῳ τίθεσθαι
2 τὴν τηλικαύτην πρᾶξιν. Ἔγω γ' εὐεργεσίαν μείζω τῆς
ὑπ' Ἀντιγόνου γεγενημένης εἰς ὑμᾶς οὐδ' ἱστορεῖσθαι
νομίζω. δοκεῖ γάρ ἔμοι γε μηδ' ὑπερβολὴν ἐπιδέχεσθαι
3 τὸ γεγονός. Γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τούτων. ἐπολέμησε
πρὸς ὑμᾶς Ἀντίγονος, καὶ μετὰ ταῦτα παραταξάμενος ἐνίκησε· διὰ τῶν ὅπλων ἐγένετο κύριος τῆς χώρας
4 ἅμα καὶ τῆς πόλεως. ὤφειλε ποιεῖν τὰ τοῦ πολέμου·
τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πρᾶξαί τι καθ' ὑμῶν δεινὸν, ὡς,
πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκβαλὼν τὸν τύραννον, καὶ τοὺς νόμους
5 καὶ τὸ πάτριον ὑμῖν ἀποκατέστησε πολίτευμα. ἀνθ' ὧν
ὑμεῖς ἐν ταῖς κοιναῖς πανηγύρεσι, μάρτυρας ποιησάμενοι
τοὺς Ἕλληνας, εὐεργέτην ἑαυτῶν καὶ σωτῆρα τὸν Ἀντί-

[q] ἅπαντες οὐ τοῖς ἄρχουσι Herv. cum libris omnibus. Particulam cum Ursino delevit Casaub. quæ si a Polybio est, intercidisse post eam verba quædam oportet.

exercuerunt. Atqui hæc prius erant commemoranda. Nunc vos, quæ passi estis, apud hos commemorastis, omnia supra veri fidem exaggerantes: quæ priores ipsi fecistis, et ea quidem multis partibus plura, silentio prætermisistis: quippe satis exploratum vobis erat, omnes mortales et injurias et illata damna iis referre, qui iniquis factis lacessiverunt.

XXXVI. *Quod vero ad* Antigonum *spectat et quæ ille gessit, eorum ego mentionem eatenus faciam, quo ne res tum gestas videar contemnere, aut factum adeo memorabile pro re levi et obiter dicenda ducere. Nam ego certe persuasum habeo, ne relatum quidem esse in literas ullum majus beneficium eo, quod tunc temporis in vos ab Antigono est collatum: quin mihi ea res videtur tanta, ut nullius accessione cumuli posse majorem fieri putem. Sciet hæc ita esse, qui attenderit, quæ jam dicam. Gessit adversus vos* Antigonus *bellum: deinde in acie signis collatis vos devicit. Armorum vi dominus erat agri pariter vestri et urbis. Debuerat jure belli vobiscum agere. Tantum abfuit ut gravius quidquam in vos consuleret, ut etiam ejecto tyranno (nam alia prætermitto) leges et patriam reipublicæ formam vobis restituerit. Pro quibus beneficiis vos in publicis Græcorum conventibus, ut testes judicii vestri Græcos omnes faceretis,* Antigonum *præconis voce declarastis* bene de vobis meritum,

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus,

γονον ἀνεκηρύξατε. Τί οὖν ἐχρῆν ποιεῖν ὑμᾶς; ἐρῶ 6
γὰρ τὸ φαινόμενον, ἄνδρες. ὑμεῖς δ' ἀνέξεσθε· ποιήσω
γὰρ τοῦτο νῦν, οὐκ ἀπροσλόγως ὀνειδίσαι βουλόμενος
ὑμῖν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων περιστάσεως ἀναγ-
καζόμενος ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι. Τί δὴ μέλλω 7
λέγειν; Ὅτι καὶ κατὰ τὸν προγεγονότα πόλεμον οὐκ
Αἰτωλοῖς, ἀλλὰ Μακεδόσιν ἔδει συμμαχεῖν ὑμᾶς· καὶ
νῦν, παρακαλουμένους, Φιλίππῳ μᾶλλον, ἢ τούτοις,
ἑαυτοὺς προσνέμειν. Νὴ Δί', ἀλλὰ παραβήσεσθε τὰς 8
συνθήκας. Καὶ πότερα δεινότερον ἂν ποιήσετε; τὰ 9
κατ' ἰδίαν πρὸς Αἰτωλοὺς ὑμῖν συγκείμενα δίκαια
παριδόντες; ἢ τὰ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον ἐν
στήλῃ γεγονότα καὶ καθιερωμένα; Πῶς δὲ τούτους 10
ἀθετεῖν εὐλαβεῖσθε, παρ' ὧν οὐδεμίαν προειλήφατε
χάριν; Φίλιππον δὲ καὶ Μακεδόνας οὐκ ἐντρέπεσθε,
δι' οὓς ἔχετε καὶ τοῦ νῦν βουλεύεσθαι τὴν ἐξουσίαν;
Ἢ τὸ μὲν τοῖς φίλοις τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκαῖον 11
ἡγεῖσθε; [r]* * Καὶ μὴν οὐχ οὕτως ὅσιόν ἐστι τὸ τὰς 12
ἐγγράπτους πίστεις βεβαιοῦν, ὡς ἀνόσιον τὸ τοῖς σώσασι
πολεμεῖν· ὃ νῦν Αἰτωλοὶ πάρεισιν ὑμᾶς ἀξιοῦντες.

XXXVII. "Οὐ μὴν, ἀλλ' εἰρήσθω μέν μοι ταῦτα, κρινέσθω δὲ παρὰ τοῖς φιλοτιμότερον διακειμένοις, ἐκτὸς

[r] Exciderunt verba τοῖς δ' εὐεργέταις οὐ; aut alia nonnulla in eamdem sententiam.

et conservatorem vestrum. *Quid ergo faciendum vobis fuit? Dicam equidem, quod sentio, viri Lacedæmonii. Vos vero dicentem feretis; dicam enim, non quo intempestiva oratione probra in vos conjiciam; sed ipsa rerum necessitate coactus, ut in commune consulam. Quid igitur dicturus sum? Aio, vos et superiore bello cum* Macedonibus *potius, quam cum Ætolis, societatem jungere debuisse, et nunc, a Philippo invitatos, illi, non Ætolis adhærere vos debere. At,* contra fœdus et conventa feceritis, *dicet aliquis. Utrum vero gravius a vobis fuerit admissum peccatum? si factorum privatim cum Ætolis pactorum jura contemseritis? aut, si illa, quæ in oculis universæ Græciæ fuerunt columnæ inscripta, et in æternam memoriam sacrata? Quid est porro, cur his fidem mutare vereamini, quorum nulla prius exstiterunt in vos beneficia: ad* Philippum et Macedones *nullum habeatis respectum, quibus id ipsum debetis, quod de hisce rebus deliberandi facultatem etiamnunc habetis? An ita estis animati, ut erga amicos quidem justitiam servare necessarium ducatis; [erga eos, qui salutis vobis auctores exstiterunt, non item?] At non est profecto tam pium, leges pactorum scriptas servare, quam est impium, contra servatores suos bellare; quod quidem nunc a vobis postulantes adsunt Ætoli.*

XXXVII. *Verum et mihi licuerit hæc dixisse, et, si quis severior adest censor,*

εἶναι τῶν ἐνεστώτων. ἐπὶ δὲ τὸ συνέχον, [s]ὡς οὗτοί A. U. 544. adversus Ætolos et Romanos.
2 φασιν, ἐπάνιμεν. τοῦτο δ' ἦν· εἰ μὲν ὅμοια εἴη τὰ πράγματα νῦν, καὶ καθ' οὓς καιροὺς ἐποιεῖσθε τὴν πρὸς τούτους συμμαχίαν· διότι δεῖ μένειν καὶ τὴν ὑμετέραν αἵρεσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων· [t]ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχαῖς
3 εἶναι. εἰ δ' ὁλοσχερῶς ἠλλοίωται· διότι δίκαιόν ἐστι καὶ νῦν ὑμᾶς ἐξ ἀκεραίου βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρα-
4 κελευομένων. Ἐρωτῶ τοιγαροῦν ὑμᾶς, ὦ Κλεόνικε καὶ Χλαινέα, τίνας ἔχοντες συμμάχους τότε παρεκαλεῖτε τούτους εἰς τὴν κοινοπραγίαν; ἆρ' οὐ πάντας Ἕλληνας;
5 Τίσι δὲ νῦν κοινωνεῖτε τῶν ἐλπίδων; ἢ πρὸς ποίαν παρακαλεῖτε τούτους συμμαχίαν; ἆρ' οὐ πρὸς τὴν τῶν
6 βαρβάρων; [u]Ὅμοιά γε δοκεῖ τὰ πράγματα ὑμῖν ὑπάρχειν νῦν καὶ πρότερον; ἀλλ' οὐ τἀναντία; Τότε
7 μὲν γὰρ ὑπὲρ [x]ἡγεμονίας καὶ δόξης ἐφιλοτιμεῖσθε πρὸς Ἀχαιοὺς καὶ Μακεδόνας ὁμοφύλους, καὶ τὸν τούτων ἡγεμόνα Φίλιππον· νῦν δὲ περὶ δουλείας ἐνίσταται πό-
8 λεμος τοῖς Ἕλλησι πρὸς ἀλλοφύλους ἀνθρώπους· οὓς ὑμεῖς δοκεῖτε μὲν ἐπισπᾶσθαι κατὰ Φιλίππου, λελήθατε δὲ κατὰ σφῶν αὐτῶν ἐπεσπασμένοι, καὶ κατὰ
9 πάσης Ἑλλάδος. Ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ τὰς πολεμικὰς περιστάσεις βαρυτέρας ἐπαγόμενοι φυλακὰς εἰς τὰς πόλεις τῆς αὐτῶν δυνάμεως, χάριν τῆς ἀσφαλείας, ἅμα

[s] ὡς οὗτοί φασιν Casaubono debetur. Mendose ὡς ὑπόφασιν Herv. cum MStis.
[t] Placet Reiskii conjectura, τοῦτο γὰρ ἐναργὲς εἶναι, quam in vers. Lat. expressi.
[u] Fors. ὅμοια δή. [x] ἡγεμονείας Aug. Regii, Vesont.

liceat illi pariter aliena a præsenti deliberatione hæc eadem judicare: ad ipsum rei caput, *ut quidem isti autumant, jam redeo. Id autem erat:* si quidem res Græciæ in eodem nunc sint statu, quo tunc erant, quando societatem cum Ætolis fecistis; manifestum esse, vos etiam in eodem manere debere proposito. Sin est universa rerum Græciæ facies immutata; æquum esse, ut et vos de iis, quæ petuntur a vobis, deliberationem ceu rebus integris instituatis. *Vos ergo dicite mihi, Cleonice et Chlænea: ecquos tunc socios habebatis, quando Lacedæmonios ad consilia vobiscum consocianda hortabamini? nonne Græcos omnes? Nunc vero quibuscum spes vestras habetis junctas, aut ad quam societatem hosce invitatis? nonne ad societatem cum* barbaris *ineundam? Quid ergo? idem est nunc videlicet rerum status atque ante? annon potius in contrarium vertit? Tunc enim de principatu et gloria contendebatis cum ejusdem linguæ et generis hominibus, Achæis et Macedonibus, et duce horum Philippo: nunc de servitute Græcorum eo bello agitur, quod illis jam imminet adversus* hostem alienigenam: *quem quum ad oppugnandum Philippum videamini advocasse, re vera, etsi non intelligitis, in vestram et totius Græciæ perniciem accivistis. Quemadmodum enim ii, qui per bellorum necessitates securitatis suæ caussa præsidia in urbes suas arcessunt suis*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus,

τὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπωθοῦνται φόβον, καὶ ποιοῦσιν ὑποχειρίους σφᾶς αὐτοὺς ταῖς τῶν φίλων ἐξουσίαις· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν Αἰτωλοὶ διανοοῦνται. βουλόμενοι γὰρ περιγενέσθαι Φιλίππου, καὶ ταπεινῶσαι Μακεδόνας, [y]λελήθασιν αὐτοῖς ἐπισπασάμενοι τηλικοῦτο νέφος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, ὃ κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἴσως πρώτοις ἐπισκοτήσει Μακεδόσι, κατὰ δὲ τὸ συνεχὲς πᾶσιν ἔσται τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν αἴτιον.

XXXVIII. "Ἅπαντας μὲν οὖν δεῖ τοὺς Ἕλληνας προϊδέσθαι τὸν ἐπιφερόμενον καιρὸν, μάλιστα δὲ Λακεδαιμονίους. Ἐπεὶ, τίνος χάριν ὑπολαμβάνετε τοὺς ὑμε- 2
τέρους προγόνους, ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, καθ' οὓς καιροὺς ὁ Ξέρξης ἀπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς ὑμᾶς, ὕδωρ καὶ γῆν αἰτούμενος, ἀπώσαντας ἐς τὸ φρέαρ τὸν παραγεγονότα, καὶ προσεπιβάλλοντας τῆς γῆς, κελεύειν ἀπαγγεῖλαι τῷ Ξέρξῃ, διότι παρὰ Λακεδαιμονίων ἔχει τὰ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, ὕδωρ καὶ γῆν; τίνος 3
πάλιν [z]ἐθελοντὴν καὶ προδήλως ἐξορμᾶν ἀποθανουμένους τοὺς περὶ Λεωνίδην; Ἆρ' οὐχ ἵνα δόξωσι μὴ μόνον τῆς 4
αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ [a]ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας προκινδυνεύειν; [b]Ἄξιόν γε, τοιούτων ἀνδρῶν 5
ἀπογόνους ὑπάρχοντας, κἄπειτα νῦν συμμαχίαν ποιησαμένους τοῖς βαρβάροις, στρατεύειν μετ' ἐκείνων καὶ

[y] αὐτοὺς ed. Casaub. et seqq. invitis MStis. [z] ἐθελοντὶ Hervag. cum Med. [a] ὑπὲρ τῆς ex conject. scripsi, pro vulgato περὶ. Casaubonus non solum περὶ servavit, sed et paulo ante περὶ τῆς αὐτῶν posuit, ubi præpositionem ignorant codices. [b] Ἄξιόν γε ex Reiskii conject. adscivi. Vulgo omnes ἐξὸν γε.

ipsorum viribus validiora, eadem opera et ab hostium metu se liberant, et amicorum potentiæ sese subjiciunt: eodem modo nunc Ætoli *sibi consulunt. Dum omni studio id agunt, ut* Philippum *superent, et Macedones humiliores infirmioresque redigant; non animadvertunt, eam ipsosmet adversus sese nubem attrahere ab occidente, quæ in præsentia quidem in primos fortasse Macedonas incumbet, mox vero, ulterius semper progrediens, Græcis cunctis magnorum malorum caussa existet.*

XXXVIII. *Et oportet quidem Græcos omnes ingruentem providere tempestatem; omnium vero maxime Lacedæmonios. Cedo enim,* viri Lacedæmonii, *cujus rei gratia putatis majores vestros, quo tempore* Xerxes *legatum ad eos miserat,* aquam et terram *poscentem, in puteum detrusisse hunc qui venerat, et, terra insuper injecta, jussisse,* Xerxi ut referret, consecutum se esse a Lacedæmoniis postulata, aquam et terram? *Cujusnam item rei gratia ultro ad mortem manifestam esse profectos* Leonidam *et qui eum secuti sunt? Nonne, ut omnes intelligerent, ipsos non pro sua dumtaxat, verum pro Græciæ totius libertate primos pericula adire? Dignum est scilicet vobis, qui talibus prognati estis majoribus, ut societatem nunc cum barbaris ineatis, et communi cum ipsis expeditione susce-*

πολεμεῖν Ἠπειρώταις, Ἀχαιοῖς, Ἀκαρνᾶσι, Βοιωτοῖς, A. U. 544.
Θετταλοῖς, σχεδὸν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι, πλὴν Αἰτωλῶν. adversus Ætolos et
6 Τούτοις μὲν οὖν ἔθος ἐστὶ, ταῦτα πράττειν, καὶ μηδὲν Romanos.
αἰσχρὸν νομίζειν, [c]εἴ γε μόνον πρόσεστι τὸ πλεονεκτεῖν·
7 οὐ μὴν ὑμῖν. Καὶ τί δή ποτε προσδοκᾷν δεῖ τούτους
[d]ἀπεργασομένους, ἐπεὶ τὴν Ῥωμαίων [e]προσειλήφασι
8 συμμαχίαν; [f]οἵ γε τῆς Ἰλλυριῶν ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς
καὶ βοηθείας, κατὰ μὲν θάλατταν βιάζεσθαι καὶ
παρασπονδεῖν ἐπεβάλοντο Πύλον· κατὰ δὲ γῆν ἐπολιόρ-
κησαν μὲν τὴν Κλειτωρίων πόλιν, ἐξηνδραποδίσαντο
9 δὲ τὴν τῶν Κυναιθέων. καὶ πρότερον μὲν Ἀντιγόνῳ,
καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἐποιήσαντο συνθήκας οὗτοι
[g]περί τε τοῦ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τοῦ τῶν Ἀκαρνάνων
ἔθνους· νῦν δὲ πεποίηνται πρὸς Ῥωμαίους κατὰ πάσης
τῆς Ἑλλάδος.

XXXIX. "Ἃ τίς οὐκ ἂν πυθόμενος ὑπίδοιτο μὲν
τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον, μισήσαι δὲ τὴν Αἰτωλῶν ἀπό-
νοιαν, ὅτι τοιαύτας ἐθάῤῥησαν ποιήσασθαι συνθήκας;
2 Ἤδη παρῄρηνται μὲν Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας καὶ Νῆσον·
κατέσχον δὲ πρώην τὴν τῶν ταλαιπώρων Ἀντικυρέων
3 πόλιν, ἐξανδραποδισάμενοι μετὰ Ῥωμαίων αὐτήν. καὶ
τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἀπάγουσι Ῥωμαῖοι,
πεισόμενα δηλονότι ἅπερ εἰκός ἐστι πάσχειν τοῖς ὑπὸ

[c] γε caret Herv. et codd. Regii, Vesont. Tubing. Intra lineas habet Aug. Et abesse facile patiar. [d] ἀπεργασαμένους Hervag. cum MStis. [e] προειλήφασι iidem. [f] οἱ δὲ dant iidem libri. [g] κατά τε maluerat Reiskius.

pta, bellum inferatis Epirotis, Achæis, Acarnanibus, Bœotis, Thessalis, cunctis denique Græcis, præterquam Ætolis. Atqui horum quidem mos est, ita facere, neque turpe quidquam ducere, unde modo possint ipsi cum alieno detrimento quæstum aliquem parare: vobis ea consuetudo non est. Enimvero quid designaturos istos putes, postquam Romanorum societate sunt aucti? qui, postquam ex Illyrico subsidii accessionem nacti erant, mari Pylum per vim tentare contra jus et omne fas sunt ausi, terra autem Clitoriorum urbem expugnarunt, Cynæthensium vero etiam hastæ subjecerunt? Et quum antea ad evertendas Achæorum et Acarnanum gentes cum Antigono, ut jam dixi, fœdus sanxerint: nunc icerunt cum Romanis in Græciæ totius perniciem.

XXXIX. *Hæccine poterit aliquis audire, ut non statim adventum* Romanorum *suspectum habeat; Æ*tolorum *vero perditam audaciam, qui hujuscemodi facinora fecerunt, non oderit? Et hi quidem jam Acarnanibus* Œniadas *ademerunt, atque* Nasum: *nuper etiam infelicium* Anticyrensium *oppidum, postquam ipsos a Romanis adjuti sub jugum misissent, sibi detinuerunt: et liberos quidem ac mulieres Romani abducunt, ut ea videlicet patiantur, quæ consen-*

Ol. 142. 2. Oratio ad Lacedæmon. pro Macedonibus,

τὰς τῶν ἀλλοφύλων πεσοῦσιν ἐξουσίας· τὰ δ' ἐδάφη
κληρονομοῦσι τῶν ἠτυχηκότων Αἰτωλοί. Καλόν γε, 4
ταύτης τῆς συμμαχίας μετασχεῖν [h] κατὰ προαίρεσιν,
ἄλλως τε καὶ Λακεδαιμονίους ὑπάρχοντας; οἵ γε 5
Θηβαίους, τοὺς κατ' ἀνάγκην ἡσυχίαν ἄγειν βουλευ-
σαμένους μόνους τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὴν τῶν Περσῶν
ἔφοδον, ἐψηφίσαντο δεκατεύσειν τοῖς θεοῖς, κρατήσαντες
τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων. Καλὸν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες 6
Λακεδαιμόνιον, καὶ πρέπον ὑμῖν ἐστι, τὸ, μνησθέντας
μὲν τῶν προγόνων, εὐλαβηθέντας δὲ τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον,
ὑπιδομένους δὲ τὴν Αἰτωλῶν [i] κακοπραγμοσύνην, τὸ δὲ
μέγιστον, τῶν ἐξ Ἀντιγόνου γεγονότων μνησθέντας, ἔτι
καὶ νῦν μισοπονηρῆσαι, καὶ τὴν μὲν Αἰτωλῶν ἀποστρα-
φῆναι φιλίαν, Ἀχαιοῖς δὲ καὶ Μακεδόσι κοινωνῆσαι
τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. εἰ δ' ἄρα πρὸς τοῦτό τινες ἀντι- 7
πράττουσι τῶν πλεῖον δυναμένων παρ' ὑμῖν, πρός γε τὴν
ἡσυχίαν ὁρμήσατε, καὶ μὴ μετάσχητε τῆς τούτων
ἀδικίας."

* * *

XL. Τὸ γὰρ τοιοῦτον ἦθος ἀεὶ βούλεται διαφυλάττειν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις.

[h] Vulgo καὶ κατὰ προαίρ. edd. et MSti; unde καὶ ταῦτα κατὰ προαίρ. suspicatus est Reisk. Mihi per errorem huc irrepsisse visa est partic. καὶ. quæ post ἄλλως τε desideratur in MStis et ibi a Casaub. recte adjecta est. [i] κακοπραγίαν Herv. Aug. Regii, Vesont. Tubing.

taneum est illos pati qui in potestatem alienigenarum hostium devenerunt: solum atque tecta miserorum Ætoli possident. Honesta sane res, huic societati deliberatò sese adjungere; Lacedæmonios *præsertim! nempe eos, qui olim, quod soli ex omnibus Græcis* Thebani, *Xerxe Græciam invadente, quiescendum sibi esse necessitate adacti statuissent,* decimam ex illis, *simul atque profligatum esset contra barbaros bellum,* diis se consecraturos, *decreverunt. Quin illud potius honestum vobis,* Spartani, *et decorum fuerit, ut memores majorum vestrorum, adventum* Romanorum *in has oras caventes, malam Æto*lorum *mentem habentes suspectam, quodque est omnium maximum, merita in vos Antigoni revocantes in memoriam, nunc quoque, ut olim, improbos homines vobis esse odio, probetis, et repudiata Ætolorum amicitia, cum* Achæis *ac* Macedonibus *spes et consilia consocietis. Sin autem inter vos reperiuntur ex iis, qui plurimum possunt, qui huic sententiæ refragentur; ad quietem certe animos convertite, neque istorum iniquitatis participes velitis esse.*

* * *

XL. Talem enim morem semper servare amant Athenienses. (*Ora Cod. Urb.*)

*   *   *   A. U. 544.

2 Προθυμίαν γὰρ φίλων, συμφόρως μὲν γιγνομένην, Auxilium tardum, inutile.
[k] μεγάλην παρέχεσθαι χρείαν· ἐφελκομένην δὲ καὶ
καθυστεροῦσαν, τελέως ἀνωφελῆ ποιεῖν τὴν ἐπικουρίαν.
3 εἴπερ οὖν βούλονται μὴ τοῖς ῥήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ
τοῖς ἔργοις τηρεῖν τὴν πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν· * * *

*   *   *

4 Οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, πυνθανόμενοι τὴν τῶν Αἰτωλῶν Acarnanum desperata conjuratio.
ἔφοδον ἐπὶ σφᾶς, τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ
δὲ καὶ θυμομαχοῦντες, ἐπί τινα παράστασιν κατήν-
5 τησαν. * Εἰ δέ τις λειπόμενος μὴ θάνοι, φύγοι δὲ
τὸν κίνδυνον, τοῦτον μήτε πόλει δέχεσθαι, μήτε πῦρ
6 ἐναύειν. [l] περὶ τούτων ἀρὰς ἐποιήσαντο, πᾶσι μὲν, μά-
λιστα δὲ Ἠπειρώταις, εἰς τὸ μηδένα τῶν φευγόντων
δέξασθαι τῇ χώρᾳ.

(II.) *Echinum oppugnat Philippus.*

*   *   *

Προθέμενος δὲ, τῆς πόλεως κατὰ δύο πύργους ποι- Testudines aggestitiæ.
εῖσθαι τὴν προσαγωγήν· κατὰ μὲν τούτους χελώνας
κατεσκεύαζε χωστρίδας καὶ κριοὺς, κατὰ δὲ τὸ μεσο-
πύργιον στοὰν ἐποίει μεταξὺ τῶν κριῶν, παράλληλον τῷ Porticus.
2 τείχει. τῆς δὲ προθέσεως συντελουμένης, παραπλήσιος ἡ

[k] Vocab. μεγάλην perperam abest ab edd.   [l] Fuerat forsan περί τι τούτων.

*   *   *

Propensam quippe amicorum voluntatem, si quidem opportune se exserat, magno solere esse usui: sin autem moram traxerit, et tardius advenerit, inutile prorsus afferre auxilium. Igitur si non verbis dumtaxat, sed et rebus ipsis, initam secum societatem servare in animo haberent; * * * (*Excerpt. Antiq.*)

*   *   *

Acarnanes vero, audita *Ætolorum* adversus se expeditione, partim desperatione, partim vero odio et ira in hostem impulsi, in furiosum quoddam consilium inciderunt. * Si quis vero victus mortem non oppetiisset, sed periculum fugisset, eum ne quis urbe reciperet, nec usum ignis ei impertiretur. Ac hujus rei caussa, adjectis imprecationibus, obtestati sunt omnes, præcipue vero Epirotas, ne quis quemquam eorum, qui fugissent, intra fines suos reciperent. (*Suidas in* Ἀπαλγ. *et* Ἐναύειν.)

(II.) *Excerpt. Antiq. ex Lib.* IX. *cap.* 34.

*   *   *

XLI. *Philippo* erat consilium, ad duas obsessæ urbis turres machinas admovere. Itaque ex adverso illarum turrium *testudines fossis complendis* arietesque struxit: quantum autem muri inter utramque turrim interje-

Ol. 142. 2.

Varius apparatus oppugnationis.

τῶν ἔργων ἐγίγνετο πρόσοψις τῇ τοῦ τείχους διαθέσει.
τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ ταῖς χελώναις κατασκευάσματα, 3
[m] πύργων ἐλάμβανε καὶ φαντασίαν καὶ διάθεσιν ἐκ τῆς
τῶν γέῤῥων συνθέσεως· τὸ δὲ [n] μεταξὺ τούτων, τείχους,
τῶν ἀνωτέρω γέῤῥων τῆς στοᾶς εἰς ἐπάλξεις τῇ πλοκῇ
διῃρημένων. Διὰ μὲν οὖν τοῦ κάτω μέρους τῶν πύργων, 4
οἵ τε προσχωννῦντες τὰς ἀνωμαλίας τῶν τόπων ἐπὶ τῇ
τῶν ἐσχαρίων ἐφόδῳ τὴν γῆν ἐπέβαλλον· ὅ τε κριὸς
ἐξωθεῖτο. τὸ δὲ δεύτερον, ὑδρίας καὶ τὰς πρὸς τοὺς 5
[o] ἐμπυρισμοὺς εἶχε παρασκευὰς, καὶ τὰ καταπελτικὰ
σὺν τούτοις. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, πλῆθος ἀνδρῶν ἐφεστήκει 6
τῶν ἀπομαχομένων πρὸς τοὺς κακοποιεῖν ἐπιβαλλομέ-
νους τὸν κριόν. οὗτοι δ' ἦσαν ἰσοϋψεῖς τοῖς τῆς πόλεως
πύργοις. Ἐκ δὲ τῆς μεταξὺ τῶν πύργων στοᾶς ὀρύγ- 7
ματα διπλᾶ προσήγετο πρὸς τὸ μεσοπύργιον. καὶ τρεῖς 8
ἦσαν βελοστάσεις λιθοβόλοις· ὧν ὁ μὲν εἷς ταλαντιαῖος,
οἱ δὲ δύο τριακονταμναίους ἐξέβαλλον λίθους. Ἀπὸ δὲ 9
τῆς παρεμβολῆς ὡς πρὸς τὰς χελώνας τὰς χωστρίδας
πεποίηντο σύριγγες κατάστεγοι, χάριν τοῦ μήτε τοὺς
προσιόντας ἐκ τῆς στρατοπεδείας, μήτε τοὺς ἀπιόντας
ἀπὸ τῶν ἔργων βλάπτεσθαι μηδὲν ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς
πόλεως βελῶν. Ἐν ὀλίγαις δὲ τελέως ἡμέραις συνέβη, 10

[m] πύργων scripsi monente Reiskio, cum πύργον darent libri, quod Casaub. cum Vrsino in πύργου mutavit. [n] Et de hoc Reiskius monuit. Plerique codices τούτους τεῖχος. τούτου τείχους Ursin. cum Med. Hinc τούτων τοῦ τείχους Casaub. ex conject. [o] ἐμπρησμοὺς Casaub.

ctum est, juxta illud inter utrumque arietem *porticum* excitavit, muro parallelam. Quod inceptum postquam perfecit, figuram mœnium adspectus operum referebat. Nam quæ testudinibus erant superstructa, ex ipsa cratium compositione turris speciem ac figuram obtinebant: muro autem similis erat porticus illa arietibus interjecta; cujus summæ crates, ipsa viminum textura, in modum pinnarum erant divisæ. In ima igitur parte turrium opus faciebant hi, qui loca inæqualia aggesta terra complanabant, quo promoveri bases possent: et ibidem arietes impellebantur. In secunda contabulatione hydriæ erant, quæque alia adversus incendia solent comparari: erant ibi et catapultæ. In tertia milites non paucos locarat, ad resistendum iis, qui arietes aliquo maleficio infestare aggrederentur: atque hi sublimitate turres oppidi æquabant. E porticu vero illa, quæ inter geminas turres erat, duos ad murum oppositum cuniculos agebat: et erant ibidem tres stationes locandis ballistis; quarum una erat talentaria, reliquæ lapides emittebant xxx librarum. E castris vero ad testudines aggestitias canales ducebant desuper contecti, ne vel eos, qui e vallo accederent, aut eos, qui ab operibus discederent, tela ex urbe missa læderent. Sunt autem

καὶ τὴν τῶν ἔργων ἐπιτελεσθῆναι συντέλειαν, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀφθόνους ἔχειν τὰς εἰς τοῦτο τὸ μέρος χορηγίας. A. U. 544.

11 Οἱ γὰρ [p] Ἐχιναιεῖς κεῖνται μὲν ἐν τῷ Μηλιεῖ κόλπῳ, τετραμμένοι πρὸς μεσημβρίαν, κατ' ἀντίπεραν τῆς τῶν Θρονιέων χώρας· καρποῦνται δὲ γῆν πάμφορον. δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲν ἐνέλιπε τὸν Φίλιππον τῶν πρὸς τὰς ἐπι-

Situs Echini.

12 βολάς. Οὐ μὴν, ἀλλὰ, καθάπερ εἶπον, ἐπιτελεσθέντων τῶν ἔργων, προσῆγον ἅμα τὰς τῶν ὀρυγμάτων καὶ μηχανημάτων κατασκευάς.

* * *

XLII. Πόπλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, καὶ Δορίμαχος, ὁ τῶν Αἰτωλῶν· τοῦ Φιλίππου πολιορκοῦντος τὴν [q] Ἐχιναιέων πόλιν, καὶ τὰ πρὸς τὸ τεῖχος καλῶς ἀσφαλισαμένου, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τοῦ στρατοπέδου τάφρῳ καὶ τείχει ὀχυρω-

Echinenses Philippo se tradunt.

2 σαμένου· [r] παραγενόμενοι αὐτοὶ, ὁ μὲν Πόπλιος στόλῳ, ὁ δὲ Δορίμαχος πεζικῇ καὶ ἱππικῇ δυνάμει, καὶ προσ-

3 βαλόντες τῷ χάρακι, καὶ ἀποκρουσθέντες, * [s] τοῦ Φιλίππου μᾶλλον ἰσχυρῶς ἀγωνισαμένου [t] ἀπελπίσαν-

4 τες οἱ Ἐχιναιεῖς παρέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ. οὐ γὰρ οἷοί τε ἦσαν οἱ περὶ τὸν Δορίμαχον τῇ τῶν δαπανημάτων ἐνδείᾳ ἀναγκάζειν τὸν Φίλιππον, ἐκ θαλάσσης ταῦτα πορίζομενον.

[p] Ἐχιναιεῖς correxi. Vulgo omnes h. l. Ἐχιναεῖς. [q] Ἐχιναίων h. l. editum est apud Heronem. [r] Forsan αὐτοῦ. [s] Ante τοῦ Φιλίππου defectus signum adjeci. [t] Verbum ἀπελπίσαντες abest ab edito.

opera hæc omnia paucis oppido diebus confecta; quod rebus omnibus ad ejusmodi fabricas necessariis illa regio abundat. Sita namque est *urbs Echinensium* ad sinum Maliacum, vergens in meridiem, ex adverso ditionis Throniensium: regio autem est omnium, quæ terra proveniunt, ferax: quam ob caussam nihil Philippo ad sua incepta exsequenda deerat. Igitur confectis, ut paullo ante dixi, operibus, simul cuniculos agendo, simul machinas muro admovendo, oppugnationem aggressus est.

(*Ex Herone de toleranda et repellenda Obsidione.*)

* * *

XLII. *Publius* (*Sulpicius Galba*,) Romanorum imperator, et *Dorimachus*, dux Ætolorum; quum *Echinensium* urbem oppugnaret *Philippus*, et tam ab urbe securitati suæ probe prospexisset, quam a parte exteriori fossa ac muro castra sua munivisset; Echinum venerunt, Publius cum classe, Dorimachus cum peditum atque equitum manu, et castra Philippi adgressi sunt, sed ab eodem repulsi. * Quo facto quum *Philippus* acrius etiam instaret hostibus; desperantes *Echinenses*, Philippo sese dediderunt. Dorimachus enim commeatuum inopia cogere Philippum non poterat, cui omnia mari subvehebantur.

I. 142. 2.

IX.

RES ASIÆ.

Euphrates fluvius.

* * *

Euphratis natura contraria aliis fluminibus.

XLIII. Ο γὰρ Εὐφράτης τὴν μὲν ἀρχὴν λαμβάνει
τῆς συστάσεως ἐξ Ἀρμενίας, διαῤῥεῖ δὲ διὰ Συρίας
καὶ τῶν ἑξῆς τόπον, ὡς ἐπὶ Βαβυλωνίαν. καὶ δοκεῖ μὲν 2
εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἐμβάλλειν θάλατταν· οὐ μὴν ἔστι γε
τοῦτο. ταῖς γὰρ διώρυξι ταῖς ἐπὶ τὴν χώραν ἀγομέναις
προεκδαπανᾶται, πρὶν ἐκβολὴν εἰς θάλατταν [u]πεποι-
ῆσθαι. Διὸ καὶ συμβαίνει, τὴν ὑπεναντίαν φύσιν ἔχειν 3
τοῦτον τοῖς πλείστοις τῶν ποταμῶν. τοῖς μὲν γὰρ
ἄλλοις αὔξεται τὸ ῥεῦμα, καθ' οὓς ἂν πλείους διαφέ-
ρονται τόπους· καὶ μέγιστοι μέν εἰσι κατὰ τὸν χει-
μῶνα ταπεινότατοι δὲ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ θέρους.
οὗτος δὲ καὶ πλεῖστος γίγνεται τῷ ῥεύματι κατὰ 4
Κυνὸς ἐπιτολὴν, καὶ μέγιστος ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν
τόποις· ἀεὶ δὲ προϊὼν, ἐλάττων. αἴτιον δὲ τούτων, ὅτι 5
συμβαίνει, τὴν μὲν αὔξησιν οὐκ ἐκ τῆς συῤῥύσεως τῶν
χειμερινῶν ὄμβρων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνατήξεως τῶν χιόνων
[x]γίγνεσθαι. τὴν δὲ μείωσιν διὰ τὰς ἐκτροπὰς τὰς ἐπὶ
τὴν χώραν, καὶ τὸν μερισμὸν αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τὰς ἀρδεύ-

[u] πεποιῆσθαι cum Urs. correxit Casaub. Mendose πιπαῦσθαι Hervag. cum codd. omnibus. [x] Verbum γίγνεσθαι abest ab ed. Hervag. et MStis nostris. Adjecit Casaub. Post istud verbum delevi signa defectus, quæ ibi posuerat Casaub.

IX.

Excerpt. Antiq. ex Lib. IX. *cap.* 35.

* * *

XLIII. AMNIS *Euphrates*, in Armenia primam originem nactus, mox inde lapsus per Syriam et continuos illi deinceps terrarum tractus, fertur in Babyloniam. Et fertur ille quidem in mare *Erythræum* sese exonerare; verum aliter res habet: prius enim quam in mare ostium immittat, in fossas per agros ductas exhauritur. Unde fit, ut ceteris fluminibus contrariam naturam Euphrates habeat. Aliis namque eo auctior est alveus, quo plura loca permeant; iidemque per hiemem sunt altissimi, per æstatis æstus humillimi. Hic et latissime tunc effunditur, quando Canis oritur, et alveum in Syria habet maximum; unde quo longius progreditur, eo fit ipse minor. Caussa, cur hæc contingant, est, quod non ex collectione imbrium hibernorum capit suos auctus, sed ex nivibus liquefactis: minuitur autem, dum ab ejus alveo in agros avertuntur ejus aquæ, et ad irrigationes multifariam

6 σεις. Ἧ, καὶ τότε βραδεῖαν συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν A. U. 544.
κομιδὴν τῶν δυνάμεων, ἅτε καταγόμων μὲν ὄντων τῶν
πλοίων, ταπεινοτάτου δὲ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τελέως
βραχύ τι [y] συνεργούσης τῆς τοῦ ῥεύματος βίας πρὸς
τὸν πλοῦν.

X.
LEGATIO ROMANORUM AD PTOLEMÆUM.

* * *

XLIV. Οἱ Ῥωμαῖοι πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς
Πτολεμαῖον, βουλόμενοι σίτῳ χορηγηθῆναι, διὰ τὸ
2 μεγάλην εἶναι παρ' αὐτοῖς σπάνιν· ὡς ἂν τοῦ μὲν
κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπὸ τῶν στρατοπέδων ἅπαντος
ἐφθαρμένου μέχρι τῶν τῆς Ῥώμης πυλῶν, ἔξωθεν δὲ
μὴ γενομένης ἐπικουρίας, ἅτε κατὰ πάντα τὰ μέρη
τῆς οἰκουμένης πολέμων ἐνεστώτων, καὶ στρατοπέδων
3 παρακαθημένων, πλὴν τῶν κατ' Αἴγυπτον τόπων. Εἰς
γὰρ τοσοῦτο κατὰ τὴν Ῥώμην προεβεβήκει τὰ τῆς
ἐνδείας, ὥστε τὸν Σικελικὸν μέδιμνον πεντεκαίδεκα
4 δραχμῶν ὑπάρχειν. ἀλλ' ὅμως, τοιαύτης οὔσης τῆς
περιστάσεως, οὐκ ἠμέλουν τῶν πολεμικῶν.

Frumentum a Ptolemæo petunt Romani.

[y] *συνεργεῖν* Hervag. cum MStis: quod si teneamus, addendum verbum *δυναμένης*.

derivantur. Quæ ratio est, quare tempestate illa tarde per eum deportatio exercituum expediatur: nam et navigiis devehuntur milites, magnis ponderibus onustis, et aquæ fluminis tum maxime humiles sunt, ut ad navigationem conficiendam parum admodum vis fluentis alvei conferat.

X.
Ecloga II. de Legationibus.

* * *

XLIV. LEGATOS ad *Ptolemæum* miserunt *Romani*, ut *frumento* ab eo juvarentur, cujus magna in urbe tum fuit inopia. Nam Italicum frumentum omne ab exercitibus fuerat corruptum usque ad ipsas Romæ portas: e regionibus vero extra Italiam nihil subsidii afferebatur; quum per omnes orbis terrarum partes bellaretur, essentque ubique locorum exercitus dispositi, una Ægypto excepta. Eo autem Romæ pervenerat annonæ inopia, ut *medimnus Siculis* drachmis quindenis veniret. Attamen, etiam in hac tanta necessitate, belli curam patres non omittebant.

Ol. 142. 2.

XI.

VARIA FRAGMENTA MINORA.

* * *

Cyathus fluv.

XLV. ΠΟΛΥΒΙΟΣ ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Ἱστοριῶν καὶ 1
ποταμόν τινα ἀναγράφει, Κύαθον καλούμενον, περὶ Ἀρσινόην πόλιν Αἰτωλίας.

* * *

Ἀρσινόη, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης· καὶ 2
Ἀρσινοεὺς ἐπὶ τῆς Αἰτωλικῆς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ.

* * *

[z] Ἄτελλα, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης 3
καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν—Ἀτελλανὸς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ· Ἀτελλανοὶ παρέδοσαν ἑαυτούς.

* * *

Φόρουννα, πόλις Θρᾴκης· Πολύβιος ἐννάτῳ. Τὸ 4
ἐθνικὸν, Φορουνναῖος.

[z] Post hoc Fragmentum, inter Fragmenta a Casaub. et Ursino ex Stephano Byz. collecta retulit Gronovius aliud hujusmodi: ΣΥΝΙΑ, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ. quod nec apud Casaub. nec apud Ursinum, nec apud ipsum Stephanum reperire mihi contigit.

XI.

* * *

XLV. I. POLYBIUS Libro nono Historiarum fluvium etiam quemdam memorat, *Cyathum* nomine, circa Arsinoën oppidum Ætoliæ. (*Athenæus lib.* X. *cap.* 6. *p.* 424.)

* * *

II. *Arsinoë*, oppidum Libyæ. Gentile Arsinoëtes; et *Arsinoënsis*, de Ætolico oppido, ut Polybius IX. (*Stephanus Byz.*)

* * *

III. *Atella*, urbs Opicorum Italiæ, inter Capuam et Neapolin. Gentile—*Atellanus.* Sic Polybius Libro nono: *Atellani sese tradidere.* (*Steph. Byz.*)

* * *

IV. *Phorunna*, oppidum Thraciæ: Polybius nono. Gentile, *Phorunnæus.* (*Idem.*)

FINIS TOM. II.

EXCUDEBAT W. BAXTER, OXONII.



